FRANCISCI PATRITII.

Discussionum PERIPATETICARVM, Tomi Primi, LIBRI XIII.


IN QVORVM LECTIONE, INNVMERA SANE inuenient studiosi, non solum in Aristotelica Philosophia, Tironibus:

SED ETIAM, ET IN EA, ET IN RELIQVA literatura Veteranis; mirabiliter, tum vtilia, tum rerum veteri nouitate, iucundissima.

Librorum argumenta, pagina versa indicat.

CVM PRIVILEGIO.

APRILIS DIE.



Venetijs, apud Dominicum de Franciscis
Anno. M. D. LXXI.

ARISTOTELIS
PATRIA, GENVS, EDVCATIO, STVDIA, ACTIONES, FORTVNAE, DICTERIA, MORS.
LIBER PRIMVS.
Ad Zachariam Mocenicum M. Antonij Sen. Opt. F.



IENNIVM iam cum dimidio, Zacharia Mocenice nobilissime est exactum, ex quo, cum Philippo patruo tuo Cypriorum Archiepiscopo, viro omni doctrinarum, virtutumque genere ornatissimo, è Cypro, Venetias, sum reuersus. Ibi optimam ætatis meę partem, philosophięq; studijs aptissimam, alienis commodis insudando, meis abutendo, plusquàm integro septennio miserè contriueram. Eò me malus quidam abstulerat error. Is idem assidue me fatigauerat, vt opibus alienis fabrefaciendis incumberem, res meas omnes prętermitterem, philosophię studia, quę meę delicię fuerant, penitus ommitterē, non semel vitę periculum subirem. Posta vero quàm, frustra me multo alieno, meo nullo fructu, nullaq; gratia laborare sensi; Patruo tuo adhęsi; apud eum ibi fui; Cum eo Venetias veni; Cum eo etiam Patauium sum profectus. Quæ res mihi, post tam longum studiorum meorum exilium, optatissima omnium contigit. Ibi me, ad vetera mea studia reuocaui, illis totum me reddidi, veteres cogitationes resumpsi. Aderas & tu, vnà cū patruo, studiorum gratia, Aristotelicę Philosophię initiatus: Viros doctissimos audiebas, quę audisses mecum conferebas: quibus poteram, studia tua, ardoremq; animi, adiuuabā libenter. Pręuidebam te, si dij incolumem seruarent, si ętatis ęstus a studiis non abriperet, maximos in omni philosophia profectus facturum. Confirmabar in ea spe, ꝙ audissem te, dum adhuc tenella esses ętate, miro ingenij acumine, mira animi abstractione, quęstiones de rebus maximis, patruo, tuisq; promouisse sępius. pręceptoribus primarum literarum, magnam tui admirationē excitasse, senatoribus non paucis opinionē iniecisse, te ad res quasq; maximas honorificentissimasq; natū esse. In qua expectatione, philosophos quos Patauij audiebas, omnesq;, alios qui te sine liuore norūt, cōfirmasti, in diesq; magis confirmas. Est.n. in te, ingenij vis excellens, memoria insigniter pręstans; iudicium, qua es ętate admirabile; solertia incredibilis. nobilitas quędam animi, qualis nobilitati generis, quatuor iā laudatissimis Reipublicę Ducibus Illustrisś. conuenit. Eloquentia tum linguę, tum calami tanta, quantam in decem, & octo annorum adolescente forte nemo vnquam audiuit. dexteritas morū, & grata quędā in conuersando humanitas, ac iucunditas, quam nemo non suspiciat, nemo non adamet. Hęc tot tantaq; naturę munera, te talem esse natum ostendunt, qualem Plato si viueret, inter eos adolescētes reponeret, quos magna ingenia, magnasq; naturas appellabat. Quę, si studiis vti cœpisti, rerumq; cognitione adiuueris, & magnas de te admirationes excitabis, & Patrię te vtilissimū pręstare poteris. Quę cum Patauij essemus, pręsagiens ego, libentissime ex te exquirebam, & quę a doctoribus tuis, viris celeberrimi nominis Federico Pēdasio, & Octauio Amaltheo, qui te in Aristotelis Ethicis, ac Logicis instituendū susceperāt, audiebas, & quę tu te ipse vel studiose legeres, vel commentareris: communicabam tecū ex meis studiis quę tibi profutura sperabam, aliquid ēt pręlegebam; te Aristotelem totum

percognoſcēdū aſſidue adhortabar. Quas hortationes cum libenter exciperes, requiſiſti a me, vt Ariſtotelis tibi, librorūq; eius, ſi quos præter extantes ſcripſiſſet notitiā aliquam traderem. Libenter id oneris ſuſcepi, cœpiq; eos qui Ariſtotelicas res, memoriæ mandarant perquirere. Reperi, eius vitam a tribus conſcriptam Laertio Diogene. Ammonio Hermiæ, ſeu Philopono Ioanne. Guarinoq; Veronenſe. Laertij nō ſatis explicata res viſa eſt. Illos vero, encōmia potius Ariſtotelica, quàm vitæ hiſtoriā ſcripſiſſe exiſtimari poteſt. Itaq; tum hos adhibendo, tum ex antiquis authoribus aliis exſcribendo, Ariſtotelis vitam ad dimidiū ferè exarauerā. Ecce me fati quædam vis, quæ me nouem annorum puerum, ad hanc vſq; ętatē, peregrinationibus continuis terraq; mariq; exercuerat, in Hiſpanias abripuit. In itineribus, ibiq; ſemeſtre ferè temporis ſpatium conſumpſi. Venetias reuerſus ſum; te in memoriā reuocāte, opus cœptum in manus reſumpſi. Quod, aliā rem de alia nectendo, in eā magnitudinem, quam vides, excreuit. Viſum.n.eſt, magnū operępretiū me facturū, ſi non ſolū quę tu a me petiiſſes, verum ēt quęcunq; tuis in Ariſtotele ſtudiis profutura mihi viderētur, huc cōferrem. Spero aūt me, annuo hoc opere, & tuis optatis, & meis tui iuuandi deſiderijs abunde feciſſe ſatis. nā & Ariſtotelis vitam omnē, ex variis fide digniſſimis authoribus collegi. Libros eius oēs conquiſiui. Controuerſias quas ſubierunt mōſtraui. Ex cōtrouerſijs, quos potui exemi. Fragmenta eorū q perierunt in vnū cōduxi. Exotericorū, aliorūq; eius generis, quęſtionē arduā diſcuſſi. Titulos aliquot Ariſtotelicos reſtitui. Loca omnia, quibus Ariſtoteles ſuos libros & extantes & nō extantes appellat, recēſui. Librorū genera partitus ſum, eaq; in ordines digeſſi. Libros ſuis generibus ſubieci, eorūq; inter ſe ordinē conſtitui. Peripateticorū veterū, quantū colligere potui hiſtoriam contexui. Eorū in Ariſtotele interpretādo, rationes: in philoſophādo, methodos ante oculos poſui. Quę optima ex Ariſtotelis ſententia, philoſophandi rō eſſet, quęq; optima in Ariſtotelis dogmatibus euidēdis eſſet methodus expoſui. In quibus oībus inſtitutū illud ſeruaui, vt nihil ſine Ariſtotelis ipſius, ſiue ſuorum interpretū, aliorumq; probatiſſimorū authorū teſtimoniis dicerē. Ea a quo authore dicerētur oſtendi, locos mōſtraui, verba ipſa, & Gręca qñ habui, & Latina attuli, quò ea quę nouitatē quandam prę ſe ferre videbuntur, a me nō exiſtimares cōficta. Quibus rebus opinor, me facilē ſatis tibi viā aperuiſſe, qua Ariſtotelicā philoſophiam aggredereris, eam facilius cognoſceres, & fœlicius cōſequereris. Itaq; a propoſitarū rerū prima exordiamur. Natus eſt Ariſtoteles, Anno primo Olimpiadis nonageſimę nonę tradētibus Diogene Laertio ac Suida. Is fuit annus ante Chriſti natalē primus poſt 370. Patria illi fuit Stagira Macedoniæ, ſeu vt Suidas, Thraciæ oppidū. Quod nunc paruus vicus, Macri, a barbaris illius regionis Græcis, appellatur. Patrē habuit Nicomachum, qui a Nicomacho Machaonis filio & AEſculapij nepote, genus duxit, arte medica per eam ſtirpē ab AEſculapio, ad eū vſq; ꝑpagata. Fuit is Amyntæ, patris Philippi, Macedoniæ regis medicus. De medica arte, Ἰατρικῶν vt ait Suidas, ſex libros cōſcripſit, φυσικῶν, phyſicorū vero, vnū. Ex Phæſtiade vxore, quæ itidē ab AEſculapio (vt autor eſt Ammonius) originem trahebat, Ariſtotelem, & Arimneſtū ſuſcepit. Quorū Ariſtoteles poſt parentu obitū, ab Atarneo quodā nomine Proxeno, puerulus adhuc nutriēdus atq; educādus ſuſcipit. Quod Ammonius in eius vita his verbis teſtat. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Νικομάχου, καὶ τῆς Φαιστιάδος ἀνάγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ οὐ, καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψεν, καὶ πᾶσαν παιδείαν ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν ᾠκειοποιήσατο, καὶ τελευτῶν ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθιάδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι. Poſt obitū Nicomachi atq; Phæſtiadis ſuſcipitur Ariſtoteles a quodā Pro

xeno Atarnẽſe, cuius educationis memor Ariſtoteles. nõ ſolũ huius filiũ Nicanorẽ enutrijt, & oẽm diſciplinã edocuit, verũ ẽt filium ſibi adoptauit, & moriens in teſtamẽto ſuo iuſſit, filiã ſuã Pythaida dari Nicanori in vxorẽ. Proxenũ autẽ vxorẽq; eius ſtatua ornauit, ꝙ ex teſtõ eodem apparebit. Sed adoleſcens factus, cũ diues a patre relictus fuiſſet, oẽm hæreditatẽ luxurioſe viuẽdo cõſumpſit. Ita de eo Aeliano variç hiſtoriç lib. 5. ſcribente. Ariſtoteles abliguritis omnibus pecunijs q̃ ex hr̃ditate parentis ad eũ deuenerant, in militiã profectus eſt. deindẽ cũ ſiniſtris, malisq; auibus hoc ei procederet, pharmacopolam egit. Frequentans aũt Peripatũ, & audiens docentiũ ſermones, cum natura multis eſſet præſtantior, habitũ ſibi cõparauit, quem deinde in opus produxit. Quam eandem rem ẽt Atheneus lib. 8. atteſtatum in hunc modum reliquit. πολλὰ δ' ἔτι ἔχων λέγειν περὶ ὧν ἐλήρησεν ὁ φαρμακοπώλης, παύομαι. καίτοι εἰδὼς, καὶ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων, ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν. ideſt, multa quoque habẽs dicere circa quç delirauit Pharmacopola, ceſſo. Quamq̃ ſciens Epicurũ veritatis amantiſſimũ hçc de eo dixiſſe in epiſtola de ſtudijs, quod paterna deglutiens in militiã eſt profectus. Et quod in ea male agens ad pharmacopoliũ venit. Hanc totam rem, & Diogenes & Ammonius & Guarinus ſubticuerunt. Ammonius autẽ narrat eum poſt adeptas liberales diſciplinas, Athenas iuſſu oraculi miſſum, decimo & ſeptimo ætatis anno, ad Socratẽ audiendũ. Quç quidẽ vtraq; vera vt ſint, nihil obſtat. Nam poſtq̃ ei militia male & infœliciter ceſſerat, non eſt a conſentaneo alienum, ab eo oraculum conſultum. reſponſumq; relatũ, vt philoſophiç ſeſe daret, Athenasq; inde veniſſe, Socratiq; audiendo operã dediſſe. Vnde tamen victum quæreret, pharmacopolium exercuiſſe. Socratem tres annos audijt vt & Diogenes & Ammonius narrant. Quo vita functo, Platoni ſeſe addixit annos natus viginti vt Ammonius: vt verò Diogenes viginti tres, etſi Eumelus triginta dicat, qua in re a Diogene reprehenditur. Platonis auditorium viginti integros annos, vt Ammonius ac plerique alij tradunt, frequentauit. quãquam Laertius decem & ſeptem aſſerat. Satis conſtat inter omnes, ad quadrageſimum vſque ætatis annum Platonis fuiſſe auditorem. Quo vniuerſo tempore, pharmacopolij arte, necnon etiam medica victum quçritaſſe ſatis eſt, & hiſtoriæ & rationi conſonum. Satis enim conſtat pharmacopolia antiquis temporibus medicos exercuiſſe; ipſum autem medicum fuiſſe, tum ex genere quo ortus erat medicorum, tum ex libro quem de ſanitate & morbo conſcripſit, tum precipue ex eo conſtat quod Plutarchus in Alexandro ſcripſit: δοκεῖ δέ μοι, καὶ τὸ φιλιατρεῖν Ἀλεξάνδρῳ προστρίψασθαι μᾶλλον ἑτέρων Ἀριστοτέλης. οὐ γὰρ μόνον τὴν θεωρίαν ἠγάπησεν, ἀλλὰ καὶ νοσοῦσιν ἐβοήθει τοῖς φίλοις, καὶ συνέταττε θεραπείας τινὰς, καὶ διαίτας, ὡς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν λαβεῖν ἐστί. Videtur verò mihi, Alexandro medicinæ amorẽ indidiſſe, magis quàm alius quiſquam Ariſtoteles. Neque. n. ſpeculatricem ſolam amauit, ſed etiam amicis laborantibus auxilia tulit, & purgationes quaſdam & dietas præcepit, vt eſt ex eius epiſtolis manifeſtũ. Vita autem Platone defuncto, Speuſippoq; eius nepote in ſchola ſurrogato, clauſo pharmacopolio, aulis ſectandis ſeſe applicuit, quod Timæus hiſtoricus ſic tetigit. referente Suida. καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα, & honorabile pharmacopolium clauſit, & ad omnem aulam & ſcenam inſilijt. Scilicet ad Hermiam Eunuchum eſt profectus. Sed antequam Plato ẽ viuis cederet, magna inter eos diſſidia oborta ſunt. Quod Aelianus libro variç hiſtoriç ſic commemorat. Primum diſſidium Ariſtotelis aduerſus Platonem ex his ferunt initium cœpiſſe. Non probabat eius vitam Plato, neq; corporis habitum & ornatũ. Nam Ariſtoteles veſtibus & calciamentis magnificis vtebatur, & cõtra Platonis morem crines

abradebat, anulisq; ferendis se exornabat, vultu cauillationem & irrisionẽ quandam præferebat, & intempestiua loquacitate in sermone, ingenium eius, moresq; redarguebat. Hæc omnia philosopho esse indigna manifestum est. Quæ cum videret Plato, non admittebat hominem, sed ei præponebat Xenocratem, Speusippum, Amyclam & alios. quos tũ alijs honoribus prosequebatur, tum disputationum suarum participes esse patiebatur. Cum verò quodam tempore Xenocrates in patriam iter suscepisset, Aristoteles cum suorum discipulorum caterua, inter quos erat Mnason Phocensis, & alij, Platonem oppugnabat de industria. Laborabat tum morbo Speusippus, quam ob rem Platoni adesse non poterat. Plato octuagesimum annum agebat, ita vt iam propter ætatem destitueretur memoriæ viribus. Intendens igitur in eum & adoriens ex insidijs Aristoteles, magnaq; cũ ambitione quæstiones nectens, ac sophistice eum redarguens iniurium simul, & ingratum sese præbebat. proinde desistens exteriore deambulatione domi cum familiaribus priuatim ambulabat. Exactis tribus mensibus Xenocrates a peregrinatione reuersus, inuenit Aristotelem deambulantem, & docentem, vbi reliquerat abiens Platonem. Videns autem cum familiaribus suis, non ad Platonẽ commeare, sed alio in ciuitate seorsum ex auditorio vestigia ferre, interrogabat quẽdam in Peripato, vbi nam esset Plato, existimans eum decumbere. at ille respondit, non male habet, sed Aristoteles ei molestiam facessens, effecit vt è Peripato discesserit, & in horto domi philosophiam tractet. His auditis Xenocrates, repente se ad Platonem contulit, & offendit eum differentem cum his qui simul aderant. Erant autem frequentissimi, & summę existimationis viri, & adolescentes aliqui illustrissimę famę. Qui cum loquendi finem fecisset, perhumaniter pro more solito Xenocratem salutauit. rursusq; illum similiter Xenocrates. Deinde conuersatione dimissa, Xenocrates nullum verbum hac de re cum Platone locutus neque audiens, collectis suis commilitonibus, vehementer obiurgauit Speusippum, ꝙ Aristoteli cessisset ex Peripato. Et ipse quàm potuit instructissimis viribus contra Aristotelem pugnauit, eoq; contentionis progressus est, vt eum eijceret, & in consuetum locum Platonem restitueret. Hæc quidem res, causa putanda est, cur postea Aristoteles, odio sit Xenocratem persecutus; cur Lyceum contra eum aperuerit; ac deniq; cur Plato Aristotelem mulũ appellauerit. Quod Laertius his verbis refert. Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισεν, ὥσπερ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. Aristoteles in nos recalcitrauit, veluti muli statim geniti, matrem. Quod idem quoq; Aelianus lib. 4. narrat. Sic scribẽs. Plato nominare solebat Aristotelem, mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quod mulus cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrẽ. Significabat igitur Plato, inuoluto quodam sermone, ingratitudinem Aristotelis Etenim is cũ maxima philosophię semina, & accessus a Platone accepisset, suffartus optimis quibusque, auuersatus, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus, & discipulis aduersus eũ pugnauit, & Platonis aduersarius esse cupiebat. Attamen Ammonius, ostendere conatur eũ superstite adhuc Platone, Lyceum minimè aperuisse. neq;.n. potuisse affirmat, pollentibus maxime tunc in ciuitate Chabria, ac Timotheo, Platoni sanguinis necessitudine cõiunctis: imo potius ab Aristotele Platonẽ tam honorifice tractatũ, & ei etiam aram statueret. Beneuolentiæ ac honoris erga eum, argumentum. quàm item rem disticho hoc confirmat.

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τὸν δὲ Πλάτωνος
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Aram Aristoteles erexit hanc Platonis
Viri, quem nec laudare scelestis fas est.

Quod

Quod quidem factum ab eo esse potuit, vel ante dissidia inter eos orta, vel post Platonis obitum ad obscurandam eius dissidij infamiam. Nō multo deinde interiecto tempore Plato vita functus est. Cuius scholę princeps, Speusippus eius ex sorore nepos, est suffectus Aristoteles autem, eius fortè rei indignatione, Pharmacopilio clauso, vt ait Timęus, Athenisq; relictis, ad Hermiam Eunuchū, Atarnensiū Tyrannum nauigauit. anno scilicet quarto Olympiadis 108. vt Laertius ex Apollodoro refert. Aristotele tunc ętatis annum quadragesimum agente. Fuerat Hermias olim Athenis, primū Platonis, auditor, postea Aristotelis & auditor & delicię παιδικά. vt Diogenes refert, ac ēt Suidas. Ab hoc Hermia, vt Strabo lib. 13. narrat, honorifice habitus est; ita vt illi Pythiada, eius vel filiam vt Suidas, seu neptē, vt Strabo & Demetrius Magnes, seu ēt pellicē vt Aristippus narrat, cuius amore flagrabat, in vxorē duxit. Tantaq; est ꝓfusus eius rei lętitia, vt ὑπερχαίρων, gaudio exultans τῷ γυναίῳ vxorculę sacra eo more quo Eleusinię Cereri sacrificabant Athenienses, fecerit. Pœanaq; in Hermiam tamq̄ Apollo esset, cōscripsit. q̄ integer est apud Diogenē: quamq; Aristocles Peripateticus lib. 7. de Philosophia vt est apud Eusebiū lib. cōtra philosophos cap. 1. ex epistolis ad Antipatrū Aristotelis, afferat Aristotelē, Pythiada in vxorē duxisse, ab obitu Hermię. tres annos cū Hermia versatus est; eo aūt a Memnone Rhodio, (vt author est Strabo) cōprehenso, & ad Persarū regem misso, Aristoteles inde aufugit. Deinde vt idē Apollodorus tradidit, Olympiadis 109. anno secundo ad Philippum Macedonię regem, est profectus, ab eo (vt Plutarchus scribit in Alexandro) accersitus, Alexādroq; filio quindecim annorum puero, pręceptor est constitutus. Tantiq; a Philippo est habitus, vt in eius Gratiam, Stagiram eius patriam, a se antea dirutam, reædificauerit, ingentibusque muneribus eum ornauerit. Quarum omnium rerum Plutarchus in Alexandro testis est locupletissimus dum in hanc sententiam scribit. καὶ τοῖς περὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐγκύκλια παιδευταῖς, οὐ πάνυ τι πιστεύων, τὴν ἐπιστασίαν αὐτοῦ καὶ κατάρτισιν, ὡς μείζονος οὖσαν πραγματείας, καὶ κατὰ τὸν Σοφοκλέα, πολλῶν χαλινῶν ἔργον, οἰακῶν τε ἅμα, μετεπέμψατο τῶν φιλοσόφων τὸν ἐνδοξότατον, καὶ λογιώτατον Ἀριστοτέλην, καλὰ καὶ πρέποντα διδασκαλία τελέσας αὐτῷ. τὴν γὰρ Σταγειριτῶν πόλιν, ἐξ ἧς ἦν Ἀριστοτέλης, ἀνάστατον ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένην, συνῴκισε πάλιν, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἢ δουλεύοντας τῶν πολιτῶν, ἀποκατέστησεν. σχολὴν μὲν οὖν αὐτοῖς καὶ διατριβὴν τὸ περὶ Μίεζαν νυμφαῖον ἀπέδειξεν, ὅπου μέχρι καὶ νῦν, Ἀριστοτέλους ἕδρας τε λιθίνας καὶ ὑποσκίους περιπάτους δεικνύουσιν. ἔοικε δὲ Ἀλέξανδρον, οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλ' καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ βαρυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες, οὐκ ἐξέφερον, εἰς πολλοὺς, μεταχεῖν. Quæ in hunc modum libuit vertere. Atque ijs qui musicam, & encyclia docebant non satis fidens, curam ipsius; & institutionem, veluti maioris operę, & vt Sophocles ait, multorum frenorum temonumque opus, Aristotelem accersiuit, philosophorum celeberrimum, ac eloquentissimum. honesta, ac decentia, ob eiusmodi doctrinā, pręmia illi constituens. Etenim Stagiritarū vrbem, ex qua Aristoteles erat, a se dirutam, iterum exedificauit, & ciues fugatos, aut seruos factos, restituit in integrū. Scholam verò illis & gymnasiū, Nymphęum id quod est apud Miezam attribuit, vbi ad hæc vsq, tempora, Aristotelis sedes lapideę & vmbrosæ deambulationes commonstrantur. Videtur autem Alexander non solum Ethicā & Politicam disciplinam accepisse, verū etiam participem factum, doctrinarum reconditarum, ac grauissimarum, quas viri ij, auscultatorias, & perspectorias appellabant, neq; in vulgus efferebant. Dum cum Alexādro esset, Philippus vt hoc loco ait Plutarchus in eius gratiam Stagiram exedificauit Aristotelem verò illis leges dedit εἰς καὶ νόμους θεῖναι, quibus & lege posiuisse ait Laertius. Ammonius verò addit, Stagiritas in Aristotelis honorem festum diē celebrauisse cui Aristo-

telia nomen indederint, mensem verò quo festũ celebrant stagiritem appellabãt. Fuit igitur Aristoteles cum Alexandro vsque ad Philippi patris mortem, quę fuit Olympiadis centesimę vndecimę anno primo, vt Diodorus autor est, post annos sex exactos, ex quo Aristoteles Alexandrũ docendũ susceperat. Principio Alexander Aristotelẽ plusq̃ patrem amore est prosecutus, cumq; magnopere est admiratus; postea verò suspectum habuit. Quam rẽ ita prodidit Plutarchus. Ἀριστοτέλη δὲ θαυμάζων ἐν ἀρχῇ, καὶ ἀγαπῶν οὐχ ἧττον (ὡς αὐτὸς ἔλεγε) τοῦ πατρὸς, ὡς δι᾽ ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν. ὕστερον ὑποπτότερον ἔσχεν, οὐχ ὥστε ποιῆσαι τὶ κακὸν ἀλλ᾽ αἱ φιλοφροσύναι τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο, καὶ στερκτικὸν οὐκ ἔχουσαι πρὸς αὐτὸν, ἀλλοτριότητος ἐγένοντο τεκμήριον. Aristotelem principio admiratione prosequutus & amore non minori (vt ipse dicere solebat) quàm patrem, quod ob hunc viueret, ob illum verò bene viueret, postea suspectiorem habuit, non quod ei quicquàm mali faceret, sed quod beneuolentia illa sua, non amplius vehemens illud, ac amatorium haberet erga eum, inditium abalienationis ab eo cuiusdam fuit. Quæ abalienatio post Alexandri in Asiam profectionem in dies magis ac magis, in animo regis crescens, tandem, Hermolai contra regem coniuratione, in odium est versa. Ita vt etiam, eius rei pœnas per literas ad Antipatrum, Aristoteli minaretur, quòd eum eius coniurarionis per Callisthenem, authorem credidisset, attestante id Plutarcho, cum in Alexandro, ita scribit. ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, Καλλισθένην συνεπαιτιασάμενος. οἱ μὲν παῖδες φησὶν, ὑπὸ τῶν μακεδόνων κατελεύσθησαν, τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας; ἄντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος, πρὸς Ἀριστοτέλην. Vltimo ad Antipatrum scribens, & Callisthenem culpæ reum faciens, ait. Pueri quidem a macenibus sunt interempti; sophistem verò puniam ego. Et eos, qui eum miserunt: & qui in vrbes eos recipiunt qui mihi insidiantur. Clare in his contra Aristotelem sese indicans. Quarum pœnarum fortè timor, seu odium ex Callisthenis morte in regem contractum, siue vltionis desiderinm, Aristotelem induxit, vt Antipatro, qui Macedoniæ regnum affectabat, author fieret veneni illius, quo Alexander extinctus postea est. Testante id eodem Plutarcho his verbis. οἱ δ᾽ Ἀριστοτέλη φάσκοντες, Ἀντιπάτρῳ σύμβουλον γενέσθαι τῆς πράξεως, καὶ ὅλως δι᾽ ἐκείνου κομισθῆναι τὸ φάρμακον Ἀγνόθεμιν τινὰ διηγεῖσθαι λέγουσιν, ὡς Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως ἀκούσαντα. Alij verò Aristotelem dicunt consortem consilij Antipatro fuisse, & omnino per eum venenum delatum, Agnothemin quendam narrare aiunt, qui id ab Antigono Rege audierit. Quam rem Arrianus quoque libro septimo confirmat, καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Ἀριστοτέλης μὲν Ἀντιπάτρῳ ἐξεῦρε, δεδιὼς ἤδη Ἀλέξανδρον Καλλισθένους ἕνεκα. Et venenum, quod Antipatro, Aristoteles inuenerit, timens iam Alexandrum, ob Callisthenem. Quod etiam Plinius libro trigesimo cap. vltimo testatum reliquit. Vngulas tantum mularum repertas; neque aliam vllam materiam, quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno, Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia, excogitatum. Sed Aristoteles postquam septem ferè annis cum Alexandro fuisset, post mortem Philippi anno, & ante Asiaticam expeditionem itidem anno, Callisthene Olynthio suo ex cõsobrina nepote, Regi, & philosophiæ sui loco, & itineris socio tradito, Athenas est reuersus. quod fuit Olympiadis centesimæ vndecimę anno secũdo, quo ętatis suę quinquagesimum iam agebat annũ. Athenis in Platonis schola Xenocratem inuenit docentem, qui Speusippo, ante annis sex mortuo, post biennium fuerat

Olympiadis

Olympiadis centeſimæ vndecimæ anno ſecundo, quo ætatis ſuæ quinquageſimum iam agebat annum. Athenis in Platonis ſchola Xenocratem inuenit docentem, qui Speuſippo, ante annis ſex mortuo, poſt biennium fuerat Olympiadis centeſimæ decimæ anno ſecundo ſuffectus, & quadriennio iam in Academia docebat. Neque illud verum eſt, quod Hermippus, referente Diogene, ſcripſit, Xenocratem ſcilicet Platonis ſcholam obtinuiſſe, Ariſtotele pro Athenienſibus, apud Philippum legatione fungente, nulla namque ratione id temporibus conſonat. Cum certum ſit Platoni in ſchola (author eſt Laertius) Speuſippum ſucceſſiſſe Olympiadis centeſimæ octauæ anno primo, quo eodem Plato vita functus fuerat, eamque octo annos tenuiſſe, tota ſcilicet centeſima nona Olympiade. Cuius ſecundo anno, vt ſupra eſt narratum, Ariſtoteles ad Philippum, non legationis, ſed inſtituendi Alexandri cauſa eſt profectus. Xenocrates autem ſcholam ſuſcepit anno ſecundo centeſimæ decimæ Olympiadis, quo Ariſtoteles quatuor ferè iam annis, Alexandri præceptor fuerat. Qua etiam in re, nullo modo eſt audiendus Ammonius qui narrat, ſtatim Speuſippo vita functo, ab Athenienſibus Ariſtotelem accerſitum, eique Lyceum traditum, cum Academiam eodem ipſo tempore Xenocrates teneret. *Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτήσαντος τοῦ Σπευσίππου, μέλλονται οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστοτέλην, καὶ ἀμφότεροι οὗτοι, ὅτ' Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Ξενοκράτης διεδέξαντο τὴν τοῦ Πλάτωνος σχολήν. καὶ ὁ μὲν Ξενοκράτης ἐπαίδευεν ἐν Ἀκαδημίᾳ, ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν Λυκείῳ.* Poſt hæc vero, defuncto Speuſippo, accerſunt Athenienſes Ariſtotelem, atque ambo hi, Ariſtoteles, ſcilicet & Xenocrates, Platonis ſcholam ſuſceperunt. Xenocrates quidem in Academia, Ariſtoteles vero in Lyceo docebat. Hoc namque tempore, quo Speuſippus diem obiit, Ariſtoteles cum Alexandro erat, neque ab eo per ſex adhuc annos receſſit, Xenocrates vero non niſi biennio poſt Speuſippi obitum ſcholam obtinuit. Neque etiam quod Ammonius ſubnectit verum eſſe poteſt. Quòd Ariſtoteles perſecutionem accuſationis paſſus in Chalcidem ſit profectus atque inde in Macedoniam ſeſe receperit, ibique apud reges, Alexandrum, Olympiada Antipatrum, & Philippum magna fuerit poteſtate. Quod ſic ſcripſit. *ἐπανέρχεται δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Μακεδονίᾳ. καὶ πολλὰ ἐδυνήθη παρὰ τοῖς τότε βασιλεῦσι. παρά τε Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παρὰ τοῦ Ὀλυμπιάδι τῇ τούτου μητρὶ, καὶ παρ' Ἀντιπάτρῳ τε καὶ Φιλίππῳ.* Reuertitur iterum Ariſtoteles in Macedoniam, & multum polluit apud tunc temporis reges, Alexandrum, & Olympiadem eius matrem, & Antipatrũ, atque Philippum. Scribit enim hæc immemor eorum quæ non multo antea ſcripſerat. *Συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη εἴκοσι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν, διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ. (υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης τῆς τούτου ἀδελφῆς) ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης, ἔρχεται ἐν τῇ τῶν Μακεδόνων πόλει, ἔνθα παιδεύει Ἀλέξανδρον τὸν κτίστην.* Cum Platone fuit Ariſtoteles annis viginti. Poſt obitum cuius, ſcholam ſuſcipit Speuſippus eius nepos; filius namque fuit is, Potonæ eius ſororis; Ariſtoteles vero venit in Macedonum vrbem vbi inſtituit Alexandrum, ædificatorem (ſcilicet Alexandriæ vnde Ammonius erat). Non enim bis ſed ſemel in Macedoniam profectus eſt, idque non ſtatim a Platonis obitu ſed poſtquàm ab eo obitu tres annos cum Hermia fuiſſet. Neque tunc temporis polluit apud Alexandrum ſimul & Olympiada, & Antipatrum & Philippum reges eius temporis; cum Alexander non niſi poſt Philippi mortem Macedonum Rex, Antipater vero non rex, ſed rector Macedoniæ poſt Alexandri diſceſſum fuerit; Philippus vero iam antea obierat. Quod ſi quis annorum ab eo enumeratorum rationem ſupputet manifeſto apparebit falſitas huius narrationis. Nam ait Ariſtotelem xvii. agentem annum Socratem audire cœpiſſe, tres annos audiuiſſe; cum Platone viginti fuiſſe. Hi anni quadraginta integri fuerunt, vixit au-

B

tem poſt Platonis mortem viginti tres. Vt omnes ſint, tres & ſexaginta. Hanc annorũ diſtributionẽ ipſe in fine eius vitæ tradit his verbis. ἔζησε δὲ τὸν σύμπαντα χρόνον ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη ἑξήκοντα τρία. ἑπτακαιδέκατον γὰρ ἔτος ἄγων φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ τούτῳ συνέσχεν ἔτη τρία. συνῆν δὲ καὶ τῷ Πλάτωνι ἔτη εἴκοσι. Μετὰ δὲ γε τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν ἔζησεν ἔτη εἰκοσιτρία. Vixit vero uniuerſam ætatem Ariſtoteles annos ſexaginta tres. Etenim ſeptimum ac decimum agens annum, Socratem adiit. Cùm quo tres fuit annos; fuit etiam cum Platone, annos viginti, poſt vero obitum Platonis vixit annis vigintitribus. Quo quidem annorum numero conueniunt & Diogenes, & Suidas, & omnes ferè reliqui. Itaque vſque ad quadrageſimum Platonis auditorem fuiſſe, nulla eſt controuerſia. De tribus ac viginti reliquis, tres & decem vltimos Athenis docuiſſe conſtat quam rem Diogenes his verbis deſcripſit. ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης, ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη. Ariſtoteles igitur Athenas veniens, cum tres & decem annos ſcholæ præfuiſſet; & Suidas. ἦρξε δ' ἔτη ιγ τῆς περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι, ἀναχωρήσαντα τῆς ἀκαδημίας ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. Præfuit autem annos tredecim illi Philoſophiæ quæ Peripatetica eſt vocata, eo quia in peripato ſeu horto docuerit, diſcedẽs ex Academia, in qua Plato docuerat. Diſceſſus autem hic ex Academia opinor tunc & fuit quando, vt ex AEliano retulimus, ꝑ Xenocratis abſentiã, Academiã ipſe expulſo Platone occupauerat, Xenocrates uero eũ poſt reditũ, ex ea eiecit. Itaque decem eos annos qui a quadrageſimo ætatis eius vſque ad quinquageſimum fluxerunt, tres cum Hermia Eunucho fuit, ſeptem vero cum Alexandro, ſex ſcilicet ſuperſtite Philippo, vnum ab eius obitu. Poſt vero eius ab Alexandro diſceſſum Alexandrique in Aſiam traiectionem, cum Athenis docere cœpiſſet, aut non amplius in Macedoniam eſt profectus; aut ſi quando eo abiit, nec Philippi, qui iam è viuis deceſſerat, nec Alexandri qui in Aſia bellum gerebat: familiaritate vti potuit. Non ergo vera eſt Ammonii narratio. Quòd ſi in Macedoniam abiit quando Antipater regno iam potitus fuerat, & Philippus iam olim & Alexander interierant, atque iccirco familiaritate eorum vti nequiuit. falſa vero etiam eſt altera eius narratio, qua refert eum cum Alexandro in Perſidem atque in Brachmanas vſque, profectum. Neceſſe enim eſt eam profectionem in id tempus cadere, quo ipſe Athenis vti retulimus iam docebat. Nam ante hoc, Alexander ne dum in Brachmanas, ſed ne in vicinam Aſiam copias traduxerat. Hæc res tam abſurda, tam ſui, quàm aliorum immemor, cogit me vt fatear eam vitam quæ Ammonii Commentariis in Ariſtotelis categorias eſt præfixa, quæque alibi ſub Philoponi eius diſcipuli nomine legitur; me nulla ratione poſſe adduci vt credam ab vtrouis horum virorum fuiſſe conſcriptam. Pro vero itaque ſtatuamus, Ariſtotelem, poſtquam Athenas Quinquagenarius reuerſus eſt, ibi tredecim annos continuos docuiſſe. Quo eodem tempore Xenocrates legebat in Academia, docuitque poſt Ariſtotelis obitum annis octo. Quòd ex Laertii Xenocrate colligitur. Quem Xenocratem cum in aduentu eius docentem inueniret, hoc verſu pronunciato.

Αἰσχρὸν μὲν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν.

Turpe eſt ſilere, & Xenocratem vt dicat, ſinere (quem tamen verſum Cicero de Iſocrate eum teſtatur pronunciaſſe) æmulationem eius, aduerſus eum virum prodidit, memor forte ſe illius opera ex Academia olim eiectum. Quam æmulationem agnoſcens Alexander, Ariſtoteli iam iratus, ut oſtenderet eum ſe deſpectui habere, Anaximenem Rhetorem Calliſthenis æmulum apud ſe honorifice habuit, & Xenocrati Athenas dona miſit. Quod Diogenes ita ſcriptum reliquit. λέγεται δὲ διὰ τὴν τοῦ Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν, προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ. κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ

τοῦτον

τοῦτον λυπῆσαι, Ἀναξημένην μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ ξενοκράτει δῶρα. Fertur vero propter Callisthenis aduersus Alexandrum aggressionem, Regis odium incurrisse. Atque hunc, vt ei dolorem incuteret, Anaximenē honoribus auxisse, & Xenocrati dona misisse: quæ Plutarchus refert quinquaginta fuisse talenta. καὶ τὰ πεμφθέντα ξενοκράτει πεντήκοντα τάλαντα. Et quæ Xenocrati missa sunt talenta quinquaginta. Mos autē eius in docendo in primis fuit vt in schola deambulando mane Phlosophiā doceret, ac rationes eas quas ἀκροαματικὰς ætas illa vocare consueuit: ad quas non nisi uiros explorati ingenii admittebat, vt Gellius Lib.xx. Cap.iiii. recenset. Idque agebat vsque ad horam vnctionis ac gymnastices exercendæ. Quod Laertius μέχρι ἀλείμματος vsque ad vnctionem appellauit. A prandio vero disciplinas eas proponebat quas ἐξωτερικὰς nuncupabant, ad quas iuuenes, (Gellio eodem loco teste) ac sine delectu omnes admittebantur, hos ad Thesim Rhetorice declamare assuescere faciebat, quod Laertius sic expressit καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπασκῶν. Et ad Thesim discipulos exercebat, Rhetorice simul assuescens. Instituit quoque vt singulis decem quibusque diebus princeps aliquis ex discipulis, scholæ præesset. In Xenocratis imitationem, vel æmulationem. Vt author est idem Laertius in his. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ σχολῇ νομοθετεῖν μιμούμενον Ξενοκράτη ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας, ἄρχοντα ποιεῖν. Sed & in schola leges tulisse, Xenocratem, imitatus vt quibusque decem diebus, principem faceret. Hoc itaque modo totos tres & decem annos docuit. Quibus omnes eius libros scripsisse rationi est consonum præter eos qui de animalibus sunt, & qui ad eloquentiam ac φιλολογίαν pertinent, nam hos vt ego quidem ex Plutarcho coniicio dum esset cum Alexandro conscripsit. Sic enim scribit. ἦν δὲ καὶ φύσει φιλολόγος, καὶ φιλαναγνώστης, καὶ τὴν μὲν ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων, καὶ ὀνομάζων, ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν. εἶχεν δ' ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. τῶν δ' ἄλλων βιβλίων οὐκ εὐπορῶν, ἐν τοῖς ἄνω τόποις, Ἅρπαλον ἐκέλευσεν πέμψαι. κἀκεῖνος ἔπεμψεν αὐτῷ τάς τε Φιλίστου βίβλους, καὶ τῶν Εὐριπίδου, καὶ Σοφοκλέους καὶ Αἰσχύλου τραγῳδιῶν συχνὰς. καὶ Τελέστου, καὶ Φιλοξένου διθυράμβους. Erat etiam natura & eloquendi & legendi studiosus (de Alexandro loquens) & Iliadem bellicæ virtutis viaticum, & existimabat, & vocabat. Eamque ab Aristotele correctam accepit, quam è Nartheco appellant. Habuitque semper cum manulario sub puluino repositam, quod Onesicrates historia prodidit. Aliorum vero librorum, superioribus illis regionibus, cum copiam non haberet, iussit Harpalo vt ei mitteret; qui quidem ei & Philisti libros misit, & frequentes Euripidis, Sophoclis ac AEschyli tragœdias. Nec non Telestæ & Philoxeni dithyrambos. Ex quo loco manifestum est Homeri Iliadem ab Aristotele illi correctam fuisse; eaque occasione Homericas q̄ones puto scripsisse. Nec nō de Poetis, de poetica & quæ ad Rhetoricā & id genus alia ad philologiam pertinentia. Libros vero de animalibus, videtur sub Philippo cœpisse scribere, & sub Alexandro, iam in Asiam traiecto, absoluisse. Nam AElianus manifeste attribuit Philippo, horum librorum scriptionem, in hunc modum Libro 4. scribens. Philippus Macedo non solum bellicis & oratoriis virtutibus claruit, sed etiam institutionem, & doctrinam admodum honorifice habuit. Aristoteli igitur infinitas pecunias suppeditauit, causaque fuit tum alius magnæ eruditionis & doctrinæ, tum etiam eius scientiæ, quæ versatur in contemplatione animalium, & horum historiam Nicomachi filius propter abundantiam diuitiarum Philippi, lucratus est. Neque repugnat hic locus, ei loco Plinii qui est Lib. 8. Cap. 16. sic scribentis. Alexandro Magno rege, inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in

totius Asiæ Græciæque tractu parere iussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusq; alebant, quibusque viuaria, armenta, aluearia, piscinæ, auiaria, in cura erant, ne quid vsquam gentium ignoraretur ab eo, quos percontando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus condidit. Potuit enim Alexander ea cupidine dum adhuc sub disciplina esset, inflammari, Philippus vero, pecunias dum viueret, errogare. Quamquam Athenæus Lib. 9. Alexandro eam pecuniarum errogationem attribuat. Νομίζων δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει μνήμης ἠξιῶσθαι τὸ ζῶον, ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ· ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ᾽ Ἀλεξάνδρου τὸν Σταγειρίτην λόγος ἔχει εἰς τὴν περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν. Existimās memoriā ab Aristotele, factā animalis in opere multorum talentorum. octingenta namque talenta ab Alexandro accepisse Stagiritem fama est, ob animalium historiam. Neque vero multum interest, an pater, an filius patris consensu eas pecunias dederit. Post Asiaticam uero expeditionem susceptam, ex iis quæ supra narrata sunt, eas largitum Alexādrum verisimile non est, nisi forte inter initia, nam postea eum odio habuit. Sed quoquo id modo sit, rationi est consentaneum, hac pecuniarnm abundantia, Aristotelem bibliothecam, quam dictus est philosophorum, omnium primus instruxisse, Speusippique libros non ita multos, tribus talentis, idest scutatis aureis duobus millibus emisse. Per rexit ergo Athenis docere usque ad sexagesimum secundum suæ ætatis annum, quo tempore, ab Eurimedonte quodam Hierophanta uel Sycophanta ἀσεβείας, idest impietatis est accusatus. Eò scilicet quòd Hermiæ Eunucho, iam olim, veluti Apollini Pœana cecinisset, ac Pythiadi vxori tanquam Cereri sacrificasset. Itaque metuens ne sibi tunc quod olim Socrati accideret, solum vertit: Chalcidemque Eubœæ se recepit. Qua occasione, interroga nti cuidam, cur Athenas reliquisset, respondit nolui, Athenienses bis in Philosophiam peccare. Socratis nimirum, & suam mortem innuens. Antipatro vero, scripsit, ὅτι τὸ Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν, ἐργῶδες. Quòd Athenis immorari, laboriosum. cum eo. Homeri versu.

Ὄγχνη ἐπ᾽ ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ᾽ ἐπὶ σύκῳ.

Pirus super Piro senescit; ficus uero super ficu: mordens, scilicet Ahenìensium Sycophantias & calumnias. Occasione vero illius Pœanis momordit eum distico Theocritus Chius mordax quidam Poeta.

Ἑρμείου εὐνούχου, ἠδ᾽ Εὐβούλου ἅμα δούλου
Σῆμα κενὸν, κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης. Hoc est.
Ermiæ Eunuchi, ac simul Eubuli, serui
Sepulchrum vacuum, vacuæ mentis, fecit Aristoteles. Sed
Et Timon sillorum scriptor, eam rem scommate impetiit.
Οὐδ᾽ ἄρ᾽ Ἀριστοτέλους εἰκαιοσύνης ἀλεγεινῆς.

Neque Aristotelis, vanitatis temerariæ. Dum vero in Chalcide moratur orationem in sui defensionem scripsit, eamque iudicibus transmisit, ac primus a Phauorino ea de causa dictus est, qui pro se apologiam scripserit. Sed cum oratio ea ad iudices missa, nihil profecisset ad iudiciumque nihilo minus vocaretur, cicutam bibere elegit, cuius succo 43. anno ante Socrates extinctus fuerat. Apollodorus tamen morbo eum occubuisse scripsit, anno scilicet ætatis suæ sexagesimo tertio, Olympiadis vero centesimæ quartæ & decimæ tertio anno. Anno etiam vno tantum post quàm Alexander suo consilio & ope, veneno sublatus fuerat. Cuius facinoris socium Antipatrum, Macedoniæ regnum quod eo scelere affectauerat iam adeptum, testamenti sui curatorem reliquit. Quod testamentum ex Laertio adscribere libuit. Habet autem sic. Ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης. ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων, καὶ διὰ παντὸς, Ἀντίπατρον. ἕως δὲ Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι, Ἀριστομένη, Τίμαρχον, Ἵππαρχον, Διοτέλη, Θεόφραστον, ἐὰν βούληται καὶ ἐνδέχηται αὐτῷ, τῶν δὲ παι-

δίων

δίων καὶ Ἑρπυλίδος καὶ τῶν καταλελειμμένων. καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ ἐκδέδοσθαι αὐτὴν Νικάνορι. ἐὰν δέ τι τῇ παιδὶ συμβῇ τι (ὃ μὴ γένοιτο, οὐδ᾽ ἔσται) πρὸ τοῦ γήμασθαι, ἢ ἐπειδὰν γήμηται, μήπω παιδίων ὄντων, Νικάνωρ κύριος ἔστω, καὶ περὶ τοῦ παιδίου, καὶ περὶ τῶν ἄλλων. διοικεῖν δ᾽ ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν. ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. Ἐὰν δέ τι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι (ὃ μὴ γένοιτο) ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα, ἢ ἐπειδὰν λάβοι, μήπω παιδίων ὄντων, ἐὰν μέν τοι ἐκεῖνος τάξῃ, ταῦτα κύρια ἔστω. ἐὰν δὲ βούλητο Θεόφραστος εἶ[ναι] μετὰ τῆς παιδὸς, καθάπερ πρὸς Νικάνορα. εἰ δὲ μὴ, τοὺς ἐπιτρόπους, βουλευομένους μετὰ Ἀντιπάτρου καὶ περὶ τῆς παιδὸς, καὶ περὶ τοῦ παιδὸς, διοικεῖν ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα, μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίως ἡμῶν δοθῇ. δοῦναι δ᾽ αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις, καὶ ἀργυρίου τάλαντον ἐκ τῶν καταλελειμμένων, καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει, καὶ παῖδα τὸν Πυῤῥαῖον. καὶ ἐὰν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ. ἐὰν δ᾽ ἐν Σταγείροις τὴν πατρῴαν οἰκίαν. ὁποτέραν δ᾽ ἂν τούτων βούληται κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν καὶ Ἑρπυλίδι ἱκανῶς. Ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδίου, ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ, σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν, ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ. εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν, καὶ δοῦναι αὐτῇ ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ πεντακοσίας δραχμὰς, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει. δοῦναι καὶ Θαλῇ πρὸς τῇ παιδίσκῃ ἣν ἔχει τῇ ὠνηθείσῃ χιλίας δραχμὰς καὶ παιδίσκην. καὶ Σίμωνι χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ εἰς παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι. Ταχῶνα δ᾽ ἐλεύθερον εἶναι ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παιδίων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅταν δ᾽ ἐν ἡλικίᾳ γένωνται, ἐλευθέρους ἀφεῖναι κατ᾽ ἀξίαν. ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρύλλωνα, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος, καὶ ἡ Προξένου ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος. καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν πεποιημένην ἀναθεῖναι, ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἄπαις ἐτελεύτησε. καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δημητέρα ἀναθεῖναι εἰς Νέμεαν, ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. ὅπου δ᾽ ἂν ποιῶνται τὴν ταφὴν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν. ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῶα λί ινα τετραπήχη Διὶ σωτῆρι, καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρᾳ ἐν Σταγείρῃ. Id autem in hunc modum vertimus. Bene quidem erit. At si quid acciderit, sic disposuit Aristoteles. Curatorem quidem esse omnium & semper Antipatrum. Et quousque Nicanor rerum administrationem susceperit, Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Diotelem, Theophrastum si voluerit, aut poterit curam habere & puerorum & Herpylidis, & rerum relictarum. Cumque opportunum fuerit, tradatur puella Nicanori. Si quid vero puellæ acciderit, (quod nec fiat, nec fiet) antequam nubat aut post nuptias liberos susceperit, Nicanor Dominus estotum puelli regendi, tum aliarum rerum, & sibi & nobis condigne. Curet vero Nicanor & puellam, & puellum Nicomachum, vti dignitas eorum fert, tanquàm &, pater eorum & frater. Sed si quicquam Nicanori acciderit (quod ne fiat) antequàm puellam duxerit, aut postquàm duxerit, liberos non susceperit, ea quæ ipse disposuerit, rata sunto. Si vero Theophrastus, cum puella esse uoluerit, veluti Nicanor esto. Sin vero noluerit, Curatores simul cum Antipatro consulentes, sic agant vti illis optimum uisum fuerit. Qui iidem, & Nicanor, memores nostri, curent Herpylidem, quia solicita erga me fuit, tum aliis in rebus, tum etiam si nubere voluerit, uir illi detur, qui nobis non sit indignus. Dentque ei, præter ea quæ prius data sunt, de bonis relictis, argenti talentum, & ancillas tres si voluerit, & ancillulam quam habet, & puerum Pyrrhæum. Et si in Chalcide voluerit habitare, hospitium apud hortum; si vero in Stagiris, paternam domum. Quamcunque vero harum voluerit, curatores adornent suppellectile ea, quæ illis bene se habere videbun-

tur, & Herpylidi ſatis fuerint. Curam etiam gerat Nicanor Myrmeci puelli, vt nobis digne, reportetur ad ſuos, cum rebus ipſius, quæ accepimus. Ambracida quoque liberam eſſe volo, dariq́ue illi, cum puella nupſerit quingentas drachmas, & ancillulam quam habet. Thaleti quoque dentur, præter ancillulam emptam, quam habet, millæ drachmæ, & ancillula. Simoni etiam præter prius argentum, aut puer ematur, aut argentum detur, quo puerum emat. Tachona quoque liberum, quando puella nupſerit, volo, & Philonem, & Olympium cum filio ſuo. Neque vendi quemquam de puellis iis qui me curauerunt, ſed vti illis. Cumq́ue adoleuerint, liberi digne dimittantur. Curent quoque ſtatuas quæ tradite ſunt Gryllioni, vt perfectæ cum fuerint dedicentur. Nicanoris, ſcilicet ſtatua, & Proxeni, quam edere cogitaueram, & Matris Nicanoris. Et Arimneſti, quæ iam perfecta eſt, dedicari, vt eius memoria extet, quoniam ſine liberis obiit. Dedicare etiam matris noſtræ Cererem, in Nemea, vel vbicunque videbitur. Quocunque etiam loco, ſepulchrum nobis conſtruent, ibidem eruta oſſa, Pythiados, vti ipſa iuſſit, reponantur. Dedicari etiam iubeo, Nicanorem ſeruatum, eo voto quòd pro eo voui, animalia lapidea quadricubita, Ioui ſeruatori & Palladi ſeruatrici, in Stagiris. Neſcio autem quo antiquorum teſtimonio Ioannes Vallenſis tradiderit Ariſtotelem cũ in Euboea Euripi illius curſus atque recurſus diu noctuque ſæpe iteratos diu contemplatus eſſet, nec cauſam inueniret, hæc verba pronunciaſſe. Quando quidem ego te comprehendere nequeo, comprehende tu me. Et cum his dictis ſe in mare proieciſſe. Fuit autem Ariſtoteles lingua balbus, cruribus tenuibus, paruis oculis. Quæ paucula tantum de eius corporis habitu inueni. balbutiei meminit Plutarchus libro de Poetis audiendis in hunc modum. ὥσπερ οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα. Veluti hi, qui Platonis incuruitatem imitantur, & Ariſtotelis balbutiem. Laertius vero ſic ſcripſit. τραυλὸς τὴν φωνὴν, ὥς φησι τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ περὶ βίων, ἀλλὰ καὶ ἰσχνοσκελὴς φασὶν ἦν, καὶ μικρόμματος Balbus voce, vt ait Timotheus Athenienſis in libro de vitis, ſed & tenuibus cruribus fuiſſe & paruis oculis quibus quidẽ ſignis, ſi phyſionomicam eius ſequamur, μικροψυχίαν quandam & puſillanimitatem ex oculorum paruitate coniicere licet. Sic enim eo libro tradit. μικρόψυχος, μικρομελὴς, μικρογλάφυρος, ἰσχνὸς, μικρόμματος, καὶ μικροπρόσωπος Puſillanimis, paruis membris, paruis articulis, macer, paruis oculis, & parua facie. Attamen ex corporis ornatu, contrarium vitium arguemus, nimirum χαυνότητα quandam & faſtum. Scribit enim Laertius, atque etiam vti vidimus AElianus, veſte inſigni, & anulis, & tonſura, κουρᾷ vtebatur, hæc autem Ethicorum 4. Cap. 3. faſtoſi eſſe ſigna traduntur. καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦντα, καὶ σχήματι καὶ τοῖς τοιούτοις. Et veſte ornatum, & forma, & talibus: tenuitas uero crurum, luxuriem indicat, docente ipſo, Phyſionomico. Cap. 6. Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας λεπτὰς, νευρώδεις ἔχουσι, λάγνοι. Quicunque crura habent tenuia, neruoſa, luxurioſi. Quod uidetur in eo non fuiſſe falſum. Namque Hermiam illum Eunuchum pro amaſio habuit, AEſchrionem etiam, & Palephatum Abidenũ ut author eſt Suidas. Et Pythiadis amore iam prouecta ætate exarſit. Poſt cuius obitum, Herpylidam Stagiritem in concubinam accepit, quam quoad uixit ſecum habuit ex eaq́ue Nicomachum filium ſuſcepit, pueros etiam habuit in deliciis ea ipſa ætate qua è uiuis deceſſit. Eos teſtamento uetuit uendi, & adultos, liberos honorifice dimitti. Si uero timæo hiſtorico fides præſtanda eſt gulæ deditus fuit, uorax, audax præceps. Sunt enim apud Suidam hæc uerba. Τίμαιος φησὶν κατ' Ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν δυσχερῆ, θρασὺν, προπετῆ, ἀλλ' οὐ σοφιστὴν, ὀψιμαθῆ, μισὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ πολυτίμητον πάσχειν ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα, πρός τε γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν, ἐπὶ στόμα φερόμενον

των ἐν πᾶσιν. Quæ ſit, conuertimus. Timæus ait contra Ariſtotelem. eſſe eum promptum, audacem, procacem, non tamen ſapientem, tardi ingenii, odibilem. Qui celebri mediceo clauſo in omnem aulam & ſcenam inſiliit. Ad hæc vaſti uentris, obſoniorum conditorem, ore ad omnia propenſum D. uero Hieronymus in Epiſtola quadam ebrioſum etiam fuiſſe tradit. Quòd Calliſthenem, amentem eſſe diceret, quia neſciret Alexandro obſecundari, uidetur argui, in adulationem compoſitum fuiſſe. Quem etiam ob eam cauſam obiurgaſſe fertur; cumque Calliſthenes obaudiret uerſum Homeri pronunciaſſe ait Diogenes.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

Citæ mortis mi fili eris, talia loqueris.

Auaritiæ quoque uidentur eum duo celeberrimi Peripatetici notaſſe, Lyco ſcilicet & Ariſtocles, ille in ſchola tertius ſucceſſor, hic Aphrodiſei Alexandri præceptor. Siquidem ambo, referente Theodoreto, paſſionum Græcarum Lib. 12. memoriæ prodiderunt, poſt interitum ipſius, inuentas ei fuiſſe, ollas 300. uel ut alii 74. Plinius ait, 60. oleo plenas quo ſeſe luere ſolebat, ac poſtea diuendere. Cuius rei Diogenes ẽt meminit. Loquacem fuiſſe, & cauilloſum & irriſorem, necnõ etiam ingratũ Aelianus loco ſuperius citato author fuit. Gloriæ fuit cupidiſſimus, uti ex ea cum Platone, cum Speuſippo, cum Xenocrate obtinendæ ſcholæ contentione patuit; ac magis etiam apparet ex ea quam contra omnes, tum antiquiores, tum coætaneos eius exercuit æmulatione, quæ omnibus ſuis libris vſque ad faſtidium ferè inſerta eſt. Acutiſſimi ingenii uir fuit, & in ſtudiis φιλοπονώτατος laborantiſſimus. Cuius rei teſtimonium eſt id quod Diogenes recitat, eum ſonitu æneæ Pylæ, in peluim dum dormiret lapſæ, excitari ſolitum, uti ſtudiis ante lucem incumberet. Omnes antiquorũ libros euoluit, ipſe quoque εὑρετικώτατος inuentionis maximæ; atque αἰτιολογικώτατος, & in reddendis rerum cauſis maximus. Quod Galenus etiam teſtatum reliquit libro primo de Naturalibus potentiis. καὶ πρῶτος γ' Ἀριστοτέλης τὰς τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων αἰτίας εἰς ταύτας ἀνάγειν πειρᾶται τὰς ἀρχάς: Et primus Ariſtoteles omnium particularium cauſas in hæc reducere principia cõnatur in quatuor ſcilicet primarias elementorum qualitates. Quæ autem & qualia dogmata docuerit, ex iis qui extãt eius libris colligere quiſque poteſt; ex iis vero qui non extant, nos quotcunque inuenire poterimus; ſequenti aliquo uolumine referemus. Sed quia ad eius uel mores uel actiones pertinent, referam hoc loco dicteria & apophthegmata eius quæcunque habeo reperta. Rogatus, quid lucri facerent mendaces, ut quando uerum dicant, iis non credatur, reſpondit. Obiurgatus a quodam, quod nequam homini eleemoſinam dediſſet, non morem, inquit, ſed hominem miſeratus ſum. Frequenter dicere & amicis, & diſcipulis ſolebat. Vt uiſus ab aere lumen recipit, ſic anima a diſciplinis. Athenienſes aiebat, & frumenta & leges inueniſſe, frumentiſque uti, legibus nequaquam. Educationis, radices amaras quidem eſſe, fructus uero ſuaues. Interrogatus quid nam ſtatim ſeneſcat. Beneficium inquit collatum. Quid ſpes eſſet, rogatus, uigilantis ait, ſomnium. Diogene placentam ei porrigente, aduertens niſi acciperet, illum dicterio aliquo uſurum, accepit, inquiens, Diogenes & dicterium, & placentam perdidit. Tribus indigere educationem natura, diſciplina, uſu. Audiens a quodã ſibi iurgia oblatrata, abſentem me, ait, etiam flagris cedito. Pulchritudinem ad conciliandos animos, quocunque dono eſſe efficaciorem. Quo eruditi differant ab ineruditis, interrogatus, quantum uiui a mortuis ait. Eruditionem aiebat, in ſecundis fortunis ornamentum eſſe, in aduerſis, refugium. Patrum eos eſſe honorabiliores, qui erudirent, quàm qui, genuiſſent tantum; quia hi uiuere tantum largirentur, illi uero bene uiuere. Glo-

rianti ſeſe cuidam quod è magna eſſet ciuitate; non id ſpectandum eſſe ait, ſed an magnæ ciuitatis quis dignus ſit. Requiſitus, ut quid eſſet Philoſophus diceret. vna anima ait, duobus corporibus inhabitans. Hominum, alios ita parcos eſſe, quaſi ſemper ſint uicturi, alios ita conſumptores, quaſi ſtatim morituri. Cum quiſpiam interrogaret quare cum formoſis libenter & diu eſſe uelimus; cæci id quæſitum eſt, inquit. Roganti cuidam, quid ex philoſophia ipſe boni reportaſſet, quod ſponte mea, inquid, id agam, quod alii præ metu legum faciunt. Interrogatus a diſcipulis quibuſdam ut eos doceret, qua ratione, in philoſophia procederent, reſpondit, ſi eos conſequi ſtudeatis, qui ante eunt; eos uero qui ſequuntur, non expectetis. Cum prolixa loquacitate quidam ad eum uſus eſſet, quæreretque an ſibi faſtidio fuiſſet, nequaquam inquit, non enim tibi aduerti. Rogatus quomodo amicis utendum eſſet, eo inquit modo, quo ipſos nobis uti optaremus. Iuſtitiam eſſe animæ uirtutem pro dignitate diſtributricem. Pulcherrimum in ſenectute uiaticum eſſe eruditionem. Frequenter aiebat, cui multi amici, amicus nemo. Obiter hoc adiungam Pythiada filiam eius tribus uiris nupſiſſe, Nicanori ſcilicet Stagiritæ cui eam teſtamento ſpoponderat. Eo uita functo, ſecundis nuptiis tradita eſt Proclo, qui genus duxerat a Demarato Lacedæmoniorum rege. Cui duos peperit filios Proclum & Demaratum qui poſtea a Theophrato in Philoſophia ſunt inſtituti. Tertiis autem Metrodoro Medico, Chryſippi Gnidii diſcipulo, Eraſiſtrati uero præceptori. Qui ex ea filium Ariſtotelem nomine ſuſcepit cuius uidetur Theophraſtus mentionem feciſſe in teſtamento, dum ait ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει τῷ Μειδίου (non autem Metrodori) καὶ πυθιάδος υἱῷ, liceat, ſi uolet philoſophari, Ariſtoteli Midiæ & Pythiados filio. Nicomachus uero filius, Theophraſti diſcipulus & amaſius fuit, ſub quo magnopere in philoſophia profecit, nomenque celeberrimum eſt adeptus, ut qui, naturalis auſcultalionis libros octo ſcripſerit, moralium uero quatuor ut Suidas narrat Cicero 5. de finibus uidetur tum, & præceptori & patri conferre. Sed Ariſtocles 7. libro de Philoſophia ut refert Euſebius libro contra Philoſophos. cap. 1. de eo hæc ſcribit uerba. Hunc aiunt (Nicomachum, ſcilicet) orphanum a Theophraſto educatum, poſtea uero in bello iuuenem obiiſse. Quæ traditio cum Ariſtotelis teſtamento non conſentit, neq; cum Suida, aut Cicerone qui libros eum ſcripſiſſe affirmant, ex quibus Laertius in Eudoxo locum citat. φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθὸν. Dicit uero eum Nicomachus Ariſtotelis uoluptatem dicere, bonum ipſum.

ARISTOTELICORVM LIBRORVM ENVMERATIO.

LIBER SECVNDVS.


ALEM uirum, qualem tibi insigni iudicio prædite Zacharia, superiore historia ex antiquorum authorum testimoniis descripsimus, nulla nos debere in sui admirationem trahere ob ea quæ uidimus, adhuc ratio persuadet. Neque enim mores eius tam sancti, neque actiones ita magnificæ, neque fortuna tã uaria fuerunt, ut hominum animis admirationem incutere aut debeant, aut possint. Omnis tamen antiquitas maximis eum laudibus semper ornauit. Omnis auorum atq; attauorum nostrorum ætas, eum est admirata; omnis etiam nostra, ingentibus eum encomiis, prosequitur, admiratur, & suspicit; miraculum rerum naturæ eum fuisse, & arbitratur, & prædicat. Nullam profectò aliam ob causam præterquàm ob insignem, ob singularem, ob admirabilem quandam sapientiam, quam multis ab eo scriptis libris comprehensam, posteris reliquit. Cuius sapientiæ innumeros ac propè infinitos semper habuit sectatores, & nunc habet non pauciores. inter quos & tu unus esse cupis. Quem, admirabile quoddam ingenium, acutissima & perspicacissima eius ingenii solertia, singulare quoddam & acre iudicium, memoria & tenacissima, & minime confusa, in ea sapientia, si eius studia prosequaris, nec te aduersus aliquis, uel ætatis, uel fortunæ impetus de cursu reuocet, nõ nisi maximum persuadent, ut expectemus. Quo autem id facilius consequaris, mentemque ab omni impedimento habeas expeditam, & præsenti libro, quæ secunda fuit petitio tua, libros Aristotelis omnes colligam & sequentibus uoluminibus tradam, quæ tibi uiam aperire, & sternere posse uidebuntur. Primum itaque libros omnes quibus Aristoteles suam posteris tradidit sapientiam; quorum non magna apud plerosq; eius sactatores notitia habetur, enumerabo; deinde eos recognoscam; generibus distribuam; ordinibus distinguam; fragmenta colligam; atque alia pleraque, vt opinor tibi non inutilia futura, quæ a plerisq; Aristotelicæ sapientiæ amatoribus, aut penitus ignorata, aut negligenter prætermissa, a nemine ferè tractata, perscribam. Hoc itaque volumine, libros ab Aristotele conscriptos, omnes accipe. Tres uiri celeberrimi nominis, Aristotelicos libros, & collegisse, & in ordines digessisse antiquitus traduntur. Hermippus Callimachius, Smyrnæus, Andronicus Rhodius, quem Peripatetici cognomine, antiquitas ornauit; et Adrastus Aphrodisieus. Quorum monumenta si extarent, magno me labore leuassent. Diogenes quoque Laertius, non parum laboris in id contulit; ut scilicet preter Aristotelis, mores, actiones, fortunas, etiam libros eius enumeraret, etiam eorum librorum versus numeraret. Qui etiam si octuaginta & quatuor Philosophorum

antiquisſimorum vitas, ſtudia & libros ingenti vt uidetur, & labore, & diligen
tia ex authoribus ducentis undecim conquiſierit, non tamen omnes Ariſtoteli
cos libros aſſecutus eſſe videtur, multi nanque ab eo non nominati, ſub Ariſto-
telis nomine extant; multi etiam ab aliis magni nominis authoribus citantur.
Quos omnes tibi ordine ſubiiciam. Ac primo quidem eos qui extant, ſuntque
in omniũ ſtudioſorum manibus. Sunt autem ordinum ſeu generum ſex, Logici,
Naturalis, Metaphyſici, Mathematici, Politici, Philologici; reliquos extra or
dinem appellant. Ex genere itaque Logico quindecim habemus. κατηγοριῶν
prædicamentorum 1. περὶ ἑρμηνείας de interpretatione 1. ἀναλυτικῶν προτέρων,
reſolutiuorum priorum 2. ἀναλυτικῶν ὑςέρων reſolutiuorum poſteriorum 2. το-
πικῶν topicorum 8. ἐλέγχων redargutionum 1. Ex genere vero naturali ſeptua-
ginta quatuor. περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως. de naturali auſcultatione 8. περὶ οὐρανοῦ,
de cœlo 4. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, de generatione & corruptione 2. μετεωρολο
γικῶν de ſublimibus 4. περὶ κόσμου, de mundo 1. περὶ Ψυχῆς de anima 3. περὶ αἰσθή
σεως καὶ αἰσθητῶν de ſenſu & ſenſilibus 1. περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, de me-
moria & meminiſſe 1. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως de ſomno & vigilia 1. περὶ ἐνυπ-
νίων de inſomniis 1. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. de diuinationem per ſomnum
1. περὶ ζώων κινήσεως de animalium motu 1. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος
de longitudine & breuitate uitæ 1. περὶ νεότητος καὶ γήρως καὶ ζωῆς καὶ θανάτου.
de iuuentute & ſenectute, morte, & vita 1. περὶ ἀναπνοῆς, de reſpiratione 1.
περὶ ζώων πορείας, de animalium ingreſſu 1. περὶ πνεύματος de ſpiritu 1. περὶ ζώων
γενέσεως, de animalium generatione 5. περὶ ζώων μορίων de animalium partibus
4. περὶ ζώων ἱςορίας. de animalium hiſtoria 10. περὶ χρωμάτων de coloribus 1. πε-
ρὶ φυσιογνωμικῶν de Phyſiognomicis 1. περὶ φυτῶν, de Plautis 2. Metaphyſici
vero generis. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, eorum quæ poſt naturalia 13. Mathemati-
ci autem duos μηχανικά Mechanica 1. περὶ ἀτόμων γραμμῶν, de inſecabilibus li
neis 1. Politici vero generis triginta, ſcilicet πολιτικῶν, ciuilium 8. οἰκονομικῶν
de domeſticis 2. ἠθικῶν Νικομαχείων, Ethicorum Nicomachiorum 10. ἠθικῶν
μεγάλων, Ethicorum magnorum 2. εὐδημίων, Eudemiorum 7. περὶ ἀρετῶν de uir
tutibus 1. Philologici vero ordinis quinque. Ῥητορικῶν, Rhetoricorum 3. ῥητο
ρικῶν πρὸς ἀλέξανδρον, Rhetoricorum ad Alexandrum 1. ποιητικῶν, Poeticorum
1. Extra uero ordinem quadraginta duos habemus. προβλημάτων, Problema
tum 38. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων de mirabilibus auſcultationibus 1. περὶ ξενο-
φάνους de Xenophane 1. περὶ Ζήνωνος de Zenone 1. περὶ Γοργίου, de Gorgia 1. de
Nilo 1. Præter hos impreſſus eſt Venetiis ſub eius nomine, de cauſis elemento-
rum 1. & alter, de cauſis 1. & de Pomo 1. ac etiam Myſticæ Philoſophiæ, ſi-
ue Aegyptiorum Thologiæ libri 14. qui ſi omnes in unum colligantur ducen-
torum duorum numerum conficiunt. Atque hi quidẽ omnes in manibus ſtudio
ſorum aſſidue teruntur. Eorum uero quos Laertius enumerat pauci admo-
dum extant, ſuntque eorum quos enumerauimus aliqui. Attamen ut eos recen
ſeti, ta huc tranſcribam, redactis (quos ipſe confuſe tradidit) in ſuperiores or-
dines ac genera, prout coniectura aſſequi ex nudis titulis poterimus. itaque Lo
gici ordinis apud eum ſunt hi. σοφιςής, ſophiſta 1. περὶ ἐπιςημῶν de ſcientiis 1.
διαιρέσεις σοφιςικαὶ, diuiſiones ſophiſtice 4. περὶ ἐριςικῶν. de contentioſis 2. λύ-
σεις ἐριςικῶν, ſolutiones contentioſæ 4. περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, de ſpeciebus & ge
neribus 1. περὶ ἰδίων de propriis 1. ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικά, cõmẽtationes ar
gumentoſæ 1. ἐνςάσεις, inſtantiæ 1. περὶ τῶν ποσαχῶς εἰρημένων, ἢ κατὰ πρόθεσιν. de

iis

iis quæ multipliciter dicuntur, ſeu ſecundum propoſitum 1. ὑπὲρ ἐπιστήμης. pro ſcientia 1. διαιρέσεις. diuiſiones 17. διαιρετικῶν, diuidentium 1. ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως interrogationis, & reſponſionis 2. προτάσεις propoſitiones 1. προτάσεις ἐριστικαὶ, propoſitiones contentioſæ 4. συλλογισμοὶ ſyllogiſmi 1. προτέρων ἀναλυτικῶν priorum reſolutiuorum 9. ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων reſolutiuorum poſteriorum magnorum 2. περὶ προβλημάτων de problematis 1. μεθοδικὰ, Methodica 8. ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν, termini ante topica 7. συλλογισμῶν ſyllogiſmorum 2. συλλογιστικὸν καὶ ὅροι ſyllogiſticum & termini 1. τὰ πρὸ τῶν τόπων. ea quæ ante locos 1. τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους topicum ad terminos 2. διαιρετικὸν diuiſiuũ 1. ὁρισμοὶ τρεῖς καὶ δέκα diffinitiones tredecim. ἐπιχειρημάτων argumentationũ 2. προτάσεις propoſitiones 1. θέσεις ἐπιχειρητικαὶ πέντε καὶ εἴκοσι, Poſitiones argumentoſæ 25. μεθοδικὸν Methodicum 1. περὶ λέξεως, de dictione 1. κατηγοριῶν prædicamentorum 1. περὶ ἑρμηνείας de interpretatione 1. atque hæc quidem in genere Logico a Laertio enumerantur qui ſunt 123. ¶In phyſico vero hæc alia. περὶ ψυχῆς de anima 1. περὶ τοῦ πάσχειν καὶ πεπονθέναι, de pati & paſſum eſſe 1. περὶ στοιχείων, de elementis 3. περὶ κινήσεως de motu 1. θέσεις περὶ ψυχῆς poſitiones de anima 1. περὶ φύσεως de natura 3. φυσικὸν naturale 1. περὶ ζῴων de animalibus 9. ἀνατομῶν diſſectionum 7. ἐκλογὴ ἀνατομῶν, ſelectio anatomicorum 1. ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζῴων. de compoſitis animalibus 1. ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾷν pro non gignendo 1. περὶ φυτῶν de Plantis 2. φυσιογνωμικὸν, phyſiognomicum 1. σημεῖα χειμώνων, ſigna tempeſtatum 1. φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον. naturalium per elementa 38. ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων, ſpeculatorum problematum 2. περὶ τῆς λίθου, de lapide 1. qui ſunt 75. numero ¶Ex genere uero Politico hæc alia. περὶ δικαιοσύνης de iuſtitia 4. περὶ φιλοσοφίας, de Philoſophia 3. πολιτικοῦ ciuilis 2. περὶ πλούτου. de diuitiis 1. περὶ εὐγενείας. de nobilitate 1. περὶ ἡδονῆς, de uoluptate 1. Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ἀποίκων. Alexander vel de coloniis 1. περὶ βασιλείας, de regno 1. περὶ παιδείας de educatione 1. περὶ τ' ἀγαθοῦ de bono 3. οἰκονομικὸς de re familiari 1. περὶ φιλίας de amicitia 1. προτάσεις περὶ ἀρετῆς propoſitiones de uirtute 3. περὶ παθῶν ὀργῆς de paſſionibus iræ 1. ἠθικῶν æthicorum 4. περὶ τοῦ βελτίονος de meliori 1. περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος. de eligibili & accidente 1. περὶ ἡδονῆς de uoluptate 1. περὶ ἑκουσίου de uoluntario 1. περὶ καλοῦ. de pulchro 1. θέσεις φιλικαὶ, poſitiones amicabiles 2. πολιτικὰ ciuilia 2. νόμων legum 4. νόμος συστατικός. lex cõſtitutiua 1. πολιτικῆς ἀκροάσεως, ciuilis auſcultationis 8. περὶ δικαίων, de iuſtis 2. περὶ συμβουλίας de conſultatione 1. δικαιώματα iuſtificationes 1. πάθη paſſiones 1. πολιτεῖαι πόλεων, ciuilia ciuitatum 158. ἴδιαι δημοκρατικαὶ, propriæ populares. ὀλιγαρχικαὶ paucorum potentum. Ἀριστοκρατικαὶ, optimatum, τυραννικαὶ, tyrannicæ quæ numerum ducentorum decem & ſeptem explent ¶Generis vero Mathematici, μαθηματικὸν, Mathematicum 1. περὶ μεγέθους, de magnitudine 1. περὶ μονάδος de unitate 1. ἀστρονομικὸν, aſtronomicum 1. ὀπτικὸν perſpectiuum 1. περὶ μουσικῆς de muſica 1. μηχανικὸν mechanicum 1. hi ſex ſunt omnino ¶Metaphyſici vero generis. περὶ ἐναντίων de contrariis 1. περὶ ἀρχῆς de principio 1. περὶ τῆς ἰδέας de idea 1. ut ſint 3 ¶Generis vero Philologici. περὶ ποιητῶν de Poetis 3. γρύλλος περὶ ῥητορικῆς Gryllus de Rhetorica 1. τέχνης ῥητορικῆς artis Rhetorices 2. τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς. artis Theodectis collectiõis 1. πραγματικαὶ τέχνης ποιητικῆς opa artis poetices 2. ἐνθυμήματα ῥητορικά, enthymemata Rhetorica. ἀπορημάτων ὁμηρικῶν, dubitationũ Homericarũ 6. ποιητικὰ, Poetica 1. παραβολαὶ, cõparatiões 1. Ὀλυμπιονῖκαι, Olympionicæ 1. πυθιονῖκαι

μεσικῆς Pythionicæ Musices 1. πυθικὸς, Pythicus 1. πυθιονικῶν ἔλεγχοι. Pythionicarum redargutiones 1. νίκαι διονυσιακαὶ, victoriæ dionysiacæ 1 περὶ τραγῳδιῶν de tragædiis 1. poemata tria, ad Hermiam, ad Democritum, & elegi, æut sint septem & uiginti. Extra autem ordinem, sequentes quos ex titulis non potuimus in aliquem ordinum superiorũ coniectura conijcere. Νήρινθος Nerinthus. Μενέξενος, Menexenus 1. ἐρωτικὸς, amatorius 1. συμπόσιον conuiuium 1. προτρεπτικὸς, exhortatiuus 1. περὶ εὐχῆς, de præcatione 1. τεχνῶν συναγωγὴ, artiũ collectio 12. τέχνη. ars 1. ἄλλη τέχνη, alia ars 1. συναγωγῆς collectionis 2. ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, de fabulosis animalibus 1. ἰατρικὰ Medica 2. μνημονικὸν, memoriale 1. ἐγκυκλίων, encycliorum 2. ἄτακτα, inordinata 12. ἐξηγημένα κατὰ γένος exposita p genus 14. διδασκαλίαι, doctrinæ 1. παροιμίαι, puerbia 1. hi vero sunt sex & quadraginta. Sunt pterea Epistolæ ad Philippũ, ad Alexãdrũ 4. Selymbriorũ, ad Antipatrũ 9. ad Mentorẽ 1. ad Aristonẽ 1. ad Olympiadẽ 1. ad Hephæstionẽ 1. ad Themistagorã 1. ad Philoxenũ 1. Et quæ aduersus antiquos Philosophos scripsit aut ex eorũ scriptis collegit. veluti τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος. ea quæ ex legibus Platonis 3. τὰ ἐκ τῆς πολιτείας, ea quæ ex Republica 2. τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων. ea quæ ex Timæo, & Archytæ scriptis 1. προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου problemata ex Democrito 2. πρὸς τὰ Μελίσσου, contra Melissum 1. πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος contra Alcmæonem 1. πρὸς τοὺς Πυθαγορείους contra Pythagoreos 1. περὶ τῶν Πυθαγορείων de Pythagoricis 1. πρὸς τὰ Γοργίου, contra Gorgiam 1. πρὸς τὰ Ξενοφάνους, contra Xenophanem 1. πρὸς τὰ Ζήνωνος. contra Zenonem 1. περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας, de Architæ philosophia 3. περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους. de Speusippi & Xenocratis philosophia 1. Atq; hi etiam decem & nouem sunt. Qui omnes libri, si in summam redigantur, exceptis tamen epistolis, numerum quingentorum & tredecim adimplebunt. Etiamsi Laertius ipse inquiat, ἐγγὺς τετρακοσίων ἥκει, prope ad quadringentos accedunt. Forte enim pro uno legit, quos singillatim nos recensuimus. diuisiones 17. positiones argumentosæ 25. diffinitiones 13. Physica per elementa 38. inordinata 12. exposita per genus 14. qui numerus 119. si a nostro 513. eximatur, remanebit Laertii numerus 394. atque ita prope accedent ad quadringentos. De quibus, si physiognomicus, Mechanicus & libelli contra Xenophanem, Zenonẽ, ac Gorgiam; (nam Categoriæ & interpretatio sunt controuersæ) qui soli in Laertianis sunt connumerati, eximantur, remanebunt Aristotelici libri omnes, cum his qui extant iuncti, septingenti & septem. Quibus sanè sunt adnumerandi ii, quos extra hos duos catalogos, variis uariorum authorum locis, sparsos multo labore cõquisiuimus. Itaque apud ipsum met hunc Laertium in procemio, nominatus est Aristotelis liber qui in catalogo ab eo est ommissus, titulo Magicus. Nam sic ibi ait. κατά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μαγικῷ. quemadmodum inquit Aristoteles in Magico. In Aristippi vero fine, Epitomen Rhetorum nominat. οὗ Ἀριστοτέλης μνημονεύει διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ῥητόρων. Cuius Aristoteles meminit in Epitome Rhetorum. In Pythagora uero mentionem facit libri de Fabis. φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων. ait Aristoteles in eo qui de Fabis. Aristoteles autem ipse sæpe appellat libros vel sermones quosdam exotericos, atque etiam encyclios. Qui, sint ne e numero horum extantiũ, an e numero Laertianorum, incertum adhuc, est. Incertum itidem est, quidnam fuerint τὰ ἐνδεδομένα, emissa. οἱ ἐν κοινῷ. qui in communi. ἐποπτικοί, epoptici. ἀκροαματικοί, ἀκροάσεις. auditorij, auditiones. De quibus alius erit disquirendi locus. Librum etiam de mixtione

Magicus

epitome Rhet.

de fabis.

de mixtione

xtione videtur citate libro de sensu cap.3. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ μίξεως εἴρηται veluti in eo qui de mixtione, dictum est. Hunc ipsum alibi etiam appellauit. Libro eodem cap.4. vocat librum quendam est videtur de succis. τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν, ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν. Aliæ quidem sucorum passiones propriam habent speculationem in philosophia de succis. Quandoque etiam appellat physicam quandam historiam. vti libro de ingressu animaliũ cap.2. ὅτι μὲν οὖν οὕτω συμβαίνει δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς φυσικῆς. Quod quidem ita accidat clarum est ex historia physica. Libro etiam de somno cap.3. quædam de nutrimento scribit. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς. Dictum vero de his est in libris de nutrimento. vocat etiam non rarò, ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως, in libris de natura, in naturalibus - in libris de demonstratione. Appellat etiam quandam selectionem contrariorum libro 3. Metaphysico cap. 2. τεθεώρηται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων. Speculata vero sunt hæc a nobis in selectione contrariorum. Atque hi quidem sunt ii libri, quos Aristoteles ipse citat, qui neque extant, neque a Diogene sunt enumerati. Reperio etiam apud Aristotelis interpretes quosdam nominari, qui neque ab ipso sunt appellati neque a Laertio descripti. vt apud Simplicium liber τῶν ἀντικειμένων, contrapositorum, comm. 8. in caput de oppositis. αὐτὸς δ' Ἀριστοτέλης, ἐν τῷ περὶ τῶν ἀντικειμένων βιβλίῳ ἐζήτησε. ipse Aristoteles ĩ lib. de cõpositis quæsiuit. cõ. aũt 4. lib. 2. de cœlo, alterius libri συλλογῆς πυθαγορείων meminit. ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ συλλογῇ τῶν τοῖς πυθαγορικοῖς ἀρεσκόντων διηγήσατο. vt ipse Aristoteles ĩ collectiõe placitorũ Pythagoriorũ narrauit. Et cõmẽ.7. eiusdẽ mẽtionẽ facit. Alexãder vero in cõmẽtat. suis in metaphysicos lib. 1. comm.59. citat Aristotelis librũ 4. de ideis; Cũ Laertius unũ tantũ nominet his uerbis. At priore quidẽ tertii hoĩs expositiõe, cũ alii quidã tũ ĩ primis Eudemus aperte in lib. de dictione utitur, posteriore vero, ipse (.s. Aristoteles) 4. de Ideis, & in hoc paulo post. Libro aũt quarto cõmẽtariis 25. & 44. librũ de enũciatione citat. & 46. his verbis. Hoc aũt quasi ex se noto, & manifesto usus est ĩ lib. de enũciatione. dũ de cõtradictione in futurũ disputaret. Quẽ iterũ cõm.62. citat. Atq; ꝑter hũc lib. de affirmatione. Sed de his latius in lib. de enũciatione, & in lib. de affirmatione disputatũ est. Plutarchus uero & ipse grauissimus author librũ de Platonicis appellat lib. quẽ cõtra Epicureũ Colotẽ scripsit. Hoc modo. ὡς Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηται. Sicut Aristoteli in Platonicis dictum est. Idẽ in consolatione ad Apolloniũ citat Aristotelis Eudemũ. φησὶ γὰρ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ περὶ ψυχῆς. Ait in eo qui inscribitur Eudemus, vel de anima. Tertiò quoque Symposiacon libri de Ebrietate meminit. εἰ γεγραφὼς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης, si scripsit Aristoteles ĩ eo qui de ebrietate. hũc ipsũ de ebrietate Athenæus Plutarchi cõtẽporaneus, & alios multos Aristotelis libros citat, qui nec extant, nec a Laertio nominãtur, neq; ab interꝑtibus reperi vllo ĩ loco appellatos. Sũt aũt hi. ζωϊκὸν, animale. περὶ ἰχθύων de piscibus. περὶ ζῴων. de animalibus. περὶ ζῴων ἠθῶν. de animalium moribus. περὶ φασιανῶν. de phasianis. περὶ συγγενείας, de cognatione. περὶ τῆς τρυφῆς θαυμασίων. de admirabilibus luxus. ἀπολογία. apologia. de ebrietate libro 10. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ μέθης. Aristoteles vero in libro de ebrietate. Et sæpe alias. tum libro 11. Et huius, & alterius eiusdem tituli Theophrasti, atque etiam Hieronymi Rhodii mentio est facta. ζωϊκὸν animale, libro 7. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωϊκῷ, ἢ περὶ ἰχθύων. Aristoteles autem in libro inscripto animale, vel de piscibus. Cuius tituli postea partem

alteram ab altera segregat libro eodem. Sed non amplius ζωϊκὸν animale, singulari numero, sed plurium περὶ ζωϊκῶν appellat his. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζωϊκῶν. Aristoteles vero in libro de animalibus, seu ad animalia pertinētibus. Atque rursus. φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζωϊκῶν. Ante quàm locum, nominat librū de piscibus, in hunc modum. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων. Aristoteles in libro de piscibus. At vero eodem septimo, quater vel amplius appellat ἐν τῷ περὶ ζῴων in libro de animalibus. Sine ulla adiectione, vel γενέσεως, generationis, vel μορίων, partium, uel ἱστορίας historiæ. vel κινήσεως, motus, vel πορείας, gressus. Quæ adiunctiones iis quos de animalibus habemus libris inscriptæ sunt. Eodem 7. appellat librum de animalium moribus. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζῴων ἠθῶν. Aristoteles in libro de animalium moribus. Libri vero de cognatione libro 13. meminit his verbis. οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἐδῶκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ συγγενείας. Quibus ansam præbuit Aristoteles, narrans id in libro de cognatione. At librum de Phasianis nominat libro 14. Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν φασιανῶν. Aristoteles vero uel Theophrastus in commentariis de phasianis. De eo vero qui de luxus mirabilibus inscriptionem habuit, scribit his verbis libro 12. Ἀλκισθένη δὲ τὸν Συβαρίτην, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις. Alcisthenem Sybaritem, dicit Aristoteles in iis quæ sunt de luxus mirabilibus. Apologiam vero uocat libro 15. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος. Sed enim ipse Aristoteles in Apologia nisi commentitius sit sermo. Idem Athenæus nominat Aristotelis aliquot Respublicas, quas dicendum est de earum numero fuisse, quas Laertius numerat 158. Sunt autem hæ. Respublica, Locrorum, Crotoniatarum, Aeginensium, Deliorum, Thessalorum, Colophoniorum, Massaliotarum, Methonensium, Naxiorum, ac Syracusanorum. quæ passim obuiæ sunt in eius libris. Præter has Suidas nominat alias quasdam, Cypriorum, Atheniensium, Samiorum, Aristophanis interpres Tegeatarum rempublicam, Plutarchus, Phocensium. Et Apollonius cap. 11. Barbarica quædam legitima Ἀριστοτέλης δ' ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς. Aristoteles in barbaricis legitimis. Idem hic Apollonius cap. 35. vndecimum historiarum citat. εἴρηκεν δὲ καὶ τοῦτο, Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ια τῶν ἱστοριῶν. Dixit vero hoc etiam Aristoteles in vndecima historiarum. Quod si animalium historiam intelligit, librum unum plus habuit quàm nos, qui non nisi 10. habemus. si vero aliam historiam, iam undecim libros nouit quos nos ignoramus. Is idem author, cap. 27. testatur aliud Aristoteli fuisse περὶ ζῴων καὶ περὶ ζωϊκῶν. de animalibus, & de pertinentibus ad animalia. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς ζωϊκοῖς (δύο γὰρ εἰσὶν αὐτῷ πραγματεῖαι) ἡ μὲν περὶ ζῴων, ἡ δὲ περὶ τῶν ζωϊκῶν. Aristoteles vero in attinētibus ad animalia. Duo. n. sunt ipsi opera, alterū de animalibus, alterum de attinētibus ad animalia. Quod cōsonat iis quæ sunt ex Atheneo paulo ante allata. Porphyrius ēt cōmentariis in Ptolomæi Musicā Aristotelis librum περὶ ἀκουστῶν de audibilibus appellat ex quo etiam satis grande fragmentum in ea cōtulit. Proclus autem proœmio in rempublicam Platonis. Librum Aristotelis commemorat cui titulus fuit συσσιτικὸς Syssiticus, idest conuictor. atque etiam epitomen eius, Reipublicæ Platonis, quæ forte est, quam Laertius τὰ ἐκ τῆς πολιτείας Πλάτωνος ea quæ ex Republica Platonis vocauit. Macrobius quoque primo libro Saturn. Aristotelem affirmat Theologumena scripsisse. A Clemente vero, libro 6. Stromatum, liber eius de natura citatur. Nicephorus vero libro 10. cap. 86. Ecclesiasticæ historiæ Pallium quoddā, seu peplum

plum uti Ariſtotelis librum commemorat,his. Sed ad eam rem cuiuis quàm primum cognoſcendam ſuffecerit Ariſtotelis peplum, Dionyſii corona, πολυμνήμων Rhegini liber, & turba poetarum qui rebus ipſorum expoſitis, deliramenta potius & nugas, quàm Theologiam poſteris reliquere. Cuius pepli, ſub pallii nomine mentionem facit hiſtoria tripartita, libro 7. cap. 2. Stobœus quoque librum quendam Ariſtotelis ſub titulo χρεῖαι, ſententiæ, citat ſæpisſime. Ex eoque multa affert. Itaque ſi hi, ex variis authoribus atq; ipſo Ariſtotele collecti libri triginta ſeptem, reliquis a Laertio enumeratis, atque iis qui extant, addantur, ſeptingentorum quadraginta ſeptem numerum adimplebunt.

ARISTOTELICORVM

ARISTOTELICORVM LIBRORVM DISQVISITIO.

t..

LIBER TERTIVS.



VMERVM Aristotelicorum librorum, multo nostro labore conquisitum præcedente volumine tibi Zacharia ingeniosissime, expositum, non semel es admiratus. Sed etiam grauiter atque ex animo, ingentem iacturam, quam in illis studiosorum respublica, temporum ac fortunæ iniuria est passa, ingemuisti; ammissis plus quàm quingentis eius uiri libris, ac superstite vix tertia eorum parte. Neque ego non idem tecum, ac multo etiam antea, & admiratus sæpe, & mecum ipse sæpius sum conquestus. Est tamen quod animum meum, magis etiam cruciet. Quandoquidem & hæc eorum tertia pars, quam uix retinemus, vel tota, vel maiore ex parte, in magna est controuersia. Neque enim defuere uiri docti, qui nullum horum librorum Aristotelis esse reuera contenderēt, sed Aristotelicorum Epitomas, & compendia, a Nicomacho Aristotelis filio ex patris libris excerpta, ac cōtracta, quod Marius Nizolius magno apparatu probare est aggressus. Cuius sententiam etiamsi non probem, attamen multæ me rationes in dubium adducunt, de maiore horū librorum parte. Nam de ducentis duobus libris, quos nomine eius circunferri superius ostendimus, multi sunt, qui Aristotelem authorem nulla ratione agnoscunt. Liquidoque constat, non ab eius profectos esse calamo. Alii rursus, ita dubii atque ambigui sunt, ut Aristotelis eos esse nulla, certa ratione affirmare possimus. Hanc rem totam, tertio hoc uolumine, quàm acuratissime potero explicabo. In qua pertractanda, tum antiquorum ac probatissimorum authorum testimonia afferam, quæ colligere potui omnia; tū rationibus, quàm euidentissimis potero, cur in ambiguo sint commonstrabo. Itaque si credamus verum esse, Aristotelicos veros libros eos esse, quos Diogenes Laertius catalogo in eius uita recensuit, suntq; a nobis superiore libro enumerati, necesse est alios omnes tū extantes adhuc, tum quos ex authoribus aliis retulimus præter nouem omnino reiicere, ac ueluti spurios coarguere. Sunt autem nouem quos dico; de plantis 2. Mechanica, Physiognomica, contra Xenophanem, contra Zenonem, contra Gorgiā, Categoriæ, de interpretatione. Hæ namq; inscriptiones tum ab eo recensentur, tum etiam extant. Sed horum etiam pars examen postea subibit. Reliquos omnes vel silentio præteriit, vel librorum numero, vel inscriptionis uarietate, vel utraque re, suspectos reddidit. Reticet quidem hos omnes. Physicæ auscultationis. De cœlo. De generatione. Meteoros. De mundo, omnes eos quos parua naturalia appellant. De animalium partibus, generatione, historiam, Metaphysicos, ac Elenchos. Quæ tum maxima, tum præcipua Aristotelis sapientiæ pars est. Illi vero quos iisdem in-

ſcriptionibus recenſet, librorum vero numerus diſcrepat, hi ſunt. Priora analytica. Nouem enim libros ait, nos duos habemus. De anima unum recenſet. Nos tres tenemus. Ethicorum ipſe quatuor tantum ait, nos decem & nouem. A quibus vero, titulis euariat ſunt hi. Analyticis poſterioribus adiungit maiora. Et politicis, Auſcultationem præfigit. In Topicis vero, & numero librorum, & inſcriptionibus diſcordat. Nam nos Topicos octo libris diſtinctos habemus. Ipſe ſeptem primum, ſub hoc nomine. Termini ante topica. Vnum deinde adiicit, titulo, Ea quæ ante topos: poſtremo, duos alios, Topicum ad terminos vocans, quibus rebus efficitur, vt de ducentis duobus, centum & nonaginta tres in dubium vertantur; atque an Ariſtotelis reuera ſint, certò ſciri nequeat. Niſi quis vel admiratione, vel tantæ iacturæ indignatione commotus, neget Diogenem Laertium iſtum, qui omnibus ignoretur quis homo fuerit quo tempore & qua fortuna vixerit, verum Ariſtotelicorum librorum, vel numerũ, vel inſcriptiones caluiſſe. Qui potius videatur eam philoſophorum hiſtoriam & mancam, & multis locis hiulcam, ſcripſiſſe, non quò eorum dignitatem illuſtraret, aut poſteros ea doctrina iuuaret; ſed vt haberet quo loco, elegantia illa ſua vel epigrammata, vel epitaphia inſereret. Quod illi obiectum fuiſſe, a viro noſtra ætate græcarum literarum peritiſsimo, audiui. Sed vt hæc ſe res habeat, illud ſatis ſi quis eam hiſtoriam diligenter perlegat, conſtabit, Diogenem hunc vt eas philoſophorum vitas compilaret, ducentos & vndecim authores probatiſsimos euoluiſſe, neminemq; nos habere præter Plinium, Plutarchum, Athenæum, Stobœum, Suidam qui plures ſcriptores ſuis in ſcriptis nominet, quàm hunc ipſum. E' quorum ſcriptorum numero, triginta & nouem ſunt, qui philoſophorum itidem hiſtoriam, vel hæreſes eorum conſcripſerunt. Quorum nomina libet adſcribere, ne id commentitie a nobis fictum eſſe putetur. Sunt autem *hi*. Apollodorus, Hippobotus, Sotion, Ariſtoxenus, Hermippus, Idomeneus, Alexander, Amphicrates, Archetimus Syracuſius, Antiſthenes, Clitomachus, Antigonus Caryſtius, Caſsius, Analexides, Apollonius Tyrius, Hecatæus, Damon Cyrenæus, Eubulides, Dicæarchus, Eubulus, Diocles, Meleager, Phauorinus, Soſicrates, Phanias, Satyrus, Timotheus Athenienſis, Speuſippus, Seleucus Grammaticus, Theodorus, Socrates, Xanthus Lydus, Apollodorus, Ephillus, Antipho, Ariſto, Diocles Magnes, Diodorus, Epheſius, Hercules, Herodotus. Horum autem quid vnuſquiſque ſcripſerit, in eo legendo facile apparebit, eos omnes ſcilicet philoſophica tractaſſe. Qua autem fortuna vixerit, quid ad diligentiam authores euoluendi, aut negligentiam faciat, nihil video. Quo autem vixerit tempore ſatis euidenti coniectura ex ipſius ſcriptis mihi videor vidiſſe. Non multo ſcilicet poſt Sexti Empirici ætatem. Is autem floruit ſub Marco Antonino philoſopho. Namque in Timonis fine, Sextum ipſum nominat, & Saturninum quendam eius auditorem. Qui omnibus quos nominat uidetur eſſe iunior. Fuit autem hic Saturninus annis circiter centum viginti poſt Potamonem Alexandrinum, qui vt Suidas tradit, vixit ante & poſt Auguſtum. Ποτάμων Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, γεγονὼς πρὸ Αὐγούστου καὶ μετ' αὐτόν. Potamon Alexandræus Philoſophus, fuit ante & poſt Auguſtum. De hoc Potamone Laertius in fine procœmii ſic ſcripſit. ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη, ὑπὸ Ποταμόνος τοῦ Ἀλεξανδρέως. Adhuc paulo ante, Selectiua quædam hæreſis eſt inducta a Potamone Alexandrino. Verba illa paulo ante, ſatis indicant Laertium ſatis vicinum Potamonis ætati fuiſſe. Quod etiam alio teſtimonio eius pa

tet. Sic enim principio Timonis habet. Τίμων Ἀπολλωνίδου ὁ Νικαεὺς, ὁ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ πρώτῳ εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνήματι, ὁ προσφωνεῖ Τιβερίῳ Καίσαρι. Timon Apollonidis Nicæus, qui apud nos, in primo commentario in Sillos, quod Tiberio Cæſari inſcribit. Verba illa ὁ παρ' ἡμῶν apud nos, ſatis indicant, eum non longe a Tiberii ætate fuiſſe. Quod etiam confirmat, quòd nuſquam meminit Ariſtoclis Peripatetici, qui & ipſe philoſophorum vitas perſcripſerat, vixitq; circa Antonini tempora, quaſi nondum fuiſſent eius libri in vulgus editi. Quare non eſt dubitandum eum ſatis antiquum authorem eſſe. Antiquitas autem hæc, authoritatis ei ſatis acquirit. ſed longe plus tot authorum euolutio; ac tot philoſophicarum rerum ſcriptorum. Sed quod me magis mouet, vt credā eum diligentiam non paruam adhibuiſſe, vt cognoſceret ea omnia, quæ ad Ariſtotelis & vitam, & actiones, & libros pertinent, eſt, quòd in eius vita deſcribenda octo authorum antiquiſsimorum atque vt videtur accuratiſsimorum teſtimonia citat. Hermippi, Timothei Athenienſis, Demetrii Magnetis, Ariſtippi, Eumeli, Apollodori, Phauorini, atque Ambryonis. Quæ quidem res conuincit, eum non ſibi finxiſſe ea quæ in ea vita deſcripſit. Nanque Hermippus nominatim περὶ Ἀριστοτέλους de Ariſtotele plus vno libro ſcripſit. Nam apud Athenæum libris 14. & 15. eius de Ariſtotele primus liber adducitur, non autem primus diceretur, niſi etiam ſecundus ſequeretur. Hunc autem Hermippi librum de Ariſtotele, vidiſſe ſe Diogenes ſtatim initio eius vitæ teſtatur, dum ait. Καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους. Sicuti ait Hermippus in libro de Ariſtotele. Fuiſſe autem hunc Hermippum diligentiſsimum rerum philoſophicarum, atque omnis generis ſapientum indagatorem teſtantur abunde multi, ac varij libri ab eo conſcripti, quibus diuerſorum ſapientum, inſtituta, dogmata, actiones perſcripſit. Citantur enim ab hoc eodem Diogene, eius libri. De Magis, de Sapientibus, de ſeptem Sapientibus, vitæ. Et ab Athenæo libri, de Legumlatoribus, de Iſocratis diſcipulis, de Hipponacte, de Gorgia. In quibus quam diligentiam hic vir præſtiterit, ſi quis cognoſcere velit, adeat Athenæum libro 11. ac expendat quæ ibi ex Hermippi libro de Gorgia afferat, in Platonis dialogis excutiendis. Talem quoque fuiſſe rationi conſentaneum eſt, in Ariſtotelis vita, ac libris, & colligendis, & examinandis. Laertius ergo, cum & hoſce Hermippi de Ariſtotele libros, & aliorum triginta octo; & qui in his non ſunt nominati Ariſtippi, Demetrij Magnetis, Eumeli, & Ambryonis in Ariſtotelis, vita, & libris conſarcinandis, & viderit & legerit, nemo eum vel ignorantiæ, vel negligentiæ recta ratione inſimulabit. Quid enim plura quiuis alius, vel ad votum accuratiſſimus, ſatagere potuiſſet. Eſt igitur exiſtimandum libros eos, quos Diogenes tum ex Hermippo, tum ex alijs duobus & quadraginta authoribus collegit, reuera Ariſtotelis eſſe libros. Neque vero id ſolum, ſed etiam ſolos eos, legitimos ac germauos extra omnem controuerſiam, eius authoris eſſe. Id enim ipſe aſſeruit in calce eius vitæ dum ſcribit. Τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο, καὶ εὑρετικώτατος, ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἥκει τετρακοσίων. τά ὅσα γε ἀναμφίλεκτα, πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ. In omnibus fuit laborioſiſsimus, ac inuentionum pleniſsimus, vt apparet ex anteſcriptis eius ſcriptis, quæ numero ad quadringenta ferè accedunt, ea ſcilicet quæ indubia ſunt. Multa enim alia quoque in eum referuntur eius ſcripta. Ex quibus verbis ſatis clare conſtat, libros Ariſtotelicos indubios, & extra controuerſiam omnem, apud antiquos, poſitos, eos fuiſſe, qui a

Diogene

Diogene ſunt enumerati. Atque iccirco, eos omnes, qui ab eo inter illos non ſunt coniecti, eſſe controuerſos. Nam ſi ſoli ij quos ipſe numerauit indubij ſunt, reliquos omnes dubios eſſe neceſſe eſt. Inter quos ponendus eſt etiam Magicus ille, inter initia ab eo poſitus, in Catalogo vero non repoſitus; atque alij omnes, tum extantes, tum apud authores alios reperti. Sunt autem rationes multę, præter hanc Laertianam tum ommiſsionem, tū confeſsionem, quæ extantium librorum pleroſque in controuerſiam vocent, ac dubios reddant. Quas pergam referre, vti inde veritas omnis excutiatur. Ac primo logici ordinis qui primus ſe offert, in manus ſumamus Categoriarum librum. Is quidem in maxima eſt controuerſia ab Ammonio, atque Simplicio poſitus. Scribit enim ille prolegomenis in eum ipſum, non fuiſſe ab Ariſtotele liquide profectum, ſed ab interpretibus, Ariſtotelis eſſe iudicatum. Ita enim ſcribit. Ἀμέλει φασὶν, ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρεθῆναι ἀναλυτικῶν μὲν Μ. βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο, ἐκρίθη δ᾽ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον Ἀριστοτέλους. Nempe aiunt in magna bibliotheca, (Alexandriæ ſcilicet) inuentos eſſe Analyticorum quadraginta libros, Categoriarum vero duos, iudicatum autem ab interpretibus Categoriarum hunc eſſe legitimum Ariſtotelis. Simplicius vero, eadem hac de re Adraſtum citat teſtem. ἱστορεῖ δ᾽ ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν κατηγοριῶν βιβλίον, ὡς Ἀριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ὂν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν, καὶ διαιρέσεσιν ὀλίγαις διαφερόμενον, ἀρχὴν δ᾽ ἔχων, τῶν ὄντων, τὸ μὲν ἐστί. Narrat vero Adraſtus in libro de ordine Ariſtotelicorum librorum, ferri etiam alium Categoriarum librum vti Ariſtotelis, & ipſum breuem & conciſum dictione, paucis differentem diuiſionibus, habentem principium. Entium, aliud quidem eſt, ac ſubiungit. πλῆθος δὲ στίχων ἑκατέρου τὸ αὐτὸ verſum numerus idem vtriuſque eſt. Partem etiam illam, quæ a noſtratibus philoſophis poſt prædicamenta appellatur, ad hunc librum non pertinere, antiquorum quorundam fuiſſe opinionem Ammonius eo loco teſtatur. ὅτι δ᾽ οὐκ ἐστὶν ἀπηρτημένον τὸ τμῆμα τοῦτο τοῦ σκοποῦ τῶν κατηγοριῶν, ὥς τινες ἐνόμισαν. Quòd non ſit hæc ſectio a ſcopo Categoriarum ſeparata, vt quidam exiſtimarunt. Inter quos fuit Andronicus, vt Simplicius narrat, ait enim τινὲς μὲν γάρ, ὧν καὶ Ἀνδρονικός ἐστιν παρὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ βιβλίου προσκεῖσθαι φασὶν ὑπό τινα ταῦτα. Nam aliqui, inter quos eſt Andronicus, pręter libri propoſitum ait ab aliquo adiecta hæc eſſe. Fuit autem Andronicus primus Ariſtotelicorum librorum, ac Ariſtotelicę philoſophię inſtaurator, vt ſuo loco tradetur. Itaque & liber totus, & tertia libri pars apud antiquos ſuſpecta fuit. Reddit eū ſuſpectū magis quòd in Metaphyſicis libris, triginta ad minus vicibus Categorię nominātur, & earū aliquot nō ſemel numerātur, primo ētiam Topico, cap. 7. oēs dinumerātur, nuſquā tamē aut his, aut alijs locis hic liber appellatur. Contra q̄ Ammonius ac Simplicius aſſeruerunt, ſæpe librē hunc ab Ariſtotele citari. Liber vero qui de Interpretatione inſcribitur, Categoriarū libro longe eſt ſuſpectior. Nā Andronicus is ipſe librorū Ariſtotelicorū reſtitutor, nō eſſe eū Ariſtotelis aſſeruit. Quod Ammonius tradit, & ante eū Boetius Seuerinus, qui ita ſcribit. Andronicus.n. librum hunc Ariſtotelis eſſe non putat, quē Alexander verè & fortiter redarguit. Quē cū acutū diligenteq; Ariſtotelis librorū, & iudicem, & repertorem iudicauerit antiquitas, cur in huius libri iudicio ſit falſus, prorſus eſt magna admiratione digniſsimum. Non eſſe nanque Ariſtotelis hinc conatur oſtendere; quoniam quædam Ariſtoteles in principio libri huius de intellectibus animi tractat, quos intelle-

ctus animę pasſiones vocauit, & de his ſe plenius in libris de anima diſputaſſe commemorat. Et quoniam paſsiones animę vocabat, vel triſtitiã, vel gaudium, vel cupiditatem, vel alias huiuſmodi affectiones, dicit Andronicus ex hoc probari, hunc librum Ariſtotelis non eſſe. Quòd de huiuſmodi affectionibus nihil in libris de anima tractauiſſet. Ammonius vero in hunc modum ſcripſit. πρὸς τὸ γνήσιον εἶναι τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον οὐδεὶς ἠξίωσε, τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβάλλειν, εἰς τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς τὴν ἔντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν, πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ Ῥοδίου, ὃς ἑνδέκατος μὲν ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. Quòd vero germanus ſit ipſius philoſophi hic liber, nemo eorum qui Ariſtotelicis libris operam dederunt, dubitandum putauit, reſpiciens ad tractationis probabilitatem, & ad artem, & ad theorematum in eo tractatorum inſtructionem Ariſtæteli conſuetã, & eius ad alios tractatus conformitatem, præter Andronicum Rhodium, qui ab Ariſtotele vndecimus fuit. Auget hanc ambiguitatem quòd Ariſtoteles res quę hoc libro tractantur duobus alijs libris, altero de enunciatione, altero de affirmatione quos ex Alexandri comm. 62. in quartum metaphyſicum ſuperius retulimus, tractauit. Quod Ariſtoteli non eſſe in vſu, omnes fui aſſerunt. Sed magis etiam animos moueat conſiderantium, quod hoc libro, ſine quartæ ſectionis, primarum ſubſtantiarum mentio fit, longe alio modo q̃ libro Categoriarum præcedente. Ibi.n. indiuidua corpora primę ſubſtantię ſunt appellatę, hic vero primas ſubſtantias vocat diuinas, & quę actus ſunt. καὶ τὰ μὲν ἄνευ δυνάμεως ἐνέργειαι εἰσίν, οἷον αἱ πρῶται οὐσίαι. Et hęc quidem ſine potentia actus ſunt, veluti primę ſubſtantiæ, & quæ ibi ſequuntur. Præterea, hoc libro, ſectionis tertiæ cap. 2. ex Topicis citat quędam, quę in Topicis nuſquam ſunt. Loquitur quidem illic, & primo libro, & octauo de dialectica interrogatione. Sed vt hic ait, eam eſſe ἀποκρίσεως αἴτησιν, ἢ τῆς προτάσεως. Petitionem reſponſionis, vel propoſitionis, & reliqua, certe in Topicis nequaquam eſt. Quare vel hic, vel ille liber Ariſtotelis non eſt. Nec vero totus liber eſt controuerſus, ſed etiam pars eius quinta. Quod Ammonius tradit, dum eo loco in hunc ſcribit modum. συμπεπλήρωται μὲν ἡ διδασκαλία τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ἀπηριθμημένων τεττάρων τοῦ βιβλίου κεφαλαίων, καὶ τὸ περὶ ἑρμηνείας ὡς ἐμοὶ φαίνεται τὸ προσῆκον ἀπείληφε πέρας. τὰ γὰρ ἐφεξῆς ὑποπτεύω, ἤτοι μὴ εἶναι γνήσια Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ προστεθεῖσθαι ὑπό τινος τῶν μετ᾽ αὐτόν, ἀποβλέπων πρὸς τὸ πανταχοῦ τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων φαίνεσθαι τὸν φιλόσοφον τἀναντία δοξάζοντα τοῖς διὰ τούτων λεγομένοις, ἢ γεγράφθαι μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ, γυμνάσαι δὲ μόνον βουληθέντος τοὺς ἐντυγχάνοντας πρὸς τὴν ἐπίκρισιν τῶν πιθανῶς μὲν, οὐ μέντοι ἀληθῶς λεγομένων λόγων. Adimpleta quidem eſt doctrina, quatuor quæ a principio propoſuimus libri capitum; & tractatio de interpretatione vt mihi quidem videtur, congruentem recepit finem. Sequentia nanque ſuſpicor vel nõ eſſe Ariſtotelis germana, ſed a quoppiam poſteriorum eſſe adiecta. Video enim quòd vbique in libris ſuis philoſophus contraria opinetur his quæ hic dicuntur. Vel ſcripta quidem ab eo eſſe, ſed exercere tantum volente legentes ad diiudicationem eorum quæ probabiliter quidem, non autem vere dicuntur. In eadem ſententia Porphyrium quoque fuiſſe paulo poſt ſcribit, ideoq; hanc libri partem, eum noluiſſe interpretari. Priora analytica, iam diximus librorum numero a Laertio tradito diſcrepare. Nam ille nouem eos eſſe ait, nos duos tenemus, eosq; vt videtur integros. Ideoq; non ſine ratione ſuſpecta redduntur, nec non alia ratione non infirmiori, quod nullo in loco aliorum librorum hic titulus

tulus agnoscitur. Ex quo titulo Posteriora etiam in dubium veniunt, nullo.n. libro alio ita appellantur. Discrepant etiam a titulo Laertiano, qui est maiorū posteriorum. Topica vero multis nominibus sunt controuersa longe magis. Topica Nam & titulis, & numero a Laertianis differunt. Nam ille vocat, terminos ante Topica, libros septem. Ea quæ ante locos vnum, & Topicum ad terminos, duos, itaque hi decem sunt inscriptionibus & ab his, & inter se diuersis. Cicero autem, qui cum Andronico Rhodio Romæ vixit eodem tempore, quo Aristotelis bibliotheca est promulgata, initio Topicorum suorum affirmat se Aristotelis Topica in bibliotheca sua habuisse. Cum enim mecum in Tusculano esses, & in bibliotheca separatim vterque nostrum ad suum studium, libellos quos vellet euolueret, incidisti in Aristotelis Topica quædam, quæ sunt ab ipso pluribus libris explicata. Et paulo post. Sed a libris, te obscuritas reiecit. Illa igitur Topica obscura a Cicerone iudicata. Hæc vero nostra ab Aristotelicis interpretibus, omnium eius operum clarissima existimata, Nam Simplicius prolegomenis Categoriarum id his verbis est attestatus. δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἐν οἷς ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις, καὶ τοῖς τοπικοῖς. Clarum autem id est, etiam ex ijs in quibus voluit clarissime docere, ut in Meteoris, & Topicis. Hæc ergo clarissima sunt Topica, illa Ciceronis obscura, quæ Rhetor, (inquit) ille magnus, vt opinor Aristotelica se ignorare respondit, quod quidem minime sum admiratus. Eum philosophum Rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, præter admodum paucos ignoretur. Alia ergo sunt hæc nostra Topica, ab illis Ciceronianis. Illa præterea, disciplinam continebant, qua sine vllo errore, ad argumentorum inuentionem perueniremus, vt Cicero asserit. Hæc nihil minus continent. Nulla etiam multiplicior, nulla magis varia, ac confusa disciplina est, ea quæ his Topicis continetur. Ad hæc, requisiuit Trebatius a Cicerone, eorum librorum sententiam, & secum vt illam sibi traderet egit. Itaque ille ex itinere, memoria repetita, ac conscripta illi misit totamq; eam argumentorum inueniendorum disciplinam, decem & octo, non amplius locis perstrinxit. Neque tamen vllam fecit mentionem, locorum a proprio, ab accidente, a categorijs, a disparatis, a priuantibus, a contrariorum medijs, neque ab innumeris alijs, quæ in his habemus. Sed quod omnes etiam obstinatos conuincere posse videtur, idest quod primo Rhetoric. cap. 2. hæc habentur verba. τίς δ᾽ ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν. ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον. Quæ autem sit differentia exempli, & enthymematis, clarum est ex Topicis. Ibi enim de syllogismo, & inductione dictum est prius. Tradita quidem est primo libro statim a principio syllogismi diffinitio. Et alibi eius, & inductionis aliquoties facta mentio, sed dɛ exempli, & enthymematis differentia, ne verbum quidem omnibus libris. Primo etiam Analytico cap. 1. sic est scriptum. De propositione loquendo. διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου, καὶ ἐνδόξου καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται. Dialectica vero (scilicet propositio) interroganti quidem, interrogatio contradictionis. Syllogizanti vero, assumptio apparentis, & opinione concepti, sicuti in Topicis dictum est. Quod quidem nullibi in his Topicis inuenietur. Quæ res manifesto coarguit, vel hos Topicos, vel illos Rhetoricos, & Analyticos, Aristotelis non esse. Cum Topicis eandem cōtrouersiam subeunt Elenchi. Qui inter tot Sophisticarum rerum libros a Diogene enumeratos, silentio prætereuntur. Quin etiam eo argumento ea res ar-

guitur, quod fine libri nescio quos alloquitur, ac prætermissorum veniam petit, inuentorum autem gratiam. λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν, ἢ τῶν ἠκροαμένων ἔργον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν. Reliquum esset omnium vestrum, vel eorum qui audierunt officium, prætcritis huius methodi, veniam, inuentis autem multam habere gratiam. Quæ res, Aristotelicę grauitati, atque vsui nulla in parte correspondet. Sed omnibus manifestius, iactantia illa rem hanc prodit, quòd asserat, sese artem eristicam inuenisse. Falsitatis enim conuincitur a Protagora, qui, vt Diogenes est testis, περὶ ἐριστικῶν, de Eristicis scripsit, vixit autem ante Aristotelem non paucis annis. Sed & verba hæc. προηλόμεθα οὖν εὑρεῖν τινὰ δύναμιν συλλογιστικὴν, περὶ τοῦ προβληθέντος, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἐνδοξοτάτων, τοῦτο γὰρ ἔργον ἐστὶ τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς πειραστικῆς. Proposuimus ergo inuenire facultatem quandam syllogisticam de proposita re, ex existentibus, tanquam opinione approbatis. Hoc enim opus est dialectices, & tentatiuæ, clare conuincunt, vel hos Elenchos, vel illos Topicos, non esse Aristotelis, quia in eis totis, nihil est in hanc sententiam de tentatiua. In eadem sunt naui, ij libri, qui vocantur metaphysici. Nam & silentio sunt a Diogene præteriti, neque vllis locis, in tot libris id nomen legitur. Tum quòd ingens quoddam confusionis Chaos, tum libris ijs, tum rerum tractationibus inest. Neque enim liber libro coheret, nec videtur minus Alpha, eius esse tractationis, quod Alexander etiam vidit. Tum quòd initio, de sapientia, ac primis rerum principijs se actuum proponit; aliud tamen maiore operis parte prosequitur. Agit enim de ente, eiusq; scientia quam cum illa de primis principijs sapientia, miris modis permiscere atque confundere videtur. Quæ res Aristoteli in more, vt sui omnes asserunt non est, vt res scilicet rerumq; tractationes confundat. Duos etiam postremos libros in quibus de ideis ac mathematicis agit, Bessario existimauit Aristotelis, nullo pacto esse. Acroasis autem physica, a Diogene certe non nominatur, nec vsquã tot libris Aristotelicis id nominis reperitur. Quin Nicomachi eius filij ea inscriptio eam arguit esse. Scribit enim Suidas in Nicomacho. καὶ περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Et de physica auscultatione patris eius. Vel etiam Xenocratis, quem eo titulo quosdam libros Laertius tradit scripsisse. Prǽter hęc, nos, octo eos libros habemus, Iustinus vero Martyr, M. Antonini tempore florens, nouem, non octo physicæ auscultationis libros numerat, cum locos aliquot ex nono, confutandos promat. Is idem, non quatuor sed tres de cœlo libros producit. neque etiam a Laertio nominantur; aut vllo tot librorum loco, eorum fit mentio. Suspecti etiam redduntur duo illi de generatione, & corruptione, quòd a Diogene reticeantur. Ac pari modo Meteorologici. Qui etiam dubium, subeunt quòd nullis libris vocentur, præterquã libris de plantis, de quibus paulopost. Olympiodorus quoque, quatuor recenset rationes quibus, adducti sint nonnulli antiquorum interpretum, primum Meteororum esse Aristotelis nothum librum. Quibus rationibus & si ipse responderé conetur, non tamen tollitur, a quibusdam eum librum pro notho habitum. Quartus non minus est dubius, cum ad Meteorologicum negotium non pertineat, quod Alexander is qui eum exposuit, clare fatetur. Liber autem de mundo ab omnibus tanquam nothus reijcitur, præterquam ab vno Iustino, qui asserit eum ab antiquioribus, tum esse Aristotelis, tum totius philosophiæ eius compendium creditum. Libri quoque de anima numero ipsorum in suspicionem veniunt quòd Diogenes vnum numerat, nos vero tres habemus. Librum de sensu

Iulius Scaliger nostræ ætatis doctissimus e classe Aristotelicorum librorum eijcit. Accedit quòd a Laertio non est nominatus; ouo nomine omnes ij quos parua naturalia quidam vocitarunt, sunt eijciendi Eadem ratione. Aristotelicus nô est, liber de coloribus, atque etiam alia quòd libro de sensu cap.3. pollicetur se dicturum cur colorum species non sunt infinitę, hoc vero libro cap.3. infinitæ esse dicuntur. Liber quoque de spiritu spurius indicatur tum ex satis clara styli diuersitate, tum quod amphora instituitur, & vrcens exit. Nam cum de spiritu instituisset dicere, in semen, in neruos, ossa, vsum pedum, & differentiam partium abit oratio. Quod certe Aristotelicę methodi non est. Id ipsum iudicauit, sed alijs vt videtur motus rationibus, egregius philosophus Nicolaus Leonicus. Sed & libri de animalibus in eadem vel confusione, vel controuersia sunt. Nam Theodorus Gaza, librum vnum de historijs eximit, & ordinem librorum immutat. Scribit enim in præfatione. Sed quanquam libris nouem interpretatio hæc historiarum consumatur, tamen qui nonus in exemplari greco continetur, hunc ego septimum collocaui, nec temere id factum existimo. Agitur enim in eo, de hominis generatione, quam rem Aristoteles continuo a generatione animalium pollicetur explicaturum. Itaque cum quinto & sexto cæterorum animalium generationem exposuisset, nulli dubium esse debet, quin ille septimum hunc collocarit. Sed Apellicon Teius, de quo Strabo plura, vt alia permulta in exscribendis Aristotelicis libris deprauauit, sic id permutasse videtur. Existimamus vltimum esse totius historię collocandum. Quoniam cum Aristoteles agere de generatione inciperet, vltimo loco de homine dicturum pollicitus est. At ille non vltimo totius historię dixit, sed eius loci, quem de generatione tractaret, quod patet ex ijs quę in sexto, qui secundus de generatione est locum eum absoluens scribit. Sequitur inquit, vt pari modo, de ijs quæ in terrestrium genere animal pariunt, atque etiam de homine disseramus. Tertius igitur hic a primo de generatione collocandus est, quo fit vt idem septimus totius ordinis historię habeatur. Hæc Theodorus quantum ad ordinem. Quantum vero ad numerum statim subiungit. Sunt etiam exemplaria, tum Gręca, tum vero Latina, quę habeant fragmentum quoddam historijs additum. Sed id causas quasdam materiales, agentesq; generationis humanę exponit nô historiam complectitur. Itaque non inter historię libros hoc ego ponendum duxi sed si collocandum vspiam est, libris de generatione meo quidem iudicio coniungendum. Hæc quidem Gaza, & permutat, & ordinat, quia pro certo habet hos libros omnes Aristotelis esse. Vultq; historiæ libros, nullo tamen certo testimonio ab Apellicone Teio fuisse transpositos. Est tamen antiquus author, qui non nouem, vt Gaza vult, nec decem, vt vulgaria habent exemplaria, sed vndecim commemorat historię animalium libros. Is est Apollonius, qui libello suo de admirandis historijs, cap.35. scribit in hunc modum. εἴρηκε δὲ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ιά. τῶν ἱστοριῶν. Dixit autem hoc Aristoteles in vndecima historiarum. Is idem, quod maxime causam hanc confundit, cap.27. tradit, aliud fuisse Aristotelis opus τῶν ζωϊκῶν, rerum animalicarum (vt ita dixerim) aliud τῶν ζώων animalium ipsorum, cui rei etiam Athenæus adstipulare videtur in ijs quæ superiore volumine eius loca attulimus. Horum vero nulla sunt ne dum in extantibus libris, sed ne apud Laertium vestigia. Sed quod huius rei difficultatem magis adauget est, quod Laertius de animalibus nouen tantum libros commemorat; nos diuersis titulis viginti & vnum habemus; Auerrois 7. metaph. comm.31. citat librum de ani-

malibus ſextum & decimum. Plinius vero lib.8. cap.16. quinquaginta fere de animalibus volumina affirmat Ariſtotelem ſcripſiſſe, his quidem verbis. Quos percontando quinquaginta fere volumina illa præclara de animalibus cõdidit. Antigonus vero quidam author vt videtur antiquus, non quinquaginta ſed ſeptuaginta de animalibus libros Ariſtotelem ſcripſiſſe affirmat cap. 66. πλὴν ὅτι Ἀριστοτέλης, χωρὶς τῆς περὶ τοὺς βίους τῶν ζώων ἐντρεχείας, καὶ τοιαῦτά τινα διέρχεται, πάνυ πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῶν καὶ οἷον ἔργῳ, οὐ παρέργῳ χρώμενος τῇ περὶ τούτων ἐξηγήσει, τὰ γοῦν πάντα σχεδὸν, ἑβδομήκοντα περὶ αὐτῶν καταβέβληται βιβλία. Enimuero Ariſtoteles, præter calliditatis, quam animalia in vita ſua vſurpant deſcriptionem, etiam huiuſmodi quædam narrat. Vt qui permultum diligentiæ pleneq; eorum impenderit, & non obiter ſed feriò narrationibus hiſce vacauerit, ad ſummam ferè ſeptuaginta volumina de ijs compoſuit. Sunt igitur, ſi quos habemus de animalibus libri, multis his rationibus controuerſi, neque vlla eſt certitudo, qua eos reuera Ariſtotelis eſſe aſtrui poſsit. Itaq; phyſicorum librorum nullus ſupereſt, qui pro vero & legitimo Ariſtotelis extra omnem dubitationem poſsit haberi. Sed liber de lineis inſecabilibus, verus, non ita pridem eſt inuentus, cum pro eo Pachymerij paraphraſis legeretur, neque is tamen liquidò Ariſtotelis eſt opus. Teſtatur enim Simplicius comm.8. in 3. de cœlo a quibuſdam Theophraſto fuiſſe attributum. καὶ ὡς εἴπομεν περὶ αὐτῶν, ἐν τῷ περὶ ἀτόμων γραμμῶν. ὅπερ τινὲς, εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσιν. Et tanquam dixerit de his in libro de lineis inſecabilibus, quem aliqui in Theophraſtum referunt. Librum verò de admirandis auditionibus, nemo literatorum eſt, qui Ariſtotelis eum eſſe audeat aſſerere. Ita omnia videntur ab Ariſtotelicis omnibus alijs diſcrepare. Qua itidem ratione problemata tot ſectionibus partita, Ariſtotelis opus non eſſe ſatis ſecure quis audeat affirmare. Atque etiã, quòd a Laertio duo tantum problematum libri nominantur. Hæc autem vel vnus ſunt, vel triginta & octo. Quo numero Laertius non problemata ſed phyſica quędam per elementa, κατὰ στοιχεῖον, recenſet. Hæc vero, non omnia ſunt phyſica. nam & mathematica aliqua, & ethica illis ſunt inſerta. Atque ideo non ea ſunt, quæ & Plutarchus, & Athenæus, & Gellius, & Simplicius, & forte alij titulo phyſicorum problematum ſubinde appellant. Sed potius hæc ſunt ea quæ Diogenes nomine ἐγκυκλίων, Encycliorum recenſuit. Nam Gellius lib.20. cap.3. ex Encyclijs problematis, hoc problema affert, quod reperitur ſectione 30. problema 9. διατί οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται. cur bacchanales artifices, & quę ſequuntur. Attamen is ipſe Gellius lib.19. cap.2. ex libro Ariſtotelis, quem phyſica problemata appellari ait, aliquot problemata excerpit, quæ itidem inter hæc reperiuntur. Videlicet ſectio.7. probl.28. & ſectio.27. probl.10. Quod vero libro eodem cap.4. ſecundo loco refert. Et quod cap.5. & cap.6. affert, in his problematis nequaquã ſunt. Quid vero de libris politicis, œconomicis, ethicis dicemus? incõcuſsi ne ij ſunt, an vero concuſsionem patientur? Diximus ſuperius politicos octo, numero cum Laertianis conuenire, ſed inſcriptione diſsidere, quæ res dubios nos relinquit. Oeconomicum vero Diogenes vnum habet, Græca exemplaria duos, Latina tres, inter ſe longe & doctrina & methodo diſtantes. At Ethici duo magni, titulo hoc, ipſi rei, & tractationi contrario, in ſuſpicionem veniunt, cum parua potius ethica quàm magna appellari deberent. Tum etiam quòd a Laertio ſunt ommiſsi, neque vllis alijs libris citantur. Duabus his rationibus etiam Eudemici reijcientur, Eudemiq; potius credendi ſunt eſſe, cum præſertim ſtylo, & rerum

aliquarum

aliquarum diuersitate sunt ab Nicomachijs differentes, a quibus videntur vsurpasse quartum, quintum, & sextum libros, qui ijdem ipsi sunt, & rebus, & verbis, cum quinto, sexto, & septimo Nicomachijs. Horum vero si Ciceroni credatur, non est Aristoteles dicendus author; nam lib. 5. de Finibus, ita scriptum reliquit. Teneamus Aristotelem, & eius filium Nicomachum, cuius accurate scripti de moribus libri, dicuntur quidem illi esse Aristotelis, sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius. Deinde hi decem sunt, Diogenes vero, Ethicorum quatuor tantum Aristotelis libros recenset. Rhetoricos autem nos tres habemus. Diogenes duos refert. Deinde bis, aliam artem subiungit, quæ si de Rhetorica intelligantur, iam quatuor libri erunt, sed & Quintilianus lib. 5. cap. de argumentis, ex Aristotelis 2. Rhetorices lib. hanc affert sententiam. Quid sequatur aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici. Quæ omnino in his Rhetoricis non reperientur. Ea vero quæ ad Alexandrum est, & doctrinæ diuersitate, & stylo, & alijs multis a prioribus illis discrepans; eiusdem non esse authoris manifestum facit. Poetica quoque in eadem est ambiguitate. Duos enim Diogenes de Poetica libros affert; hic vero vnus est, & quidem mancus, nec enim seruat promissa de comœdia. Libellus de virtutibus Platonici cuiusdam potius videtur esse opus, q̃ Aristotelis, partitio enim illa animæ potentiarum, ex ijsq; virtutum vitiorumq; deductio, Platonis, Platonicorumq; doctrina est. Libri duo de Plantis, quod nomen inter incontrouersos initio positum fuerat, nunc in dubium vocatur; nam eorum interpres ex recentioribus Græcis, attestatur eos libros, primum de Græcis Latinos factos, de Latinis Arabicos, de Arabicis rursus Latinos, ac demum de Latinis Græcos. Potuerunt forte priores illi, germani Aristotelis fuisse; at quos habemus, vt sunt; nequaquam sunt Aristotelis. Vt forte non est Physiognomica, quæ & leuitate doctrinæ, & a reliquis diuersitate, non videtur satis æquo iure Aristotelem authorem agnoscere. Atque hæc quidem de libris ijs, qui Græce sub Aristotelis nomine feruntur. Nunc eos sumamus qui eodem nomine, Latine tamen aut Arabice scripti, aliquandiu sunt circumlati. Ac primo libri decem & quatuor titulo Theologia, siue mystica philosophia secũdum Aegyptios, quos Franciscus Rubeus Rauennas anno M D X I I I I. Damasci, Arabicæ scriptos inuenit, Latinosq; fecit; Petrus Nicolaus Fauentinus Aristotelis non esse, ipso statim initio produnt; nam ibi metaphysica appellãtur, & res tractandę proponuntur longe ab Aristotelica reliqua philosophia dissidentes. Nam & de anima mundi, de animabus terrę, ignis, ac reliquorum elementorum tractatio, & proponitur, & multis verbis, & capitibus peragitur. Quas Aristoteles nusquã agnoscere est dignatus. Sed & libri 3. ca. 6. animę diffinitio Aristotelica traditur vti antiqui cuiusdam, quã Aristotelis sectatores, præceptori adscribunt. Videtur attamen eorum librorum author, Platonis auditor fuisse ex cap. 5. primi libri; vbi hęc leguntur verba. Plato igitur olim dedit animę plura attributa, quorum nos auriti fuimus testes, sed non scripsit vllum. Sed potius opus, id est Palæphati cuiusdam Aegyptij, quem asserit Suidas Aegyptiorum Theologiam scripsisse. Liber de pomo si non dormitanter legatur, satis se ipsum prodit Christiani hominis esse. Aristoteles autem Christum, Christianorumq; nomen plus quàm tercentis annis, vti principio horum voluminum docuimus præcessit. Libellus autem de Nili inundatione, cum nusquam reliquis libris commemoretur, quòd etiam a Diogene reticeatur; non Aristotelis, sed Aristonis potius Andronici

discipuli credendus est esse, cum quo Strabo ait, in contentionem Eudorum venisse, ob librum de Nilo, vicinitateq; horum nominum, Aristonis, Aristotelis fidem in Aristotelem deriuasse, est rationi cōsentaneum. Libellus vero is qui de causis proprietatum elementorum inscriptionem fert, suppostitius esse deprehenditur manifesto, quod Arabicarum sectarum mentionem faciat, ait enim. Democritus autem, & Plato, & sectæ Araborum: nullæ enim Aristotelis tempore inter Arabas literę erant; sed longis post ea ętatibus, a Mahometi, scilicet dominatu ortum habuerunt, vt suo loco docebimus. Arguunt eum etiam multa, ab Aristotelica philosophia abhorrentia, inter quę magnus ille 36 milliū annorū annus. Nec minus suppostitius est alter libellus, qui de Causis, habet inscriptionem. Deprehenditur autem id ea ipsa ratione, quòd multa ab Aristotelis dogmatibus dogmata contineat; quod ex secunda, quarta, decima, atque alijs propositionibus apparet. Sed quod admiratione magis est dignum, librum de Nobilitate, quem Diogenes Catalogo suo comprehendit, Plutarchus, & antiquissimus, & grauissimus author, suspectum habuit an Aristotelis esset. Sic enim in Aristidis fine scribit. Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς, καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, εἴ δὴ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον, ἱστοροῦσι. Demetrius vero Phalereus, & Hieronymus Rhodius, & Aristoxenus Musicus, & Aristoteles, siquidem liber de Nobilitate in Aristotelis germanis est ponendus narrant, Athenæus quoque eadem ętate Apologia an Aristotelis esset, anceps animi fuit. Sic enim lib. 15. καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος, & ipse Aristoteles in Apologia, nisi commentitius est sermo. Quintilianus quoque lib. 2. cap. Quid sit Rhetorice, ita de Theodecticis ambigit. A quo non dissentit Theodectes siue ipsius id opus est, quod de Rhetorice nomine eius inscribitur, siue vt creditum est Aristotelis. Ad hunc ergo modum, de tot Aristotelicorum librorum numero, soli supersunt quatuor, qui omnem controuersiam effugerunt. ij, sunt Mechanica, & libelli tres, contra Xenophanem, contra Gorgiam, contra Zenonem. Huiusce autem rei tam absurdę causam multiplicem potuisse esse conijcio. Prima quòd situ, atque tineis corrosi multorum librorum tituli, quodq; & docti, & elegantes viderentur libri, Aristotelis veluti celeberrimi authoris sunt nomine insigniti. Secundam vero puto, quòd cum Alexandriæ Pergamiq; Reges studio librorum comparandorum inter se certarent, magnis propositis prœmijs, illis qui ad se ferrent libros, cœpti sunt tunc quęstus gratia, libri insignibus titulis adulterari. Quod nostris temporibus solent ij sæpe facere in antiquorum metallis, vel marmoribus emētiendis, qui antiquarij gaudent nominari: nam sæpe recētia opera, pro antiquis & vendunt, & supponunt. Hanc imposturam in libris, eorum regum tempore vsitatam fuisse, testatus est Galenus, in fine commentarij sui in librum Hippocratis de natura humana his verbis. Et vt mittam alia, suppar discipulis eius (scilicet Hippocratis) fuit Plato, quorum si cuius hic liber esset, scriptoris ei nomē fuisset prescriptum. Nam ante ætatem regum Alexandriæ, & Pergami, inter quos erat in comparandis veteribus libris contentio, nullus vnquam liber falsum titulum habuerat. Verum vt primum acceperunt prœmium, qui antiqui cuiuspiam authoris libros ijs afferrent; tum demum multos falso titulo insigniētes attulerunt. Cuius rei insigne exemplum narrat commentario secundo in tertiū librum Hipp. de vulgaribus morbis, his verbis. Quidam eum (scilicet Mnemonem Siditam) aiunt cum legendi gratia, tertium accepisset vulgarium morborum

tum librum, ex magna illa Alexandriæ bibliotheca restituisse adulterinis adscriptis simili attramento, & literis hisce notis. Sunt qui ex Pamphilia eum affirmant deportasse, ac tanto fuisse regem Aegypti erga libros studio; Ptolemęum, vt omnium appellentium ad se, libros deferri iuberet. Quos relatos in nouas chartas, dominis descriptos daret, a quibus in portum inuectis ad se allati libri essent; allatos vero in bibliotheca reponeret. Atque inscriptiones erant ex nauibus acceptorum. Inter eos ferunt repertum esse tertium librum vulgarium morborum, titulo insignitum, sub correctore Mnemone Sidita. Quidam non esse inscriptum sub correctore aiunt, sed solum nomen Mnemonis, quia & aliorũ etiam omnium qui cum libris appellebant, regij ministri nomine reponendos in apothecas libros insigniuerunt. Neq; enim continuo eos in bibliothecas asportasse, sed prius in certis ædibus cumulatim deponere. Nam tanti studij ad veterum libros comparandos Ptolemæi illius, magnum esse argumentum referunt, rationem quam habebat cum Atheniensibus. Qui quindecim pigneratis argẽti talentis, Sophoclis, & Euripidis, & Aeschyli ab eis accepit libros vt eos tantum describeret, & mox sartos tectos restitueret. Cumq; magnifice eos apparauisset in pulcherrimis membranis, quos ab Atheniensibus acceperat, retinuit, illis misit quos ipse instruxerat. Orans quindecim talenta tenerent acciperentq; qnòd veteres libros nouis commutasset. Quod si Atheniensibus ne nouos quidem remisisset libros, non erat quod ęgre ferrent, qui argentum hac lege acceperaut, vt hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros. Hæc igitur præmiorum ratio a regibus illis proposita, in causa fuit, cur multi veterum authorum nominibus libros insigniuerunt, vt scilicet maiora acciperenr præmia. Hinc effectum est, quod Hippocrati multi libri sunt adscripti, qui ab eo non fuerant conscripti. Vt sunt, Prorrheticorum liber, quem Galenus ex sententia aliquorum Hippocratis non Coi, sed Heraclidis filij arbitratur, cuius etiam multi Aphorismos esse autumant, vt libro 3. de morbis vulgaribus, narrat. Primo vero de Aliment. facult. ait librum de victus ratione, referri in Hippocratem, vel Philistionem, vel Aristionem, vel Euriphontem, vel Philitem. & primo de morbis vulgar. librum prędictionum Hippocratis non esse testatur. Liber etiam de virginum passionibus, Hippocratis non est, ac etiam forte alij eius viri nō esse reperientur, etiamsi sub eius nomine ferantur. Platoni etiam multi sunt dialogi attributi, qui eum authorem non habuerunt; vt Epinomis qui Philippi Opuntij eius auditoris est, teste id Diogene in vita Platonis, & Atheneo lib. 11. ex Hermippo. Ex cuius sententia Alcibiades secundus, non Platonis, sed Xenophontis est; vt is qui Axiochus inscribitur, Aeschynis Socratici est; quod Laertius in Aeschyne, & Suidas in Axiocho testantur. Huius Aeschynis etiã est Eryxias, quod ex Suidæ Aeschyne est conijcere. Ex quo etiam videtur dialogus de virtute eiusdem esse Aeschynis, quanquam ex Laertio, Simonis Socratici potius esse appareat; cuius Simonis Sysiphus etiam est, qui de consultatione titulum pręfert, quod ex Laertij Simone colligitur. Quod igitur Hippocratis, quod Platonis, quod etiam multorum aliorum præstantium authorum libris accidit, id quoque Aristotelicis non solum verisimile est accidisse, verum etiam reuera accidisse, expositorum suorũ nonnulli attestantur, quorum e numero Ammonius est, & Philoponus, & etiam ipsemet Galenus, commentarijs suis in librum de natura humana, in quo ita scribit. Quod si veterum placita medicorum velis cognoscere, quos legas libros, vbi decreta sunt medica contracta, ascriptos quidem Aristoteli, a Menone, ta-

men eius auditore sine controuersia scriptos, habes. Quo circa Menonijs quidã his libris nomen dederunt. Sed clarius Ammonius causas aliquot ob quas Aristotelici libri sint adulterati exponit, dum prolegomenis in Categorias in hunc modum scribit. τρεῖς γὰρ ἀφορμαὶ γεγόνασι τοῦ νοθεύεσθαι τὰ συγγράμματα τοῦ Αριστοτέλους· μία μὲν ἡ ὁμωνυμία, γεγόνασι γὰρ καὶ ἕτεροι Αριστοτέλεις, ὧν τὰ συγγράμματα, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τινὲς ἐνόμισαν Αριστοτέλους. Δευτέρα δ' ἡ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμία, οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εὔδημος, καὶ Φανίας, καὶ Θεόφραστος, κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου, γεγραφήκασι κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν. ἡ δὲ τρίτη τοιαύτη ἐστίν. Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, πάνυ ἐσπουδακέναι φασὶ περὶ τὰ Αριστοτελικὰ συγγράμματα, ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπά, καὶ χρήματα διδόναι τοῖς προσφέρουσιν αὐτῷ βίβλους τοῦ φιλοσόφου· ὅθεν τινὲς χρηματίσασθαι βουλόμενοι, ἐπιγράφοντες συγγράμματα τῷ τοῦ φιλοσόφου ὀνόματι προσῆγον, ἀμέλει φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο. Tres etenim causæ fuerũt, cur Aristotelis scripta notha fierent, vna quidem nominis æquiuocum. Fuerunt namque etiam alij Aristoteles, quorum scripta, ob nominis equiuocationem aliqui putarunt Aristotelis esse. Secunda vero causa est nomina, scilicet librorum eadem. Discipuli nanque eius Eudemus, Phanias, Theophrastus, per præceptoris ęmulationem, scripserunt Categorias, peri hermenias, & analytica. Tertia vero causa talis est; aiunt Ptolemęum Philadelphum incensum studio fuisse circa Aristotelis libros, sicuti & circa alios; & munera dedisse ijs qui sibi adferrent libros philosophi. Quare quidam ditari inde volentes, inscripserunt libros nomine philosophi, eiq; detulerunt. Hinc aiunt, in magna illa bibliotheca, inuentos esse libros quadraginta Analyticos; Categoriarum vero duos. Quanquam Philoponus Ammonij discipulus, vigintiquatuor tãtum analyticos in veteribus bibliothecis repertos esse asserat proemio priorum. Simplicius vero prolegomenis Categoriarum Adrastum affert testem de duobus Categoriarum libris in his verbis. ἱστορεῖ δ' ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Αριστοτέλους συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν κατηγοριῶν βιβλίον, ὡς Αριστοτέλους. Narrat vero Adrastus, in libro de ordine Aristotelicorum librorum, ferri, & alium Categoriarum librum, veluti Aristotelis. Nec vero singulares Aristotelis libri ad Ptolemęum seu vero, seu fictitio nomine sunt deuecti, sed etiam vniuersa eius bibliotheca, quod Athenæus primo libro testatur. Αριστοτέλη τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτων διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα, παρ' οὗ πάντα φησὶ πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην, μετὰ τῶν Αθήνηθεν, καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν καλὴν Αλεξάνδρειαν μετήγαγε. Atque Aristotelem philosophum, & Neleum qui horum libros seruauit, a quo omnia emens nostras Rex Ptolemæus, cognomiue Philadelphus, cum ijs qui ex Athenis, atque Rhodo, in pulchram Alexandriam traduxit. Cui loco, videntur Strabonis probatissimi authoris verba omnino esse contraria, namque is libro 13. ita si quis latine redderet, scripsit. E' Scepsi fuere philosophi Socratici, & Erastus, & Coriscus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem, & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles, & bibliothecam, & scholam, Theophrasto reliquit. Et primus omnium quos scimus libros congregauit, & Aegypti Reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus vero eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos ac negligenter positos tenebant. Cumq; Attalicorum regum sub quibus erant, studium sentirent conquirendorũ

librorum

librorum ad instruendam eam bibliothecam, quę Pergami erat, eos in fossa quadam sub terra occuluerunt, quos & tineis, & humiditate labefactatos tandem qui ex eo genere erāt, Apelliconti Teio tradiderūt, magno emptos argento Aristotelicos, scilicet atque Theophrasticos. Is autem Apellicon Athenis habitauit, Athenis vero a Sylla captis, bibliotheca ea Romam est delata; prout & Strabo sequentibus, & Plutarchus post eum in Sylla his verbis Latine redditis est attestatus. Elegit sibi (de Sylla loquens) Apellicontis Teij bibliothecam, in qua plurimi Aristotelis, & Theophrasti libri erant, qui vulgo nondum satis erant noti. Fertur autem ea perlata Romam, Tyrannionem Grammaticum comparasse maiorem eius partem, & ab eo Andronicum Rhodium transumpta habuisse; inq; medium protulisse, & descripsisse, eos qui nunc feruntur indices. Vetustiores vero Peripatetici videntur illi quidem, per se ipsos elegantes, & eloquentes viri fuisse, Aristotelicis vero, & Theophrasticis scriptis, nec multis, nec satis diligenter occurrisse; propterea quòd hæreditas Nelei Scepsij cui Theophrastus libros reliquerat in homines simplices & minime ambitiosos deuenisset. E' Strabone, e Plutarcho, eq; Athenæo, Aristotelicam bibliothecā in Nelei manus peruenisse constat. Duo vero illi tradunt eam a Neleo posteris suis traditam ab his Apelliconti venditā. Athenæus vero Ptolemæo Alexandriæ regi venditam affirmat, quę quidem aperta est discrepantia. At nullo negotio videtur solui posse. Nil enim difficultatis in hoc fuerit si duplicia eius bibliothecæ exemplaria habuerit Neleus, vel transcribēda curauerit; vt altera scilicet magno præmio Ptolemæo venderet, altera domi secum haberet, quæ hæredibus postea reliquerit. Illa librorum titulis, ob præmia multiplicatis in incertum euaserint, hæc vero tineis primum, dein Apellicontis ambitioso quodam studio, deinde Tyrannionis, ac librariorum postremo scriptorumq; negligentia sint corrupta, & plena erroribus edita. Inde necessario euenit vt libri, qui ex Alexandrina bibliotheca prodierunt controuersi. Illi vero qui Romam sunt delati pleni errorum remanserint. Qui vero illi sint, qui ex Alexandria, vel Athenis prodierint, maxime omnium iam est in tenebris, neque a quoquam vetere, aut recentiore, vel interprete, vel authore alio, quantum lectione multiplici assequi potuerim, est traditum. Itaque omnes sunt incerti, omnes in ambiguo ac controuersia positi, accedentibus præsertim rationibus ijs, quas multas in singulis expendendis hoc libro attulimus. Quartam vero causam eam fuisse existimo quòd fuerit in more antiquissimorum hominum, vt si cui libro authoritatem accedere cuperent, vel Dei alicuius, vt Aegyptij Mercurij; vel hominis alicuius insignis nomine ornarent, reuerentia scilicet quadam; vel etiā quòd vendibiliorem eo nomine sperarent fore, vel quòd fœtui proprio alieni nominis, q̄ sui insignibus, gratiam maiorem consequi sperarent ac immortalitatem: vel postremo quòd reuera author libri ignoraretur, viderenturq; in eo contenta dogmata, non nisi magni viri esse; aut etiam negligentia quadam, ac nulla librorum expensione, alicuius eos viri celebris nomine insigniuerunt. His de causis euenisse puto, libros multos, Aristoteli fuisse adscriptos. Id namque etiam alijs illustribus accidit authoribus. Nā Galeno, quanquam de libris suis librum edidisset, quo testatum relinqueret, quinam a se conscripti libri essent. Sunt tamen reperti homines audaculi, qui illi præter ea se nominatos, ascripserunt libros plusquā quadraginta. Hos. f. omnes. Introductio, Definitiones medicæ. Quòd qualitates sine corpore sint. An animal sit qd̄ in corpore continetur. De vrinis, Dignotio passionū quæ in renibus

ſunt philoſophica hiſtoria, quæ vt ex Theodoreti libris 2. 4.& 5. græcarum paſſionum collegi, Aetij eſt. De facile parabilibus medicamentis ad Solonem, & alius eodem titulo. De menſuris & ponderibus. De atra bile, ex Galeno, Rufo. De medicamentis quæ inter ſe commutantur. De decubitu prænotiones ex mathematica ſcientia. De ſpermate, de natura,& ordine cuiuſque corporis. De anatomia parua. De anatomia viuorum. De anatomia oculorum. De virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus. De voce & anelitu. De vtilitate reſpirationis. Compendium pulſuum. De motibus manifeſtis, & obſcuris. De diſſolutione continua. De bonitate aquæ. De vinis, Præſagium experientia confirmatum. De vrinæ ſignificatione ex Hippocrate. De ſimplicibus medicamentis ad Paternianum. De virtute centaureæ. De catharticis. De mulierum paſsionibus. Secretorum ad Montium. De medicinis expertis. De cura icteri. De cura lapidis. Quęſita in Hippocratem. De dinamidijs duo. De partibus artis medicinæ. Vt mirum prorſus videatur, viro omnia ſua ſcripta conteſtanti, tam magnum librorum numerum,præter eius teſtimonium acceſsiſſe. Idem accidiſſe videmus, Homero,Demoſtheni, Virgilio,Origeni,Cyrillo, & alijs celeberrimis ſcriptoribus. Quibus multi ab eis minime ſcripti libri, ſunt adſcripti; vt nequaquam mirum ſit,Ariſtoteli quoque multa adſcripta fuiſſe, quæ ipſe non ſcripſerit. Sed quod omnium maxime literatus quiſq; ſtupeat, decē& ſeptē Geographicorum libros Strabonis nomine circũferri, cum tamen Strabonis minime ſint. Id vero elicitur ex Athenæi verbis his,quæ ſunt libro 14. *μνημονεύει δ' αὐτῶν* (ſcilicet *πέρνων*) *Στράβων ἐν τρίτῳ γεωγραφουμένων, ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος, λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας, ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενομένῳ Σκιπίωνι, τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι.* Meminit earum (pernarum ſcilicet) Strabo in tertio Geographicorum, vir non admodum recentior. Namque libro ſeptimo eiuſdem operis ait ſe cognouiſſe Poſidonium Stoicum philoſophum, cuius ſæpe mentionem fecimus, veluti familiaris Scipioni illi, qui Carthaginem cœpit. Capta autem eſt Carthago anno quarto Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ octauæ, a qua ad Auguſti verum Imperium anni intercurrerunt centum quindecim. Auguſtus autem, ſolus in Imperio vixit annos quatuor & quadraginta, ita vt a Carthagine capta ad finē Imperij Auguſti 159 anni,fuerint,Strabo autem hic quem habemus.non ſolum Auguſti, ſed etiam Tiberij meminit. Libro enim tertio ſic ſcribit. *τούς τε γὰρ συνέχοντας ἔτι νῦν μάλιστα τὰ λῃστήρια Καντάβρους, καὶ τοὺς γειτονεύοντας αὐτοῖς, κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους, στρατεύουσι νῦν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, οἵ τε Κωμακοὶ, καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες, πλὴν Τυίσοι, ὅ τε ἐκεῖνον διαδεξάμενος Τιβέριος, τριῶν ταγμάτων στρατιωτικῶν ἐπιστήσας τοῖς τόποις.* Nam Cantabros,& vicinas illis gentes, quę adhuc latrocinia retinent, Cæſar Auguſtus oppreſsit. Et qui Romanorum ſociorum prędones erant,nunc pro Romanis militant Comaci, videlicet, & qui ad Iberi fontes habitant, præterquam Tuiſi. Ac Tiberius qui ei ſucceſſor fuit, tribus militum ordinibus ijs locis impoſitis. Cuius Tiberij ſæpe etiam alias facit mentionem, vt libro quarto, & ſeptimo, & alijs, vt ſatis clareſcat eum, vel ſub Tiberio, vel etiam poſt eum vixiſſe ac ſcripſiſſe. Quare neceſſe eſt ſi Poſidonium cognouit, eum ad minimũ vixiſſe centum quinquaginta nouem annos. Sed quod etiam me magis mouet, id eſt,quòd Pernarum fit quędam libro tertio, commemoratio, ſed longe alijs verbis,quàm quæ Athenæus recenſet, ea ſunt hæc, vti diximus libro 14. *γράφει*

δ' οὖν

δ᾽ οὗτος ὁ Στράβων οὕτως. Ἐν Ἱσπανίᾳ πρὸς τῇ Ἀκυτανίᾳ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν εἴποι τὶς Πομπηϊόπολις, ἐν ᾗ πέρναι διάφοροι συντίθενται ταῖς Κυρικαῖς, ἐνάμιλλοι. Scribit vero Strabo sic. In Hispania, ad Aquitaniam ciuitas Pompelon, veluti quis dicat Pompeiopolis, in qua Pernæ variæ conficiuntur, Curicis, similes. Strabonis vero huius nostri verba sunt hæc lib. 3. ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰακκητανίας πρὸς ἄρκτον τὸ τῶν Οὐασκόνων ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν Πομπηϊόπολις. αὐτῆς δὲ τῆς Πυρήνης τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν, εὔδενδρόν ἐστι παντοδαπῆς ὕλης, καὶ τῆς ἀειθαλοῦς. τὸ δὲ Κελτικὸν ψιλὸν, τὰ δὲ μέσα περιέχει καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένους αὐλῶνας, ἔχουσι δ᾽ αὐτῆς Κερρητανοὶ τὸ πλέον τοῦ Ἰβηρικοῦ φύλου, παρ᾽ οἷς πέρναι διάφοροι συντίθενται ταῖς Κανθαρικαῖς ἐνάμιλλοι, πρόσοδον οὐ μικρὰν τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαι. Supersidet vero Iaccetaniæ ad Septentrionem Vasconum gens, in qua ciuitas Pompelon, veluti Pompeipolis, ipsius vero Pyrenes latus Hispanicum arboribus omnifariam syluæ, & eius quæ semper viret repletum: quod Celtas spectat, nudum. Media vero continent conualles, quæ bene habitari possunt: eas vero habent Cerrhetani, vt plurimum Hispanici generis, apud quos Pernæ variæ conficiuntur, Cantharicis similis, reditum non paruam hominibus præbentes. Quòd si quis asserat vtrosque hos contextus Strabonis eiusdem esse, sed temporum longinquitate, vel scriptorum negligentia corruptum alterum, rogetur is cur id potius credat, quàm quòd posterior hic Strabo, geographiam, vti prior ille scribens, & Hispaniam libro tertio, vt ille describens, voluerit de Pompelo loquens, eandem cum illo etymologiam vrbi dare, & Pernarum mētionem vtrrei eius loci pręcipuę ac proprię, ex illo sumere, reliqua vero in quibus differūt suo modo tradere. Sed quòd eum facile conuincat est, quòd septimo libro, nullam Carthaginis, nullam Scipionis, nullam Posidonij cum Scipione amicitiæ, nullā suę cum Posidonio, mentionem faciat. Et quod longe maius est, nullo librorum aliorum. Sæpe ille quidem Posidonium nominat, laudatq́; : semel tantum Scipionem Aemilianum, vltimo scilicet libro nominat: sed eo loco Posidonius nō nominatur; se autem Posidonium nouisse, nullibi totis his libris legitur. Semel libro 16. hæc leguntur verba ἐντεῦθεν δ᾽ ἐστὶ Ποσειδώνιος ὁ Στωϊκὸς ἀνὴρ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος, quę interpres sic vertit. Ex hac vrbe est Posidonius Stoicus, vir philosophorum nostri temporis eruditissimus. Nescio tamen an illud καθ᾽ ἡμᾶς, recte vertatur semper, nostri temporis. Neque enim concordat tempus Strabonis huius, cum tempore Posidonij Apamensis, de quo hoc loco Strabo loquitur; nam eum testatur Suidas Panætij discipulum & successorem fuisse, Romamq́; venisse sub Marco Marcello, qui fuit annus (vt etiam vltimum Marcelli Consulatum ponamus) a condita vrbe 602. Imperium vero Tiberij initium, cœpit anno vrbis eiusdem 767. post aduentum, scilicet Posidonij, annos centum sexaginta quinque. Secure itaque concludendum, Strabonem de quo Athenæus loquitur, alium fuisse ab eo, qui Tiberij tempore floruit, cuius libros geographicos 17 habemus. Dirimere hanc litem nominum Strabonis, ac Stratonis, vicinitas recte posse videtur; patriæ quoque, & professionis, & scriptorum identitas. Nam Suidas sic de vtroque scribit. Στράβων Ἀμασεὺς φιλόσοφος καὶ γεωγράφος. Strabo Amaseus philosophus, & Geographus. Et infra nō ita multum. Στράτων Ἀμασεὺς, φιλόσοφος, γέγονεν ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, καὶ ἔγραψε γεωγραφίαν ἐν βιβλίοις ζ. Strato Amaseus philosophos, fuit sub Tiberio Cæsare, & scripsit Geographiam libris septem. Hic si ante illud ζ ponatur ι. decem & septem libros faciet, quot sunt reuera hi quos habemus. Neque hic error in

numeris, difficilis est, vt contingat; quando difficile non est, vt scriptor, qui quandoque integras periodos ommittat, vnum etiam 1. ommittat. Itaque concludendum est, cum in his tertio, & 7. libris nihil reperiatur eorum, quæ Athenęus citat; hos Geographiæ libros, non Strabonis illius veteris, sed Stratonis huius neoterici, qui sub Tiberio vixit, & Geographiam scripsit, esse. Hæc enim nominis, vel vicinitas, vel identitas tales sæpe errores committit, quod in Aristotele superius ex Ammonio vidimus, & nunc agnoscimus ex Suida; Argonautica illa quæ Orphei nomine feruntur, non esse Orphei Lebethrij, vt hactenus est creditum, sed Orphei Crotoniatæ, qui Pisistrati familiaris fuit. Hymnos quoque Orphei Ciconæi, non autem Lebethrij esse. Fuere etiam viri docti ætate nostra, qui Plutarchi Agesilaum, non Plutarchi, sed Xenophontis esse asseruerint, nescientes vtrosque hos authores, Agesilaum scripsisse. Et passim vt Plutarchi, vita Aristotelis citatur, quia cum Plutarchi vitis Latinis impressa sit, cum tamen Guarinum Veronensem habuerit authorem. Ita literati sæpe homines, in rebus clarissimis hallucinantur, idq́, in mille librorum exemplaribus diuulgatis iam, & ab omnibus cognitis. Quid ergo arbitrandum est in rebus abstrusis, & antiquitate absconditis accidisse, tum in Aristotelis operibus, tum aliorum authorum? ea enim æquiuocatio in Alexandri quoque commentarijs accidit, cuius videntur sine vlla controuersia esse commentaria in analyticos priores, quod ex Philoponi 4. comm. in eosdem clare confirmatur. Metaphrasis etiam in libros de anima. Quæstiones tum naturales, tum morales: librum quoque de Fato indubie eius esse plerique nostratum philosophorum, & arbitrati sunt, & arbitrantur. Sed Eusebius verbis quibusdam quæ refert lib. 6. cap. 7. eum in dubium adducit, ea sunt. Nunc Aphrodiseum audiamus Alexandrum, preclarum in philosophia virum, qui in libro, quem de Fato ad Antoninum edidit, his verbis Chrysippi dogma refutat. Omnium quæ fiunt, quatuor sunt causæ, vt diuinus Aristoteles demonstrauit. Quorum verborum est quidem sententia, cap. 2. sed verba alio modo posita ac sine epitheto illo diuinus. ita enim iacent. Diuiduntur quippe eorum quæ fiunt causæ in quatuor causarum modos, vt Aristoteles demonstrauit, atque etiam ita habent in Græco codice διαιρεῖται δὴ τὰ τῶν γινομένων αἴτια εἰς τρόπους αἰτίων τέσσαρας καθὼς Ἀριστοτέλης δέδειχεν. Chrysippi autē vel dogmatum eius, nulla est facta mentio eo toto libro. Quare vel Eusebius nō verè ea verba retulit, vel certe hic, liber ille non est. Commentaria autem in Meteoros, Alexandri Aphrodisiei non esse, satis fidenter audeo asserere. Idq́; ex Olympiodori in eosdem libros commentarijs satis clare colligo. Is enim praxi tertia primi libri sic scribit. φησὶ γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος ὅτι ἐν Κυλλήνῃ ὄρος ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἐγίνοντο θυσίαι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τέφρᾳ ἔγραφον γράμματα, καὶ ταῦτα ἔμενον ἐξαλειφόμενα ὅλον τὸν ἐνιαυτόν. Ait .n. Alexander, quod in Cyllene mons est altissimus, in quo sacrificia fiebant, & in ipso cinere scribebant literas, & hæc permanebant non obliterata toto anno. Apud vero hunc Alexandrum, nulla est de Cyllene, nulla de literis mentio, sed de sacrificijs tantum ac cineribus. Neque quod praxi sequente ait (ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος, ἐνταῦθα γενόμενος ἔφη, ὅτι ἡ σελήνη διακονεῖ τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα, καὶ θερμαινομένην. Alexander cum ad hunc locum peruenisset dixit, quod Luna ministrat calorem a Solem, non calefacta) in his cōmentarijs est. Libro etiam tertio, comm. 34. & comm. 1. de parelijs, & baculis nominatim ex Aphrodiseo Alexandro citat, quæ nequaquam in his commentarijs habentur. Id ipsum ex Philoponi commentarijs 17. & 39. apparet. Sed,

quod etiam magis hanc faciat certitudinem est, quòd in quæstionum libro 3. c. 10. ex meteorologicis, Alexandri verba referuntur, ab his quæ in his commentarijs sunt, longe diuersa; id ipsum fit cap. 14. Clare ergo conuincuntur hæc commentaria non esse Aphrodisei Alexandri. sed forte sunt Alexandri Aegæi simplici enim quodam & antiquiori modo sunt conscripta sine vllis quæstionibus, aut praxibus, aut Theorijs. Qualem fuisse antiquorum Peripateticorum exponendi Aristotelis morem ex Aspasij commentarijs in Ethicos apparet, & nos decimo harum discusionum libro demonstrabimus. Nullius enim alterius Alexandri quam Aegæi, qui Neronis præceptor fuit, & Aphrodisiei qui Antonini tempore floruit, mentionem factam reperi, inter eos qui Aristotelis libros interpretationibus explicarit. Aegæi autem ea esse etiam inde apparet, quod ijs lib. 3. capite de Halone Sosigenis præceptoris sui mentio fit, his verbis. Satis quidẽ sufficienter ostendit præceptor noster Sosigenes in octauo lib. de visu. Fuit autẽ Sosigenes, insignis mathematicus, qui C. Cæsare id sibi iniungente solarem annum correxit, atque ideo tulerunt tempora, vt Aegæi Alexandri præceptor esset, qui Neronis præceptor fuit; non tulerunt vt Aphrodisieum institueret, qui sub Antonino vixit. A Cæsare enim ad Neronem anni fuerunt 94. a Nerone ad Antoninum 85. Huius ipsius Aegæi Alexandri sunt commentaria in metaphysicos, qui etiam in his veluti doctoris sui meminit Sosigenis lib. scilicet 7. comm. 6. Sosigenes enim ex ijs, quæ erant Alexandro nota, quæ naturę cognita sunt, ipsi nota reddidit. Neque enim satis valida sunt Genesij argumenta; quibus nititur ea esse Aphrodisiei ostendere. Videtur enim Aegæum Alexandrum non nouisse. Neque verum est quod ipse asserit, fieri non posse vt ad quempiam qui Alexandrum ætate præcesserit, referatur, ne dubitari quidem potest. Potuit enim, & est Aegæi Alexandri, qui & Sosigenis pręceptoris, & Aspasij semel tantum sui contemporanei mentionem facit. Alexandri etiam Aphrodisiei non esse inde apparet, ꝙ Auerrois omnia ea quę pręfatur in librum duodecimũ ex Alexandro ait se sumpsisse, quorum tamen nihil in his commentarijs habetur. Sed Syrianus qui fuit Aphrodisiei ætati propior comm. suis in tertium librũ comm. 43. ex Alexandro refert quędam & ipse, quæ itidem in comm. 30. Alexandri non sunt in quo eadem verba Aristotelis explicat quæ Syrianus. Veluti neq; Alexandri commentario 39. reperitur quod illi Syrianus comm. 62. tribuit. Vt iam liquido constet ex tanti viri, Aprodisieoq; proximi hęc commentaria illius non esse. Quod si alibi ex Alexandro citat quædam, quę in his reperiantur, eadem potuerunt & Aegæus, & Aphrodisieus dicere, eadem loca explicantes. Quod autem lib. 7. comm. 42. Alexander Aphrodisieus nominatur, id cur non appositum a sciolo aliquo credamus, qui ignoraret alium Alexandrum præcessisse. Cur enim quatuor antiquissima exemplaria quorum fidem se in conuersione secutum testatur Genesius, Alexandri nomen sine vlla distinctione inscriptum habuerunt? non autem adiecta est celeberrimi Aphrodisiei distinctio, quàm quòd ab ignaris librarijs est prętermissum agnomen Aegæi. Quod non est mirum potuisse accidere hominibus non accuratis, quando & accuratissimis, in antiquorum monimẽtis sępius id accidit. Inter quos posuerim etiam Philoponum, qui commentarijs in secundum priorum ita scripsit. At Alexander philosophi interpres in quodã vno libro vult pręceptorem suum Sosigenem fuisse eiusdem opinionis. Nam dũ ait philosophi interpres, videtur Aphrodisieum innuere, qui ἐξηγητὴς est appellatus; nisi quis dicat eum eo agnomine etiam Aegęum potuisse intelligere, alio-

qui in præceptore Aphrodisiei assignando erraſſe, cum tempora nequaquam id ferant, cum nullus alius Soſigenes memoretur, quàm is qui annum correxerit ſub Iulio Cæſare. Secure itaque pronunciare audeamus, commentarios in libros Meteoros, quia in ijs non inueniantur quę Olympiodorus ex eis citat, nec ea quę tertio quęſtionum ſuarum ex meteologicis eius commentarijs affertur, Aphrodiſiei non eſſe. In quibus cum Soſigenes pręceptor nominetur, Aegæi Alexandri eſſe. Ob eandem hanc cauſam commentarios in metaphyſicos Aegęi eſſe. Commentaria vero in Topicos, certo ſcio neutrius horum eſſe. Nam & octauo libro, in caput de reſponſione, Galenum authoritatem iam habentem nominat. Galenus autem Aphrodiſieo coætaneus fuit; Aegęo vero multis annis poſterior. Sed euidentius, etiam in librum quintum, commentario primo quinque voces nominantur, atque ex ijs proprij ſignificatio refertur, & Angelorum ac animarum immortalitas. Quorum alterum teſtatur, Aphrodiſiei hoc opus non eſſe, qui angelos non nouit, & animarum mortalitatem induxit. Alterum hunc Alexandrum, poſteriorem Porphyrio etiam fuiſſe. Porphyrius enim quinque voces conſcripſit: fuitq; Aphrodiſieo poſterior, & hic Aegęo. Quòd decimo harum diſcuſsionum libro clare a nobis oſtendetur. Quare commentaria in Topicos, nec Aegæi nec Aphrodiſiei Alexandri opus ſunt. Eiuſdem tertij Alexandri ſunt commentaria in Elenchos. In quorum primo ſtatim commentario, & Athenæum, & Proclum nominat; nono vero Galenum. Fuit autem Athenęus, Galeno contemporanens. Sub Antonino enim ambo floruerunt cũ Aphrodiſieo. Proclus autem, ſi de Lycio intelligatur, etiam Porphyrio multis annis poſterior fuit. Fuiſſe autem hunc eundem Alexandrum, cum eo qui in Topicos commentaria ſcripſit, clare ipſemet teſtatur, initio vltimi commentarij, ſic ſcribens. Vim quandam diſſerendi appellat locorum tractationem, & quam ob rem vis appellatur in libris Topicorum diximus. Dixit autem id primo commentario. Itaque Tertius hic Alexander eſt, ab Aegęo, atque Aphrodiſieo vtriſque longe poſterior ętate. Eſt tamen vſque ad hunc diem, a Peripateticis omnibus, pro Aphrodiſieo habitus. Vt ſatis iam teſtatum ſit his tot ſcriptorum exemplis, libros vnius authoris ſæpe alterius nomen ſubijſſe. Veluti Archytę eueniſſe opinatus eſt Themiſtius, teſtante Boetio, qui negat Pythagorici Archytæ librum eum eſſe, in quo de decem entis generibus egit: quem ferè integrum ad verba vſque ipſa, Ariſtoteles in ſuas Categorias tranſtulit, ſed Archytæ alicuius Peripatetici. Ita quoque credendum eſt, ſine multa admiratione, Ariſtotelicis libris, Ariſtoteliſq; nomini vſu uenire potuiſſe.

ARISTOTELICORVM LIBRORVM DIIVDICATIO.

LIBER QVARTVS.



CONTROVERSIIS Aristotelicorum librorum, superiore volumine expositis, scio te, ornatißime Zacharia magnam animo cœpisse molestiam; quòd videatur nullo iam gradu, Aristotelica philosophia consistere; nullo firmo solo, dogmata eius sita. Si enim omnes primo in vniuersum libri, tum extantes, tum etiam qui ad nostra secula non peruenerunt; deinde ij, quos præ manibus habemus singuli, in dubium vocentur, nullaq; certitudine, quòd Aristotelici sint nitantur, iam non immerito, nullam Aristotelis philosophiam esse possumus arbitrari. Quod si admittatur, frustra iam te Aristotelicis studijs inhiare; vanum iam omnem tuum laborem futurum, recta ratione vereare. Huiusce vero spei abiectio, quam maximis profectibus te illustrem futurum, tu, tuiq; , & cognati, & amici omnes, animo conceperamus, non sine magno animi dolore, sentiri potest. Hunc autem dolorem, nimia quædam, & superstitiosa forsan diligentia mea, videtur incussisse. Quid enim opus fuit, notitiam Aristotelicorum librorum aliquam flagitanti, tam exactam dare, vt nulla prorsus euaderet? Ac tibi philosophiæ cupidine flagranti, non solum remoras obijcere, sed omnem omnino cursum intercidere. Sed ego ipse, qui id vulnus nimis minuta diligentia inflixi; alia non minutiore, medicari tentabo; ijsdem antiquorum, authorum & herbis, & succis. Ex eorum enim testimonijs concinnabo tibi historiam quandam, ex qua forte aliqua eruetur medella, quæ istum tuum dolorem lenire, atque animum fluctuatem comprimere valeat. Est igitur in 13. Stratonis (suo enim nomine post hac huius Geographiæ authorem appellabo) libro, historia hæc verbis ipsis. ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως, οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος, καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱός, Νηλεύς; ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους, ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ, Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας, βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν, ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα. Ἐπειδὴ δ' ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης κατὰ γῆς ἔκρυψαν, ἐν διώρυγί τινι, ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψὲ ποτὲ ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους, Ἀπελλίκοντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων, τά τε Ἀριστοτέλους, καὶ τὰ Θεοφράστου βιβλία, ἦν δ' ὁ Ἀπελλίκων, φιλόβιβλος μᾶλλον, ἢ φιλόσοφος. Διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινά, μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν Περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν

ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν, τοῖς δ' ὕστερον ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν, καὶ Ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν, πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσεβάλετο. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν, Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην, ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλὼν, δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς, διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὢν; θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Quę sic versa sunt. E' Scepsi fuere philosophi Socratici, Erastus, & Coriscus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem, & Theophrastū audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles, & bibliothecam, & scholam reliquit Theophrasto. Et primus omnium, quos scimus libros congregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinē docuit. Theophrastus vero eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit; hominibus sane imperitis, qui libros inclusos, ac negligenter positos tenebant. Cumq; Attalicorum Regum sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum librorum, ad instruendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat; eos in fossa quadam sub terram occuluerunt; quos & Tineis, & humiditate labefactos, tandem sero, qui ex eo genere erant, Apelliconti Teio magno emptos argento tradiderunt, Aristotelicos scilicet, atque Theophrasticos. Apellicon, vt qui magis librorum esset studiosus, quàm sapientiæ, volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non recte suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos; sed antiqui Peripatetici post Theophrastum, cum omnino libris carerēt paucis duntaxat præsertim exotericis exceptis, nihil habebant in quo firmiter philosopharentur, sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores postquam hi libri in lucem venere, Aristotelem imitantes, melius quàm illi philosophati, ac Aristotelem secuti sunt. Coacti tamen sunt, propter errorum multitudinem, plerunque ex coniectura, ac consentaneæ dicere. Multum his erroribus Roma adiecit. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla quando Athenas cœpit, eius quoque bibliothecam cœpit. Quam, Romam delatam, Tyrannio Grammaticus, peiorem reddidit cum Aristotelis amātissimus esset, eo qui bibliothecæ præerat sibi conciliato. Et bibliopolæ quidam, scriptoribus non bonis vsi, & non collatis códicibus quod, & hic, & Alexandriæ, libris qui in venditionem transcribuntur, euenit. In quam ferè sententiam Plutarchus quoque in Sylla sic itidē scribit. καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλικῶντος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. Λέγεται δὲ κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας, οἱ δὲ πρεσβύτεροι περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, χαρίεντες καὶ φιλολόγοι; τῶν δ' Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου συγγραμμάτων, οὔτε πολλοῖς, οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες; διὰ τὸν Νηλέως τοῦ σκηψίου κληρονόμον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους παραγένεσθαι. Quæ ita vertimus. Atque expiatus selegit sibi Apelliconis Teij bibliothecam, in qua plerique Aristotelis, ac Theophrasti libri inerant; eo tempore non satis vulgo noti. Fertur autem, postquam ea Romam delata fuit, Tyrannionem Grammaticum, plerosque obtinuisse. Et ab eo Andronicum Rhodium, transumpta acquisiuisse, inq; medium produxisse; exscripsisseq; eos indices, qui nunc feruntur.

runtur. Antiquiores vero Peripatetici vidētur quidē per se illi elegātes fuisse viri, atq; eloquētiæ studiosi, non autē multis Aristotelis, Theophrastiq; scriptis, aut diligenter occurrisse. Propterea ꝙ hęreditas Nelei, cui Theophrastus libros reliquerat ad homines idiotas, ac minime ambitiosos deuenerat. Neleū vero hunc, puto inter Theophrasti pcipuos discipulos fuisse: nā ei libros Testamento reliquit; vt est apud Laertiū, τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ. Oēs vero libros, Neleo; Quē ēt scholæ participē, secundo loco instituit, ait. n. Ἔστωσαν δὲ οἱ κοινωνοῦντες Ἵππαρχος, Νηλεὺς, Στράτων, Καλλῖνος. Sūto participes, Hipparchus, Neleus, Straton, Callinus. Is vt puto dicitur a Stratone, primus qui libros cōgregauerit, Aegyptiq; Reges, bibliothecę ordinem docuerit. Nam hoc postremum, minime est de Aristotele intelligendum; qui anno post Alexandrum obijt, quando nondum erat Aegypti Rex Philadelphus, qui fuit Ptolemæorum secundus; & primus qui bibliothecam instruxit. Huic, a Neleo venditos fuisse Aristotelicos libros, superiore libro tetigimus ex Athenęo, cuius quoq; testimonio patet prius illud Stratonis, Neleum, vel etiam Aristotelem primum fuisse, qui bibliothecam adornanit, esse falsum. Sic enim scribit de Larensio loquens. ἦν δέ φησι, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ, ἀρχαίων, ἑλληνικῶν τε, τοσαύτη; ὡς ὑπερβάλλειν πάντας, τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν, καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον, καὶ Νικοκράτη τὸν Κύπριον, ἔτι δὲ τοὺς Περγαμηνῶν βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητὴν, Ἀριστοτέλη τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτων διατηρήσαντα βιβλία, Νηλέα, παρ' οὗ πάντα φησὶ πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν, καὶ ἀπὸ Ῥόδου, εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν, μετήγαγε. Erat, inquit illi, librorum antiquorum, grecorumq; acquisita copia tanta, vt superaret quotcunque propter eorum congregatione, sunt in admiratione habiti. Polycratem Samium, Pysistratum, qui Atheniensiū tyrannus fuit, Euclidem, & ipsum Atheniensem, Nicocratem Cyprium, Euripidem poetam, & Aristotelem philosophum, Neleumq; qui horum libros asseruauit. A quo fertur noster Rex Ptolemæus, Philadelphus cognomine, omnes emisse, simulq; cum ijs, quos ex Athenis, Rhodoq; coemerat, in pulchram Alexandriam traduxisse. Ex quo loco claret, neque Aristotelem, neque Neleum fuisse primum, qui bibliothecam instruxerint. Sed ante ipsos, Euripidem, Nicocratem, Pisistratum, ac Polycratem. Qua autem ratione vtrunque verum esse posit, Neleum hanc bibliothecam, & hæredibus suis reliquisse, & Philadelpho vendidisse, satis clare, vt puto superiore libro, ostendimus; duplices, scilicet codices habuisse, vel fecisse, vt alteros diuenderet, alteros hęredibus legaret. Sed Apellicon quis fuerit, ostendit idem Athenęus lib. 5. de quo ita scribit. ἐκπέμψας γοῦν εἰς τὴν νῆσον Ἀπελλικῶντα τὸν Τήιον, πολίτην δὲ Ἀθηναίων γενόμενον, ποικιλώτατόν τινα καὶ ἀψίκορον ζήσαντα βίον. ὁτὲ μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει, καὶ τὰ περιπατητικὰ, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην, καὶ ἄλλας συνηγόραζε συχνὰς, ἦν γὰρ πολυχρήματος. Emisit ergo in insulam, Apelliconta Teium, qui ciuis Atheniensis factus fuerat, varię cuiusdam, atque inconstantis vitæ hominem; quandoque enim philosophabatur peripatetice, atque Aristotelis bibliothecam emebat, aliasq; multas, erat enim prædiues. Post obitum Apelliconis, Sylla Athenas cœpit, eiusq; bibliotheca est potitus. Quod fuit anno quarto Olympiadis 173. eamq; Romam deportauit. Octo annis post, Sylla moritur: anno scilicet 4. Olymp. 175. Post cuius mortem, Lucullus Mithridate deuicto, Tyrannionem Grammaticum cœpit, quod Plutarchus in Lucullo sic scripsit. τότε καὶ Τυραννίων ὁ γραμματικὸς ἑάλω. Μουρήνας δ' αὐτὸν ἐξῃτήσατο, καὶ λαβὼν ἀπελευθέρωσεν, ἀνελευθέρως τῇ δωρεᾷ

χρησάμενος, οὐ γὰρ ἠξίου Λούκουλλος, ἄνδρα διὰ παιδείαν ἐσπουδασμένον, δοῦλον γενέσθαι πρότερον εἶτα ἀπελεύθερον. ἀφαίρεσις γὰρ ἦν τῆς ὑπαρχούσης, ἡ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δόσις. Tunc & Tyrannio Grammaticus captus est, quem Murena petijt, & acceptum libertate donauit; illiberaliter dono vsus. Non enim volebat Lucullus, virum disciplinis ornatum, seruum fieri primum, vt libertate postea donaretur. Ablatio namque fuit, veræ libertatis, apparentis donatio. De quo Suidas etiam hæc preter alia nonnulla ὃς ἤχθη εἰς Ῥώμην, ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην τὸν τοῦ Πόντου ἐθνῶν βασιλεύσαντα, διαπρέψας δὲ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ καὶ πλούσιος, ἐκτήσατο καὶ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας, ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ὑπὸ ποδάγρας παραλυθεὶς, ὀλυμπιάδι ρκ. ἐν τῷ γ. ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος. Qui Romam est ductus, seruus captus a Lucullo, quando Mithridatē eum qui Ponti gentibus imperauit, deuicit. Illustris vero Romæ factus, & diues, acquisiuit libros supra triginta millia. Obijt senex a podagra resolutus olymp. 120 tertio anno Olympiadis. In hoc tempore, error est. Nam Lucullus, Mithridatem debellauit 177 Olympiadis, anno primo. Quo ergo pacto Tyrannio 177 Olympiade captus, 120 moritur. Sed mendum est in numero græco ρκ, estq; pro κ, reponendum π, quod est deflexum κ, vt sit ρπ, Olympiadis, scilicet 180, anno 3. Itaque post Syllæ interitum annis octo Romam venit, facultatemq; habuit, ab eo qui post Syllæ mortem bibliotheca Aristotelica potitus fuerat, vt eam haberet. Quam postea Andronicus Rhodius, seu a Tyrannione ipso, seu ab hæredibus eius habuit: eamq; in medium produxit, & in indices, libros distinxit, vt Plutarchus loco citato retulit. Porphyrius autem in Plotini vita, de hac re ita scripsit. μιμησάμενος δ' Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν, ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον, εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγε, ὁ δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸ συναγαγών, οὕτω δὲ καὶ ἐγώ. Imitatus Apollodorum Atheniensem, & Andronicum Peripateticum, quorum ille Epicharmum Comicum, in decem collegit tomos, iste vero Aristotelis, & Theophrasti libros in tractatus distribuit, proprias suppositiones, in idem conducens; sic & ego. Hanc ob causam Andronicus is apud antiquos Peripateticos, in magna est habitus existimatione. Quod Boetius procemio libri de Interpretatione sic est attestatus. Quem cum acutum diligentemq;, Aristotelicorum librorum, & iudicem, & repertorem, iudicauerit antiquitas. Itaque ex supra narratis breuiter summam colligamus. Aristotelis libros in Theophrasti manus peruenisse, hos & proprios Theophrastum Neleo reliquisse. Ab eo, alteros Philadelpho venditos Alexandriam transportatos; Quo loco, vsque ad quæ tempora occultati fuerint, incertum antiquitas reliquit. Satis tamen constat, eam bibliothecam, conflagrasse quando C. Cæsar Alexandriam cœpit. Alteros relictos hæredibus, in fossa quadam delituisse, annos vt ego conijcio circiter 160. Post hos annos, libri corrupti situ, & tineis corrosi, ab Apellicone empti sunt, & vt in nouas membranas, transcriberentur iussi. Inde pleni erroribus editi, Romam translati, transcripti; errores, erroribus additi; ab Andronico publicati, in indices, ac proprias suppositiones, distributi. Peripateticos veteres, statim a Theophrasto, Aristotelis libris caruisse, præter quàm, paucis exotericis. Ex hac itaque historia inuestigemus, si quam forte rationem inueniamus, qua animos nostros, ac Aristotelis libros ex controuersijs eruamus. Cuius rei initium recte videtur inde accipi posse, vnde veteres eius interpretes, controuersos eius libros, quòd sui essent, diiudicarunt. Vsi autē sunt

ad id

ad id faciendum rationibus sex potissimis. Si stylus videretur idem cum Aristotelico. Si dogmata eadem. Si sententiarum frequentia. Si alijs libris indubijs, dubius citaretur. Si eum esse Aristotelis, discipuli eius testatum reliquissent. Si eius esse, sectatores Peripatetici iudicassent. Quæ quidem omnia ex Simplicij procœmio in prædicamenta colliguntur. ὅτι δὲ γνήσιον τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, μάλιστα μὲν ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ συνεστραμμένον τῆς φράσεως δηλοῖ, κατὰ τὴν νοερὰν τοῦ Ἀριστοτέλους προϊόντος δύναμιν, καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται τοῦ βιβλίου ἐν ἄλλοις, δέκα κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, ἵνα μὴ ὑπονοήσωμεν τοῦ Ἀρχύτου μνημονεύειν αὐτὸν, ἄλλην ἐπιγραφὴν ἔχοντος. ἢ οὖν καὶ ἐκεῖνα νοθεύειν χρὴ τὰ συγγράμματα, ἐν οἷς μέμνηται τούτου; ἢ μητὲ τοῦτο ἀθετεῖν. ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον, πρὸς δὲ τούτοις, μὴ τούτου προγράφοντος τῷ Ἀριστοτέλει, ἄναρχος ἂν ἦν καὶ ἀκέφαλος καὶ πᾶσα μὲν ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους φιλοσοφία, ἐξαιρέτως δὲ ἡ λογικὴ πραγματεία. Quòd autem germanus Aristotelis sit liber maxime quidem sen tentiarum frequentia, & stylus contortus secundum Aristotelis intellectiuam facultatem progrediens indicat, tum quòd ipsemet libri in alijs meminit decem prædicamenta ipsum vocans, ne suspicaremur eum libri Archytæ meminisse, qui aliam habet inscriptionem, vel ergo & eos libros, in quibus huius mentio fit spurios esse necesse est, vel neque hunc spurium esse dicere. Ad hæc & præstantiores eius discipuli vti germanum hunc librum receperunt. Præterea nisi hic liber Aristoteli scriptus esset, sine principio, ac sine capite omnis eius philosophia, ac præsertim dialectica tractatio esset. Ammonius autem hanc eandem rem de Categorijs tractans, sic conclusit. ἐκρίθη δ᾽ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα, ἐκρίθη δ᾽ ἐκ τῶν νοημάτων, καὶ τῆς φράσεως, καὶ τῷ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν φιλόσοφον. Iudicatus vero est ab interpretibus, Categoriarum, hunc esse germanum Aristotelis; Analyticorum vero quatuor. Iudicatus autem est ex conceptibus, & ex phrasi, & quòd semper alijs in libris huius meminerit philosophus. Boetius vero proœmio in librum de Interpretatione, editionis secundę addit, vel quòd Theophrastus vt in alijs solet cum de similibus rebus tractat, quæ scilicet ante ab Aristotele sunt tractatæ. Has igitur rationes perpendamus, vt secure inde Aristoteli cos libros dignoscere queamus. Ac primum dicamus conceptus ipsos & sententias πυκνοὺς, vt ait Simplicius frequentes, non ita proprios Aristoteli esse, vt non etiam alij authores multi, ijs sint vsi. Quod in Hippocrate, & in Pythagoricis Timæo & Ocello, ac Archytæ aliquibus fragmentis manifesto apparet, nec non in Stoico Epicteto, & in Aristotelis discipulo Theophrasto, & huius Stratone; in Platonis Timęo, post Atlanticam historiam toto, atque alijs forte authoribus multis. Dogmata vero ipsa quorum ipse caput fuit, in auditores suos sunt ita diffusa, vt Aristotelis propria non remanserint: potueruntq; excellentissimi illi viri, Theophrastus, Eudemus, Clearchus, Phanias, Dicæarchus, Aristoxenus, alijq; permulti, eadem dogmata perscribere, ijsdem rationibus ac fundamentis, quibus præceptor eorũ vsus fuerat: quod Ammonius aliqua ex parte Theophrastum, Phaniam, Eudemum, testatur confecisse. Neq; vero stilus ipse, ac phrasium modus satis est argumenti ad id confirmandum, quandoquidem stilus aliquis, vel elegantissimus, per imitationem effingi ita potest, vt vix, & ne vix quidem discerni queat: quod verum esse multi docti nostrę ętatis viri ostenderunt dum Ciceroniani volunt esse. Quin etiam eiusdemmet authoris stylus, & ætate, & proposito, & materia variari potest. alius quidem

est Platonis stylus in Phędro quem adolescens scripsit; alius iu libris de Repub. alius denique in Timæo. Hanc varietatem ipsi hi Aristotelis interpretes in Aristotele, & agnoscunt, & fatentur, dum obscuritatem eius excusant plerisque in libris, claritatem in Topicis, in meteorologicis, atque alijs prædicant. Quod Simplicius fecit his verbis ὅτι γὰρ οὐκ ἀσθενείᾳ λόγου τὸ ἀσαφὲς αὐτοῦ τοῖς συγγράμμασιν ἐπετήδευτο, ἴσασι μὲν καὶ οἱ μετρίως λόγῳ παρακολουθεῖν δυνάμενοι, ὅτι πολλὴν ἐμφαίνει λεκτικὴν δύναμιν ἡ Ἀριστοτέλους ἑρμηνεία, ὡς δ' ὀλίγων πολλάκις συλλαβῶν παραδιδόναι, ὅσα οὐκ ἄν τις ἐν πολλαῖς περιόδοις ἐδίδαξε, δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις, καὶ τοῖς τοπικοῖς, καὶ ταῖς γνησίαις αὐτοῦ πολιτείαις, ἅπερ διά τι κοινότερον τῶν θεωρημάτων, σαφέστερον ἀπαγγέλλειν συνοίδε. Quòd vero nulla sermonis, imbecillitate obscuritas eius scripta inuasit, norunt quidem hi, qui vel mediocriter sermonem assequi possunt, quòd multam præ se fert dicendi facultatem, Aristotelica elocutio, vt sępe paucis syllabis longe plura tradat, quàm alius multis periodis queat tradere. Quod quidem patet etiam ex his, quæ voluit clarissime, docuit, vt in Meteoris, in Topicis, in germanis eius Rebuspub. quę ob Theorematum quandam communitatem, clarius eloqui nouit. Stilus igitur vel quia ab alio effingi, vel quia ab eodem variari potest, argumentum sufficiens non est quo scripta authoris alicuius esse, secure iudicare possimus. Quarta melior multo est ratio, quando ab Authore ipso, aliquo libro, alius liber vti suus appellatur, dummodo illud aduertatur vti prior ille liber in quo alter vocetur, legitimus sit, quod nisi constet illud accidet, quod ipse Simplicius tetigit: ἢ οὖν καὶ ἐκεῖνα νοθεύειν χρή, ἐν οἷς μέμνηται τούτου· ἢ μήτε τοῦτο ἀθετεῖν. vel ergo & illa adulterina censere oportet in quibus huius meminit, vel neque hunc reijcere. Vt autem id constet securissima mihi omnium ratio ea esse videtur, quam quinto loco Simplicius posuit, quod Aristotelis discipuli librum aliquem pro Aristotelico reuera agnouerint, nec proprium, magistri nomini supposuerint. Sextæ autem rationis firmitas, paulo post clarebit, quæ est quando Aristotelis interpretes, aliquem pro Aristotelico recipiunt. Ego vero octo, ad summum reperio Aristotelicorum librorum testimonia. Primum quod discipuli eius, prę sertim Theophrastus qui librorum eius (etiamsi id Aristotelis testamento non appareat) hæres fuit, aliquem librum Aristotelis esse indubie attestetur. Secũdum si indubius eo testimonio liber, alium librum vti Aristotelis, appellet. Tertium si ab Andronico, qui Aristotelis librorum repertor, iudex & vindex fuit. Aristotelis esse affirmetur. Quartum si ab Andronici auditoribus eiusq; ętatis viris iudicatus fuerit Aristotelicus. Quintum, quos ab Andronico atque his iudicati libri, citauerint. Sextum, quos philosophicarum rerum collectores pro Aristotelicis iudicauerint. Septimum, quos Aristotelici interpretes pro suis vindicauerint. Octauum, quos classici scriptores pro Aristotelicis nominauerint. Omnium tutissimum, ac validissimum testimonium est primum illud Aristotelicorum discipulorum, ex quo secundum pari firmitate pendet. Tertium inualidius, post Apelliconis, videlicet, atque Tyrannionis ματαιοβιβλιοφιλίαν congregandorum librorum vanum studium, post transcriptorum, negligentiam, post Philadelphi, Attalicorumq; regum in libris emendis largitatem. Quibus omnia cœpta sunt corrumpi, atque adulterari. Reliqua testimonia vt sese consequuntur, ita vel roboris, vel imbecillitatis, plus & minus continent. Namq; ab Andronici reparatione, vel ab Alexandrina, Pergamenaue bibliotheca authoritatem omnem habent. Itaque ꝙ superiore libro Aristotelicorum librorũ euersores

Octo Aristotelicorum librorum testimonia.

ſores viſi ſumus, hoc reſtitutores videamur, fluctusq; animi compeſcamus; reuocemusq; ab exilio Theophraſti, aliorumq; Ariſtotelis auditorum, teſtimonijs, libros eos, qui reuera pro Ariſtotelicis poſt hac ſint retinendi, atque a priore illa controuerſia eximendi. Hæc itaque teſtimonia quorumcumq; habere poſſumus proferamus, ne celeberrima illa toto terrarum orbe Ariſtotelis philoſophia, noua ſuperioris libri ac forte nimium minuta diligentia, nobis pereat ac euaneſcat. Primum itaque Theophraſtum profero ex Simplicio lib. 6. Phyſicorum, in principio. Diximus autem prius quòd quinque libri præcedentes appellantur naturales, & reliqui tres de motu. Sic enim & Andronicus in tertio lib. Ariſtotelis de motu, ordinat. Quod etiam teſtatur Theophraſtus; & Eudemus ſcribit de præcedentibus, de quodam ſuo exemplari, in quo multi errores erant, quo ad quintum librum, pro quo vt inquit ille, miſit & iuſſit ſibi vt ſcriberet, & mitteret libros naturales. Quoniam ille ſcripſit, aut ego non intelligo, aut quippiam omnino habet ante hæc. Quod quidem quieſcere voco, ſolum de immobilibus; nam contraria motui quies eſt. Quare priuatio erunt recipientis, & ſuſceptiui. Quare, quintum librum Theophraſtus inter naturales collocat. Phyſicos itaque hos quinque libros, ſcilicet priores, Theophraſti, Eudemi, atque etiam Andronici teſtimonio procul omni dubio Ariſtotelis eſſe recte tenemus. Alterum eſt Eudemi ſed tacitum teſtimonium, ſextum, & octauum phyſicũ Ariſtotelis eſſe. Quod Simplicius proœmio ſeptimi ſic atteſtatur. Quod etiam confirmat Eudemus, qui vniuerſæ huius diſciplinæ ferè, ad hunc librum, capita ſecutus, hunc reliquit, ac præterit veluti ſuperfluum, & proficiſcitur ad ea capita quæ vltimo libro diſſerenda proponuntur. Ex quibus patet Eudemum, ſexti & octaui capita proſecutum. Septimum vero præteritum ab eo, ab Alexandro etiam nothum habitũ, a Themiſtio penè prætermiſſum ipſe Simplicius eſt author, ipſe vero ὑπομνηματικὸν eſſe exiſtimat. Hæc Theophraſti, ac Eudemi, duo tantum teſtimonia de Ariſtotelicis libris tota authorum antiquitate, neque vlla alia comperta habeo. Quibus, ſeptem tantum libri Ariſtotelis reuera eſſe cõfirmantur, ij ſcilicet quos phyſicæ auſcultationis vocant, omnes præter ſeptimum. Hos igitur ſeptem pro Ariſtotelis germanis ac genuinis ſecure ac indubie retineamus. Librum quoque Categoriarum, ait Simplicius ab auditoribus Ariſtotelis pro Ariſtotelico agnitum, ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον. Sed & præſtantiores eius ſocij vt genuinum receperunt librum; ſed cum nomina eorum non citet, nec verba, vti ſolet, eorum afferat: nequaquam pro primario teſtimonio hęc Simplicij atteſtatio eſt accipienda, ſed potius de ſexti generis teſtimoniorum numero putanda. Itaque cum primi generis plura non habeamus, ad ſecundum deſcendamus, videamusq; num vlli alij Ariſtotelis libri ſeptẽ his phyſicis indubijs, citentur. Libro itaq; primo, cap. 9. proponitur prima philoſophia τῆς πρώτης ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας. id eſt, primæ opus eſt philoſophiæ, ſcilicet tractare de forma incorruptibili, quod quidem ijs libris eſt tractatum quos Metaphyſicos appellarunt; non tamen vti ſuum ex hoc loco recipere poſſumus, cũ non dicat, ſe ibi id dixiſſe, vel tale quippiam. Hæc ipſa prima philoſophia libro 8. cap. 8. affertur, ἔτι δὲ καὶ διὰ τῶν ἐκ τῆς πρώτης φιλοσοφίας λόγων δειχθείη ἄν. præterea vero, & per eas quæ ſunt ex prima philoſophia rationes demonſtrari poſſet, ſcilicet quod ſi alij mundi eſſent, ſimiliter ſe haberent vt hic noſter. Quod quidem nullibi in Metaphyſicis libris tactum eſt. Ex quo loco Metaphyſici poſſunt non ſine ratione ſuſpecti haberi, vt ex priore illo non approbari. Libro au-

tem secundo physicorum, cap.2. habet hæc verba. ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. in libro de philosophia; hoc titulo Laertius 3 nominat, interpretes omnes intelligunt non primam philosophiam, sed moralem; hi non extant. Libro quarto, cap. 10. πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. Primum vero bene habet, dubitare de eo (scilicet tempore) & per exotericos sermones. Sunto ergo exoterica, Aristotelis libri, qui nam autem hi sint proprio volumine discutietur. Libro denique octauo, præter locum nunc allatum, est alius cap.1. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον. Incipiamus vero primum ex determinatis a nobis prius in physicis. Incipitq; ab eadem motus diffinitione, quam libro præcedente tertio protulisset. Physicos ergo præcedentes libros appellat, vt etiam περὶ φύσεως, vt ex cap.5. eiusdem 8. apparet his verbis τὸ δὲ κινούμενον ἅπαν ἐστὶ διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά, τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως. Quod mouetur omne, diuisibile esse in semper diuisibilia, hoc enim demonstratum est prius in his quæ vniuersaliter de natura. Id autem tractatum est lib.6. antecedente, cap.7. eiusdem 8. ἄπειρον μὲν οὖν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται μέγεθος εἶναι δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς φυσικοῖς. Infinitam non posse esse magnitudinem demonstratum est prius in physicis, quod lib.3. factum est. Nulli ergo totis octo physicis, alij libri ab Aristotele appellantur, præterquam prima philosophia, philosophia, exoterici, physici, de natura. Hi duo posteriores, hi ipsi sunt. Exoterici qui sint nondum satis cognitum est; philosophia non extat. Prima vero philosophia nec probatur eius esse, & suspectior ijs testimonijs redditur; at si hæc pro Aristotelica aliquo testimoniorum genere accipiatur; & aliosq; appellabit libros, & hi pro Aristotelicis sine controuersia erunt recipiendi. Primo, itaque libro cap.3.4.5.6.7. sexties, ἐν τοῖς φυσικοῖς appellat, & lib.10. cap.1. semel qui sunt libri illi physici ante hos examinati. Libro vero 8.cap.8. libros de motu, ἐν τοῖς περὶ κινήσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ γινομένου γεγενῆσθαί τι, καὶ τοῦ ὅλως κινουμένου κεκινῆσθαί τι, δῆλον δ' ἐν τοῖς περὶ κινήσεως τοῦτο. Sed quia eius quod fit aliquid factum est, & omnino eius quod mouetur, aliquid motum esse quid apparet in ijs qui de motu. Id autem sexto physico est traditum. Libro item primo, cap.1. appellantur τὰ ἠθικά, ethica sic εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. dictum est quidem in Ethicis, quæ differentia sit artis, & scientiæ, & aliorum generis eiusdem. Quod quidem est, & primo magnorum moralium, & quinto Eudemiorum, & sexto Nicomachiorum. Libro 6.cap.12. analytica nominat. Νῦν δὲ λέγωμεν πρῶτον, ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς περὶ ὁρισμοῦ μὴ εἴρηται. Nunc vero dicamus primum, quatenus in analyticis de deffinitione non est dictum. At quæ sint analytica hæc non est hac appellatione clarũ, attamen videtur dubitatio quæ hic sequitur, cur vnũ sit deffinitum cuius rationem, deffinitionem esse dicimus, non esse in duobus posteriorum analyticorum libris, neque etiam prioribus; itaque multo suspectiores quàm antea, hoc testimonio redduntur. Categorias appellat multis locis, scilicet lib.3.cap.2.10.lib.4.cap.7.lib.5.cap.2.lib.6.cap.1.3.4.ter 5.9.lib.8.cap.3. 12.lib.9.cap.4.5.11.lib.10.cap.8.ter 10.lib.11.cap.4.bis lib.13.cap.1.& 2.bis. ita vt 26 vicibus eis libris omnibus eas nominet, nunquam tamen aut veluti librum appellat, aut ait, vt diximus, dictum, demonstratum est. Neque ex his locis tantũ, verum est illud Simplicij, Aristotelem librum Categoriarum alijs libris citare. Libro autem 12. cap.1. exotericos semel appellat quos differimus proprio volumine discutiendos. Libro vero 9. cap. 5. appellat diuisionem contrariorum, quam

quam tamen existimo non extare: nam quæ hic ait ibi dixisse, neque libri 3. cap. 10. neque prædicamentis cap. de contrarijs continentur. Aliquando ait primis libris, vt lib. 8. cap. 1. lib. 10. cap. 1. atque alijs locis, aut alias, aut alibi; qui quoniam sine nomine sunt, nihil inde attestatum possumus proferre. Ex Metaphysicis ergo, qui a Physicis non satis valide sunt comprobati, nullos alios quam eos ipsos Physicos ac Metaphysicos, Exotericos, & Ethicos; nescio tamen quos, cõprobare secure possumus esse Aristotelicos. Ad tertium ergo testimonij genus est transeundum. Andronici, scilicet iudicium, ac eius temporis philosophorũ quando Aristotelici libri sunt reperti ac promulgati. Quod non satis validum diximus esse, quia pẽderet ex Nelei hæredibus, ex largitate Philadelphi, ac Attali Regum, nec non ex Apelliconis ac Tyrannionis congregandorum librorum studio; arbitrioq; ac negligentia tum scriptorum tum bibliopolarum. Sed qualecunque id sit, Andronici sententias ac iudicia afferamus. Indicio ergo Andronici Categoriarum liber Aristotelis est; namq; is Paraphrasi eum vt Aristotelicum exposuit, quod Simplicius pluribus locis in Categorias attestatur. Præsertim his ταῦτα δ' ἐπιστήσαντες οὗτοι τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται, Βοηθὸν καὶ Ἀρίστωνα, καὶ Εὔδωρον, καὶ Ἀνδρόνικον, καὶ Ἀθηνόδωρον. Hæc vero notantes isti veteres Categoriarum expositores accusant. Boethum, & Aristonem, & Eudorum, & Andronicum, & Athenodorum. Alibi autem testatur Andronicum paraphrasi hunc librum exposuisse. διὸ καὶ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. Propterea Andronicus paraphrasi exponens Categoriarum librum, & rursus καὶ ὁ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ βιβλίον. Et Andronicus paraphrasi exponens librum. Neque vero Andronici solius apparet testimonio librũ Aristotelis esse, sed etiam discipulorum eius, Aristonis, Boethi, Eudori, sed etiã de secta Stoica Athenodori. Is idem Andronicus, affertur vt expositor physicorum a Simplicio lib. 3. & 6. quod superius attulimus; vt etiam libro ante hunc attulimus locum ex Boetio quo testatur Andronicum librum Peri herminias respuisse, libros vero de Anima recepisse. Neque alia Andronici testimonia habemus, cuius iudicio tres tantum Aristotelicos libros approbatos tenemus, Categorias, physicos, de anima. Sed discipulorum eius Boethi, Aristonis, Eudori nulla testimonia habemus, neque etiam Stoici Athenodori. Habemus tamen Ciceronis, & Peripateticorum Xenarchi, atque Nicolai Damasceni, qui cum Andronico ijsdem temporibus, vel paulo post vixerunt. Cicero itaque ambobus his aliquot annis vetustior lib. 5. de Finibus sic scripsit. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. Quibus verbis puto eum obscure satis innuere libros de animalium generatione, historia, ac partibus nec non anatomicos. Primo quoque de natura Deorum ait. Aristoteles quoque in tertio de philosophia multa turbat. Hanc autem philosophiam diximus non extare. Nicolaus vero videtur agnouisse pro Aristotelicis Metaphysicos, quod ex Auerroe colligitur lib. 12. Ex his igitur dictis patet quid nam contineat vnusquisque liber huius scientiæ ex libris qui Aristoteli ascribuntur, & quod procedunt ordine optimo, & quod nihil in eis contingit præter ordinem, quemadmodum inuenimus Nicolaum Damascenum, esse opinatum in libro suo, propterea quòd ipse declaranit, vt opinatus est hanc scientiam debere doceri præstantiori ordine. Quibus indicat Nicolaum librorum horum ordinem accusasse. Aristotelicos ergo putauit esse, quanquam referat Alexander Aegæus, & primum librum, & quintum, aliquibus Peripateticis suspectum fuisse. De primo sic ait

G 2

commentario 29. libri tertij; ad ea relegans quę in primo libro dicta sunt. Vnde multis iam rationibus intelligitur illum quoq; librum Aristotelis esse, & ad propositam doctrinam pertinere. De quarto vero sic in primo. Librum hunc qui quartus librorum primæ philosophiæ inscribitur, in quo partitionem prosequitur quorundam quę multifariam dicuntur, Aristotelis opus esse, non solum ex dictione ipsa & caractere dicendi intelligere licet, sed ijs etiam quæ in ipso disputantur. Nicolaus videtur etiam libros de anima agnouisse, quia ab Auerroe comm. 14. libri tertij citatur his verbis. Neque possumus dicere, quòd alia præparatio denudetur a subiecto; recte videmus ꝙ Theophrastus, & Themistius, & Nicolaus, & alij antiquorum Peripateticorum magis retinent demõstrationem Aristotelis, & magis conseruant verba eius. Xenarchus autem libros de Cœlo pro Aristotelicis recognouit; cũ Simplicius cõmentarijs suis in primum de Cœlo, multa eius argumenta contra Aristotelis dogmata referat, & comm. 6. sic scribit. ὁ δὲ Ξέναρχος πρὸς πολλὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων ἐν τοῖς γεγραμμένοις αὐτῷ βιβλίοις περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας ἀντιφάσεις καταλιπὼν, ἀντείρηκε καὶ πρὸς ταῦτα. Xenarchus ad multa quę hic dicta sunt, in ijs libris quos de quinta essentia scripsit, contradictiones reliquit, ad hæc quoque contradixit. Atque hæc quidem sunt tertij generis testimonia ex quibus non plures decem libros colligimus; Categorias, physicos, de cœlo, de anima, de animalium generatione, historia, partibus, anatomicis, metaphysicos, ac de philosophia, coniecturis potius in aliquibus vsi. Quarti ergo generis testimonia sunt hæc alia. Primo de Cœlo præter libros quos cap. 3. 5. 6. 7. 8. de motu, de principijs, de prima philosophia citat, cap. 9. encyclia nominat. καὶ γὰρ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον. Etenim quemadmodum in encyclijs speculationibus de diuinis sæpe apparent rationes quod immutabilia sint diuina. Libro vero 2. cap. 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων (scilicet de ante retro) ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις. determinatum igitur de his est in ijs quę de animalium motu. Libro etiam 3. cap. 1. λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν, ἅμα δὲ συμβήσεται περὶ τούτων λέγειν, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι. Reliquum est de duobus dicere, simulq; accidet vt de his dicentes, etiam de generatione, & corruptione contemplari. Reliquis capitibus ac libro, nec non duobus de generatione & corruptione, vel quæ iam nominauit nominat, vel anonyma quædam quæ nihil est necesse huc afferre, recenset. Libris autem de anima qui Andronici, & Damasceni testimonio sunt Aristotelis, libros de philosophia quos etiam secundo physico, ac sermones vniuersales de actione, & passione, quæ tractauerat libris de generatione & corruptione appellat; proponitq; lib. secundo, cap. 7. se dicturum postea cur homo ac reliqua animantia respirantia, olfacere non possint nisi inspirando. Quod libro de respiratione, ac de animalium partibus dicit. Libro vero tertio, cap. 9. περὶ δ' ἀναπνοῆς, καὶ ἐκπνοῆς, καὶ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως, ὕστερον ἐπισκεπτέον. de inspiratione vero ac exspiratione, de somno ac vigilia postea est inspiciendum. Libris scilicet de respiratione, ac somno. Libro etiam de animalium motu quem superius libro tertio de Cœlo citauerat, præter quædam quæ ex physicis ac prima philosophia vocat, in libri calce, sic scripsit. περὶ μὲν οὖν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζώων καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης, καὶ ὕπνου, καὶ τῆς κοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν. Ac quidem de cuiusque animalium partibus, & de anima, nec non de sensu, & memoria, & somno, & communi motu causas diximus. Reliquum

eſt de generatione dicere. qua vero generatione etiam ſi videatur alicui animalium generationem eum proponere, id tamen incertum habeo; cauſam vero ſuo loco afferam. His ergo atteſtationibus libri de generatione & corruptione, de reſpiratione, de partibus, de anima, de ſenſu, de memoria, de ſomno, de communi motu, pro Ariſtotelicis quarto teſtimoniorum genere ſunt recipiendi. In quibus, qui nam alij nominentur, videamus. Itaque libro de Senſu, ſtatim in principio ait ſe dixiſſe de anima, ac eius potentijs, ſequi vt diſſeratur περὶ ζώων, καὶ τῶν ζωὴν ἐχόντων ἁπάντων τινὲς εἰσὶν, καὶ τινὲς κοιναὶ πράξεις αὐτῶν. de animalibus, & quæ ſint, omnium vitam habentium propriæ, & quæ communes eorum actiones. φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα, καὶ τὰ κοινὰ καὶ ἴδια τῶν ζώων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα, καὶ τοῦ σώματος, οἷον αἴσθησις καὶ μνήμη, καὶ θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, καὶ ὅλως ὄρεξις, καὶ πρὸς τούτοις ἡδονὴ καὶ λύπη, καὶ γὰρ ταῦτα σχεδὸν ὑπάρχει πᾶσι τοῖς ζώοις; πρὸς δὲ τούτοις τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινὰ, τὰ δὲ τῶν ζώων ἐνίοις. τυγχάνουσι δὲ τούτων τὰ μέγιστα τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μόναι. οἷον ἐγρήγορσις, καὶ ὕπνος, καὶ νεότης, καὶ γῆρας, καὶ ἀναπνοὴ, καὶ ἐκπνοὴ, καὶ ζωὴ, καὶ θάνατος, περὶ ὧν θεωρητέον τί τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας συμβαίνουσι. Videntur autem maxima, communia, & propria animalium, communia inquam animæ & corporis veluti ſenſus, memoria, animoſitas, & concupiſcentia, & omnino appetitio. Et ad hæc voluptas & dolor; hæc enim ferè inſunt omnibus animalibus. Præter hæc, alia quidem ſunt omnibus vitam participantibus communia; alia vero quibuſdam animalium. Sunt autem horum maxime quatuor numero iugationes tantum, veluti vigilia, & ſomnus, iuuentus, & ſenectus, inſpiratio, & expiratio, & vita, & mors. De quibus, ſpeculandum eſt, quid ſit vnumquodque, & quas ob cauſas contingant; ac præterea φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ νόσου τὰς πρώτας ἀρχὰς ἰδεῖν. Naturalis eſt ſanitatis, & morbi primas cauſas videre. Itaque ſi liber de Senſu Ariſtotelis eſt, proculdubio ipſius libri etiam ſunt ſequentes omnes, de animalibus ac communibus, & proprijs eorum actionibus; ſcilicet liber de Memoria, de ſomno & vigilia, de reſpiratione; de iuuentute, & ſenectute; de vita, & morte. Inter quos deeſſe videntũ quatuor libri hoc loco ab eo propoſiti, atq; vt ex titulis apparet a Diogene tres enumerati. περὶ παθῶν ὀργῆς α. πάθη α. περὶ ἡδονῆς α. De iræ paſsionibus, 1. paſsiones, ac de voluptate. In hoc namque videtur tractaſſe de voluptate & dolore; in illis vero de animoſitate, & concupiſcentia, & omnino appetitione. Deeſt etiã liber de ſanitate & morbo, qui ab ipſo hic propoſitus, nec extat, nec a Diogene, aut alio quoquam appellatur; ac ideo forte non eſt ab eo conſcriptus. Cap. 3. huius libri de Senſu habet hęc verba, ὥσπερ ἐν τῷ περὶ μίξεως εἴρηται καθόλου, vt dictũ in eo qui de mixtione vniuerſaliter. Sed eſt potius diſputatio de mixtione in ſecũdo de generatione habita, qui liber nec appellatur a quoq̃ nec extat; vt etiã nec extant, nec appellantur, ij quos in eius cap. fine videtur promittere his verbis διὰ τινὰ δ' αἰτίαν εἴδη χρωμάτων εἰσὶν ὡρισμένα, καὶ οὐκ ἄπειρα, καὶ χυμῶν καὶ ψόφων ὕστερον ἐροῦμεν. Qua vero de cauſa, ſpecies colorum ſunt determinatæ, & non infinitæ, & ſaporum & ſonorum poſtea dicemus. Quam quidẽ rem nullo horũ librorũ tractat, cum tamen, Cap. 4. addat τὰ δ' ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν. Aliæ vero ſaporum paſsiones propriam inſpectionẽ habent in philoſophia quæ eſt de ſaporibus. Quã tamen philoſophiã nec habemus, nec ꝙ ſcripſerit vllum extat teſtimonium. Eodem quarto cap. ſic habet, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων, vt dictum eſt in libris de Elementis, quos

Diogenes tres numerat, eodẽ itidẽ δεῖ μὲν οὖν διορίζειν περὶ τούτων, ἐν τῇ περὶ γενέσεως. Oportet quidem de his determinare in eo qui est de generatione, puto animalium. Libro autem de memoria meminit λογων ἐπιχειρηματικῶν sermonum argumentatiuorum πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ δεῖ τίθεσθαι ὡς ὑπάρχοντα. Primum quidem quęcunque in sermonibus argumentatiuis vere sunt dicta, oportet ponere vtẽ existtia. Hos etiam Diogenes commemorat, puto autem fuisse argumenta contra Platonicam reminiscentiam ex verbis statim sequentibus, οὔτε γὰρ μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις, ἡ ἀνάμνησις, οὔτε λῆψις. Neque enim memoriæ est resumptio aut reminiscentia, neque sumptio. Libro autem de somno, cap. 2. διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δὲ γρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς εἴρηται. Cur vero, experrecti meminerunt insomnia, actiones vero in vigilia factas non meminerunt, dictum est in problematicis, quod tamen in problematis quæ habemus, non reperitur. Cap. autem 3. εἴρηται δὲ περὶ τούτων, ἐν τοῖς περὶ τροφῆς, dictum vero de his est, in ijs quæ de nutrimento. Libro vero de respiratione, cap. 11. γέγραπται δὲ περὶ αὐτῶν δι᾽ ἀκριβείας ἐν τοῖς περὶ ζώων ἱστορίας. Scriptum vero de eis est exacte in historia animalium. xv. vero cap. eiusdem historiæ meminit, etiam anatomicorum. ὃν δὲ τρόπον ἡ καρδία τὴν σύντρησιν ἔχει πρὸς τὸν πνεύμονα δεῖ θεωρεῖν ἐκ τε τῶν ἀνατεμνομένων, καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῷα γεγραμμένων. Quem vero ad modũ cor perforationem habeat ad pulmonem, oportet inspicere ex disectis, ac ex historijs quæ de animalibus scriptæ sunt. Libro vero de historia cap. 5. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐν τοῖς περὶ γενέσεως δι᾽ ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν. Sed de his in ijs quæ de generatione postea exacte dicemus. Cap. vero 18. & lib. 4. cap. 1. meminit descriptionis anatomes. Sed libro 5. cap. 1. ὥσπερ εἴρηται, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ φυτῶν, vt dictum est in contemplatione ea quæ est de Plantis, cuius etiam meminit libro de generatione animalium primo, in fine περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον. De Plantis vero ipsis separatim per se est inspiciendum. Ita igitur ex libris principio libri de sensu promissis, Anatomici Historia, Generatio, ac de Plantis libri ab ipso Aristotele citantur. Sed librorum de Partibus animalium ac de Progressu animalium nullibi, aut in illis, aut in his facta est mentio; sed tamen huius meminit lib. 5. de Partibus cap. 21. ἡ δ᾽ αἰτία τῆς ἀποδίας αὐτῶν εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τῆς πορείας τῶν ζώων διωρισμένοις. Causa vero cur pedibus carcant, dicta est in ijs, quę de animalium gressu sunt determinata. Quid ergo libri de partibus, quia in libris citatis non sunt citati, Aristotelis non sunt? certe continuatio eorum ad Historiam, ac Generationẽ etiã eos facit Aristotelicos. Namq; in fine quarti de Partibus vocat post has, libros de Generatione. περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τινὰ αἰτίαν ἕκαστον ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζώων καθ᾽ ἕκαστον, τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν. De partibus quidẽ ob quã causam vnaquæq; est in animalibus dictum est singillatim de animalibus omnibus. Quibus determinatis, consequens est ea quæ circa generationes eorum sunt pertractare. Igitur ex libris his omnibus, omnes libri naturales Aristotelis esse dicendi sunt, eo. s. testimonij genere, quod quintum est in nostra testimoniorum serie. Sexto vero genere omnes ij sunt Aristotelis quos rerum Collectores Aristotelis esse dixerunt, scilicet ij quos Diogenes præsertim in Aristotelis vita profert Hermippus, Timotheus, Demetrius, Aristippus, Phauorinus, Eumelus, Apollodorus, Ambryon, de quibus tam multis, nullos præter quatuor nos habere superiore libro docuimus; scilicet Mechanica, contra

Xeno-

Xenophanem, Zenonem,& Gorgiam; alios nullos ex horum qui extant numero ab eis nominatos. Qui vero sunt & ab hoc testimoniorum genere, & ab alijs pręcedentibus omnibus pręteriti, sunt decem & septem, hi scilicet. De Interpretatione, Priora, Posteriora, Topica, Elenchi, de Insomnijs, de Diuinatione per somnum. Nicomachia, Magna, Eudemia, Politica, Oeconomica, Rhetorica, Rhetorica ad Alexandrum, Poetica, De Virtutibus. Horum tamen aliqui alios citant, vt Priora appellant Topicos, Ethica Physicos, Politica Poeticos, Poetici Rhetoricos, Rhetorici Topicos. Quos ferè omnes, septimo testimonio Interpretum scilicet Aristotelicorum, Aristotelis esse dicendum est. Pręter hos, De Flatu, de Coloribus, Oeconomicum secundum. Rhetorica ad Alexandrum, de Virtutibus. Nam libellus de Mirabilibus auscultationibus, Aristotelis videtur sexto testimonio. Namque Athenæus ex hoc libro accepit, quod nos secundo volumine veluti ex singulari libro attulimus. ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις. In mirabilibus luxus. Athenęi verba sunt hæc. Ἀλκισθένη τὸν Συβαρίτην, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις ὑπὸ τρυφῆς ἱμάτιον τοιοῦτον κατασκευάσαι τῇ πολυτελείᾳ, ὡς προτιθέναι αὐτὸ ἐπὶ Λακινίῳ ἐν τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, καὶ τῶν δεικνυμένων πάντων, ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι, & quæ sequuntur. Alcisthenem Sybaritem ait Aristoteles in Mirabilibus luxus vestem talem sumptu parasse, vt proponeretur in Lacinio, in panegyri Iunonis, quo conueniunt omnes Itali, & eam præ omnibus alijs admirationi habitam. Quæ verba omnia sunt in hoc libro; sed alio titulo quàm nunc hic liber antiquitus ferebatur. Nam Antigonus, pręfatus quędam cap. 32. ait ἀκριβέστατα ἐν τῇ ἐκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους συναγωγῆς καταμάθοι, ἐξ ἧς ἡμεῖς πρῶτον ποιησόμεθα τὴν ἐκλογήν. Exactissime quis discat ex Aristotelis Synagoge, ex qua nos primum faciemus selectionem. Selegit autem capita, aliquot sequentia, quæ in hoc sunt libro, etiamsi aliqua etiam in historijs reperiantur. Laertius quoque hoc titulo συναγωγῆς Collectionis duos libros numerat. Sed vel ibi in numero error est, vel nobis liber deest, vel hic in duos potest diuidi. Quare antiqua ei restituenda est inscriptio συναγωγὴ, ἀκουσμάτων θαυμασίων. Qua eum Stobœus sermone 98 citat, quo eodem titulo Theophili cuiusdam librum etiam adducit. Esse autem hunc librum Aristotelis, non solum sexto testimonio patuit, sed etiam quinto; nam libro tertio historię, capite 29. hæc sunt verba. ὁ δὲ κόκκυξ, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις, οὐ ποιεῖ νεοττιάν. Cuculus, vt dictum est in alijs non nidificat. Dictum autem id est hoc libro, tertio statim loco, vbi omnia (fere etiam verba) sensa eadem habet. Hic ergo liber his duobus testimonijs Aristotelis est. Omnes itaque qui extant Aristotelis nomine libri, his testimoniorum generibus Aristotelis esse dici possunt. Sed duo illa prima genera certissima sunt. Duo secunda secundo certitudinis loco sunt collocanda, cum multa in certitudine, ob eas quas diximus sæpe rationes. Reliqua vero multos continent libros, quos Aristotelis non esse certo asserere possumus. Proinde postquam Aristotelicos recognouimus, qui eius non sunt recognoscamus. Ac primum dicimus libellos duos, de Flatu, ac de Coloribus Aristotelis certo non esse rationibus quas anteriore libro attulimus. Sunt autem Stratonis Lampsaceni Theophrasti discipuli; nam Laertius sub eo titulo eos in suorum catalogo recenset. Problemata quoque hæc quę habemus triginta & octo sectionibus distincta, Aristotelis non esse pro certo habeo; idq; suo ipsius testimonio; si modo libri omnes naturales pro Aristotelicis sunt arbitrandi. In quibus septies problemata appellantur, ni-

hil tamen eorum, quorum causa adducuntur in his extantibus habetur. Nam quod libro de somno, fine capitis secundi pollicetur se dicturum his verbis, διὰ τί δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς. Cur autem somnia quidem meminerunt expergefacti actiones vero in vigilia factas non meminerunt, in problematicis, videlicet dicetur, nullibi in problematis promissa hęc obseruauit. Quod etiam libro de iuuentute & senectute cap. 5. ait se in problematis dixisse, nequaquam in problematis reperiuntur. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρὶ (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον) εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς προβλήμασιν. Sed de causa hac, quòd contrarium accidat, abscondito, & suffocato igni (hoc enim extinguitur, illud vero plus temporis manet) dictum est, & in problematis. Id autem nequaquã est in his. Quemadmodum neque illud quod libro de generatione animalium secundo, cap. 10. ἐκ τε τῶν τοιούτων γίνεται ἐκ μαλακῶν σκληρῶν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθέντα τὸν χαλκὸν, λέγων οὔτ' ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ, καὶ τοῦ καττιτέρου τὴν αἰτίαν ὀρθῶς (εἴρηται δ' ἐν τοῖς προβλήμασιν περὶ αὐτῶν.) Atque ex talibus generari ex mollibus dura, veluti Stamno admixtum æs, dicens, neque de ære, & stamno causam recte, dictum vero de his est in problematis. Neque etiam quod libro quarto cap. 4. ait se in problematis dixisse in his inuenitur. καὶ γὰρ τὰ ὀκτάμηνα ζῇ μὲν, ἧττον δε, τὸ δ' αἴτιον ἐκ τῶν νῦν λεχθέντων συνίδοι τις ἄν. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς προβλήμασι. Octomestria namque viuunt quidem, sed minus; causam vero ex nunc dictis conspiciat quis, dictum vero est de his in problematis. Nec etiam quod capite 7 eiusdem libri ait se causam Molæ in problematis dixisse extat in his. περὶ μὲν τοῦ πάθους τῆς αἰτίας, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι. De passionis quidem causa dictum est in problematis. Nec vero problema vllum est quod causam exponat cur in omaso multiuentrium, coagulum generetur, vt ipse fine libri tertij de animalium partibus asseruit se dixisse. διότι δὲ τοῖς πολυκοιλίοις ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασιν. His itaque sex locis problemata citata, nequaquam inter hæc quæ habemus reperiuntur; quare Aristotelis tot testimonijs liquido apparet, hæc problemata, ipsius non esse. Vna sectio tantum videri potest eius esse, ea quæ est de ventis: nam Meteoro secundo cap. 6. ita scribit de ventis, proponens discussionem περὶ δὲ θέσεως αὐτῶν, καὶ τίνες ἐναντίοι τισὶν καὶ ποίους ἅμα πνεῖν ἐνδέχεται, ποίους οὔ. ἔτι δὲ τίνες καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν. De ipsorum positione, & qui aduersi quibus, & quos simul flare contingat, & quos non præterea qui & quot existant, & ad hæc de alijs passionibus, quotcunque accidit non esse considerata in problematibus particularibus, nunc dicamus. Atque hæc quatenus ad physicos libros quos ex Aristotelis numero eijcimus. De quorum numero eijcimus quoque physiognomica, nam author antiquus quidem qui physiognomica ex Aristotele, ex Loxo medico, ex Polemone Sophista, se profitetur collegisse, multa ex Aristotele citat, quæ in hoc libello non sunt. Ad Logicos transeamus. Ac primũ liber de Interpretatione nullo aliorum librorum loco appellatur. Deinde doctrina eius omnis tradita est in analyticis, ideoq; superuacua videtur. Quod vero hoc libro, & Topica, & Analytica, & de Anima citantur, non plus fidei facit eum Aristotelis esse, quàm si aiam ego hunc quem modo scribo librum Aristotelis esse, quia omnes Aristotelis libros appellat. Quòd vero falso Topicos citet, vti superiore volumine ostẽdimus,

dimus, arguit potius eũ esse supposititium. Nec vero Andronici ratio inualida est, si παθήματα passiones animæ, quorum principio libri mentio fit, pro affecti bus accipiantur; nihil enim de his in libris de Anima tractatum est. At si pro intellectibus, vti Boetius, & Alexander acceperunt, neque etiam sic inualidum est argumentum. Nam in ijs libris de Anima, de Intellectibus ac conceptibus nullibi est tractatum, ea ratione qua initio huius libri tractantur, quod scilicet eorum Symbola & signa sint verba ac voces. Quòd si etiam tractarentur hoc modo, ea appellatio non arguit eum esse Aristotelis librum, quando & mihi, & cuique liceat eos libros appellare. Sed falsa Topicorum appellatio, falsa librorum de Anima, falsa etiam Analyticorum, manifesto conuincunt eum librum ab oscitante hac in re homine fuisse conscriptum. Nusquam enim in Analyticis eo modo sunt ordinata, ea quæ ibi dicuntur; merito itaque hunc quoq; librum vti supposititium reprobamus. Nisi quis malit Analyticos reijcere, quia non contineant quæ liber is ex illis affert. Sunt enim Analytica etiam alijs nominibus suspecta, vti superius demonstrauimus. Nam si Metaphysici Aristotelis libri sunt, Analytici non sunt; quandoquidem in ijs non reperiatur ea quæstio, quam ex ipsis citat lib.6.cap.12. vti antea etiam tetigimus. Locus etiam Rhetorici primi, cap.2. τὰ δ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνοντα, καὶ ἐνδεχόμενα ἐκ τοιούτων ἀνάγκη ἕτερα συλλογίζεσθαι, τὰ δ᾽ ἀναγκαῖα ἐξ ἀναγκαίων, δῆλον δ᾽ ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν. Ea vero quæ vt plurimum accidunt, & possibilia, ex talibus necesse est alia syllogizare. Necessaria vero ex necessarijs, clarum autem nobis, & hoc est ex Analyticis; non videtur ex Analyticis quæ habemus desumptus. Nusquam enim tractatur, quod possibilia vt plurimum cõclusionem talem faciant, etiamsi verum id sit; neque etiam quod ex necessarijs necessarium concludatur. Quod autem eodem capite antea dixerat. πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνῦναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν πῶς. ὥστ᾽ εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα δεικνῦναι, ὁτιοῦν, εἰ ὁντινοῦν. δῆλον δ᾽ ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν, ἀναγκαῖον ἑκάτερον αὐτῶν, ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. Omnes autem probationes conficiunt, eo quod demonstrent, vel exẽpla, vel enthymemata dicentes, & prẹter hẹc nihil fere, itaque si omnino necesse est syllogizantem, aut inducentem demonstrare quodcunque, aut quemcunque (manifestum autem, id est ex Analyticis) necesse est vtrunque ipsorum, vtrique horum idem esse. Nullo in loco hoc ad amusim est ostensum; quemadmodum neque id quod vltimo capite, secundi libri ait. ὅτι γὰρ ἀσυλλόγιστον ἐστὶ πᾶν σημεῖον, δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Quod enim syllogizabile sit omne signum, manifestum nobis est, ex Analyticis. Et paulopost τὰ δὲ τεκμήρια, καὶ τεκμηριώδη, ἐνθυμήματα, κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον οὐκ ἔσται λῦσαι. δῆλον δὲ καὶ τοῦθ᾽ ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Indicia vero, & indiciosa enthymemata, quatenus non sunt syllogizabilia, non est soluere. Clarum autem & hoc nobis ex Analyticis, nusquam est in Analyticis, nec prioribus, nec posterioribus. Quare si Metaphysici, ac Rhetorici libri Aristotelis putandi sunt esse; Analytici profecto nõ erunt. Quod si quis dicat, Topicis, Nicomachijs, Eudemijs, hos ipsos Analyticos citari; dicemus nos, eos quoque libros nequaquam esse Aristotelis, quod mox ostendere aggrediemur. At si magnis Moralibus lib. 2. cap.6. dicitur ὥσπερ ἔφαμεν ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐκ δύο προτάσεων γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν. Sicuti diximus in Analyticis, ex duabus propositionibus fieri syllogismum, intelligi facile potest; eum id dixisse in Analyticis germanis, quod etiam in his est dictum: Neq; vero mi-

rum videri debet hos Analyticos Aristotelis non esse; quandoquidem certo testimonio nullo nobis comprobatur, sed solo interpretum iudicio illius esse sunt crediti, quod aperte Ammonius est testatus loco, superius adducto. Topica autem Aristotelis non esse, satis ante hunc libro constitit tam ex ijs quæ ex Cicerone attulimus, tam etiam ex ijs, quæ ex Rhetorico primo. Nam quod ex primo Analytico testimonium adlatum est, infirmum redditur ex Analyticorũ reiectione. Qualem infirmitudinem etiam patitur quod secundo Analytico est, cap. 17. Nunc vero id ipsum alijs locis falso citatis confirmemus. Est enim primo Rhetorico cap. 1. etiam alius locus, in hunc se habens modum. ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ᾽ εἰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥάδιον ἀπ᾽ ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας. διδασκαλίας γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος, τοῦτο δ᾽ ἀδύνατον: ἀλλ᾽ ἀνάγκη διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. Præterea, neque etiam si exactissimam habeamus scientiam, facile est ex ea aliquos persuadere. Doctrinæ enim est sermo secundũ scientiam, hoc vero impossibile est. Sed necesse est per communia conficere probationes ac rationes. Sicuti ètiam in Topicis dicebamus de collocutione ad vulgus. Quod quidem nullibi in Topicis dictum est. Sunt quidem primo lib. c. 2. hæc verba dum quatuor illius methodi vtilitates explicat πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις διότι τὰς τῶν πολλῶν κατηριθμημένοι δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτούς μεταβιβάζοντες ὅτι ἂν μὴ καλῶς φαίνονται λέγειν ἡμῖν. Ad collocationes vero, quia enumerantes multorum opiniones non ex alienis, sed ex proprijs dogmatibus versabimur cum ipsis, traducentes si quid nõ recte dicere nobis videbuntur. Quem locum si quis recte perpendat, cõtrarium potius asserere deprahẽdet. Quod vero fine capitis secundi scribit, καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον, τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον. Sicuti ergo in Topicis, ita hic diuidendum est enthymematum species & locos ex quibus accipiatur: non est Topicorum appellatio, veluti in ijs dixerit, aut quippiam dicturus sit. Iccirco nihil ad ea vel retinenda, vel reijcienda facit, prout eadem de causa nihil faciunt appellationes ex Topicorum, quæ sunt lib. 2. capitibus 22. 23. 25. & 26. quæ si conferantur cum his Topicis, manifestò apparebit in ijs non inueniri præcipuas, veluti quæ de quatuor instantijs dicuntur: nam cap. 25. ita scriptum est. αἱ δ᾽ ἐνστάσεις φέρονται, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς τετραχῶς. ἢ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἢ ἐκ τῶν κεκριμένων. Instantiæ vero feruntur, sicuti etiam in Topicis, quadrupliciter, vel enim ex se ipso, vel ex simili, vel ex contrario, vel ex iudicatis. Topico vero octauo ca. 4. quatuor longe differentes ab his locos instantiarum affert. Ac primum, destruendo id ex quo fit falsum, vel ad interrogantem instantiam ferendo; tertiũ ad interrogata; quartum, quam χειρίστην pessimam vocat, ea quæ ad tẽpus, ἢ πρὸς τὸν χρόνον. Luce ergo clarius iam est, si libri Rhetorici Aristotelem authorem agnoscunt, Topicos eum ignorare. Eos autẽ conijcio Theophrasti, vel Eudemi, vel Phaniæ, vel alterius alicuius Aristotelis discipuli esse, eo quod Xenocratis Aristotelis emuli, atque inimici, & secundo lib. & 6. & 7. fit mentio; non quidem cum laude, attamen sine vlla reprehensione. Is autem Aristoteli superuixit annos duodecim; quibus iam Theophrastus docuerat. Sed cuiuscunq; ij libri sint Aristotelis non esse satis secure superioribus rationibus pronunciauerim. Neq; etiam libris Elenchorum magis confirmantur, quod videantur Elenchi post illos ordine scripti. Quinimo non ij esse cõuincuntur, qui in Elenchis citantur, ꝙ lib.

2. cap. 8.

2.cap. 8. hæc habeantur verba. προειλόμεθα οὖν εὑρεῖν τινὰ δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τοῦ προβληθέντος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐνδοξοτάτων proposuimus quidem inuenire facultatem quandam syllogisticam, de proposita re, ex existentibus, tanquam probabilissimis. Hæc autem diuersa est propositio ab ea quę est initio Topicorum. ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας, μέθοδον εὑρεῖν, ἀφ᾽ ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος, ἐξ ἐνδόξων. Propositio operis Methodum inuenire, ex qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus. Alia quoque ratione euincitur, non eundem esse vtrunque operum authorem, ꝙ secundo capite, primi Elenchi ait se dixisse περὶ διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον. De dialecticis & tentatiuis in prioribus. Nulla autem prorsus pirastices tentatiuæ mentio in Topicis est. At suspectos quoque Elenchos istos esse superiore libro docuimus. Ethica vero Nicomachia Aristotelis nomine ferri, esse tamē eius filij Nicomachi, ex Cicerone superius ostensum est. Nunc etiam alia afferamus testimonia, id verum esse corroborantia. Guarinus Veronensis videtur arbitratus a discipulo fuisse perfectos, sed quo, non indicat. Sed nos appellationes eorum in alijs libris repertas proferamus. Politico secundo, cap. 1. διόπερ καὶ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεποιθὸς σώζει τὰς πόλεις ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον. Quia æqualitas talionis seruat ciuitates, sicuti in Ethicis dictum est prius. Id autem nequaquam est in Nicomachijs; imo potius contrarium: nam lib. 5. in quo totum de iustitia, & æqualitate negotium peragitur cap. 5. sic est scriptum. τὸ δ᾽ ἀντιπεπονθὸς, οὐκ ἐφαρμόττει οὔτε ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὔτε ἐπὶ τὸ πολιτικόν. Talio vero non conuenit ad legitimum, neque ad ciuile. Sed in magnis moralibus, cap. penult. est talis sententia. Libro vero tertio Politico, cap. 6. ὥστε ἐπὶ τὸ δίκαιον τισὶ, διείρηται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπί τε τῶν πραγμάτων καὶ οἷς καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς. Itaque cum iustum aliquibus, diuisum est eodem modo in rebus. & quibus, sicuti dictum est prius in Ethicis. Est quidē talis quædam sententia cap. 3. sed eadem est in Eudemijs, & Magnis, ac etiam potuit esse in quatuor illis quos Laertius eum scripsisse affirmat. Libro quoq; 4. cap. 2. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ᾽ ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον. Si enim recte dictum est in Ethicis, vitam beatam esse, eam quæ secundum virtutem non impeditam est. Hæc quidem sententia est in Nicomachijs, est in Eudemijs, est in Magnis, quare non magis illos, q̃ vtraque hæc arguit, aut cuiuslibet Perigatetici opus. Et lib. 7. cap. 13. ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστὶ, καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους. Sed beatitudo in contrarijs est, etenim hoc etiam determinatum est in Ethicis sermonibus. Id autem neque in Nicomachijs, neque in Eudemijs, neque etiam in Magnis inuenietur. Cap. etiam eodem. φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴτι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείας. Dicimus vero etiam in Ethicis, si quæ eorum sermonum est vtilitas esse actionem, & vsum perfectæ virtutis. At sicut illud prius in nullo trium Ethicorum est, sic hoc in omnibus reperietur, ac etiam in omnium Peripateticorum libris. Non ergo ad Nicomachiorum probationem multum facit, Quemadmodum neque id quod primo Metahpysico cap. 1. est scriptum εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. Dictum igitur est in Ethicis, quæ differentia artis, & scientiæ, & aliurum hic congenerum sit. Etenim est in Magnis primo lib. cap. penul. & in Eudemijs, & in Nicomachijs. Ex quo dicere poteris tria hæc omnia opera Aristotelis esse; sed præter Ciceronis authoritatem, qui eo vixit tempore quo ab Andronico Aristotelis

libri ſunt publicati, eſt authoritas Attici Platonici, qui paulo poſt ea tempora vixit, nempe Galeno paulo antiquior ſunt. Eius verba Euſebius libro contra philoſophos cap.3. refert. Sunt autem hæc. Ariſtotelis igitur de hac re libri in primis vero magna Ethica quos inſcripſit, exiguum quidam & humile, imo vulgare prorſus, nec amplius, quàm Idiota aliquis, & homo indoctus, aut adoleſcens ſiue mulier aliqua ſentiret.& paulo poſt. Concedere enim nolunt, quod ſola ipſa fœlicitatem præſtet, ſed ſimilem eam faciunt diuitijs, gloriæ, generis nobilitati, ſanitati, pulchritudini, nec non alijs huiuſmodi rebus, quibus inconſtantiæ malum, coniunctum eſt. Quæ eadem ſententia, & Nicomachijs, & Eudemicis continetur, non tamen hæc, ſed Magna moralia, pro Ariſtotelis Ethicis adduxit. Quòd ſi afferas locum ex 6. cap.3. qui ſic habet, ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία ὥσπερ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν. Ex præcognitis eſt omnis doctrina, quemadmodum in Analyticis dicebamus. Vt aſtruat hos Ethicos renera Ariſtotelis opus eſſe; quantum hic locus aſtruit, tantum alius qui eſt eodem libro, & capite deſtruit. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη, ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς. Scientia ergo eſt habitus demonſtratiuus, & quæcunque alia adiecimus in Analyticis. Nam cum nullo Analyticorum loco ſcientia deffiniatur, vt hic, & Analyticos ſuſpectos reddit, & ſe ipſum redarguit. Præter eas quas iam contra Analycos adduximus ſuſpiciones, eſt præterea Laertij locus in Eudoxo his verbis φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους, τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν. ait vero ipſum Nicomachus Ariſtotelis, voluptatem dicere eſſe bonum ipſum. Quæ ſententia eſt, x, Nicomachio, cap.1. & 2. initio his ipſis verbis, Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο εἶναι. Eudoxus quidem voluptatem putauit bonum ipſum eſſe. Qui locus conuincere videtur hos libros, non Ariſtotelis, ſed Nicomachi eſſe. Addam quod me maxime torquet, id vero eſt, quòd tempora non videntur ferre potuiſſe, vt Ariſtoteles libros hos, Nicomacho filio ſcribere, aut potuerit, aut debuerit, qui puerulus admodum, moriente patre eſt relictus curæ Hipparchi, Timarchi, atque aliorum eius teſtamenti curatorum. Cuius ſententia talis fuit. Ariſtoteles hæredes ſuos reliquit, Pythiada, & Nicomachum filios, & Nicanorem generum Pythiadis futurum ſponſum. Inter hos ea ætatis fuit differentia, vt Nicanor fuerit reliquis maior, ſequeretur cum Pythias aliquot annis iunior, poſtremus eſſet ætate Nicomachus, omnes tamen tam tenera ætate eſſent, vt curatoribus egerent. Nicanorque non adhuc idoneus eſſet ad rem familiarem gubernandam. Sic enim principio Ariſtotelici teſtamenti Diogenes ſcribit. ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων, καὶ διαπαντὸς Ἀντίπατρον, ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι μὲν Ἀριστομένην. Tutorem omnium eſſe, & ſemper Antipatrum, & quouſque Nicanor ſuſcipiat, curam gerat Ariſtomenes, & reliqui. Cuiuſnam rei curum gerat? τῶν τε παιδίων, καὶ Ἑρπυλλίδος, καὶ τῶν καταλελειμμένων, puellulorum, Herpylidis, atque relictorum. Quid autem eſt illud, quouſque Nicanor ſuſcipiat, quàm, poſtquam gubernationem ſuſcipere ſit aptus? id autem futurum erat, quando per ætatem poſſet. Et Pythiada vxorem ducet, nam ſi ætatis legitime fuiſſet, cur non a principio conſtitutus eſt rerum dominus ac gubernator, vt paulo poſt, Νικάνωρ κύριος ἔστω, Nicanor dominus eſto, quando adoleuerit, ac tunc ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ, καὶ τῆς παιδὸς, καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν, καὶ ἀδελφός. Curam habeat Nicanor, & puellæ, & pueri Nicomachi pro eorum dignitate, tanquam & pater ſit & frater.

ter. Debuit autem puellam ducere, ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ, ἐκδιδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι. Quando hora fuerit puellæ, vt Nicanori tradatur. Non erat ergo Nicanor, cum Aristoteles moreretur, idoneus administrandæ rei familiaris, nec puella adhuc matura viro erat. Iccirco voce illa nominantur statim τῶν τε παιδίων puellulorum. Quorum Pythias suscepta fuerat ex Pythiade vxore, Hermiæ Eunuchi nepte; Nicomachus vero ex Herpylide concubina, quam verisimile est domum duxisse post Pythiadis obitum. Ex eaque anno saltem post Nicomachum suscepisse. Iunior itaque Nicomachus, sorore fuit. Tempore autem paterni obitus, illa nubilis non erat. Puellulus ergo Nicomachus erat, ad quem eius ætatis, libros tam magnos, tamque arduos. non est verisimile scripsisse Aristotelem, tam grauem virum, quem nolunt sui cuiquam, ne regi quidem Alexandro tam magno, tamque de se bene merito, sua opera dicare voluisse. Quæ quidem ratio apud me tantum valet, vt simul cum Ciceronis, & Attici authoritate, locisque ex Politico paulo ante allatis, qui sententias Ethicorum notant, quæ in his Ethicis non sunt, facile in eam sententiam abeam, vt credam reuera hos Ethicos Aristotelis minime esse. Et si sint, eos non fuisse ad Nicomachum puerulum scriptos; sed debere Magna Ethica vocari; & ea quæ Magna hactenus sunt vocata, vocanda esse Nicomachia. Neque enim nomen illud magna illis paruis, atque epitomis congruit; & si quid Aristoteles filio scripsit, epitomem potius, atque synopsim morum fœlicitatisque, quàm diexodicam doctrinam scripsit. De Eudemijs vero ita sentio, vt adduci non possim eos Aristotelis esse vt credam, quòd a Diogene præteriti sint: quòd phrasis multum est ab Aristotelica dissimilis; quòd doctrinæ aliqua etiam sit dissimilitudo. Etiamsi libro septimo, capite duodecimo, ea verba habeantur, ὡς οὐθεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι, quod nullus amicus cui multi amici, quæ Laertius paulo ante catalogum Aristotelicorum librorum ex Phauorino affert vti dicterium Aristoteli vsitatum, aitque septimo Ethico reperiri. φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, ὡς ἑκάστοτε λέγοι, ᾧ φίλοι, οὐδεὶς φίλος, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἠθικῷ ἑβδόμῳ ἐστί. Dicit vero Phauorinus in secundo Apomnemoneumatum, quod identidem diceret, cui amici nemo amicus. Sed & in septimo Ethico est. vbi recte legetur ᾧ πολλοὶ φίλοι, cui multi amici; corrupte apud Laertium. Qui ex se ipso nequaquam potuit dicere id dictum esse in septimo Ethico, cum paulo post, quatuor solos Aristotelem scripsisse, scripturus erat. Sed id ex Phauorini relatione attulit, ex cuius sententia non Nicomachij, sed hi Eudemij Aristotelis esse, dicendi essent. Eodem scilicet errore quo multi, multos libros pro Aristotelicis vsurparunt. Nos vero Eudemi eos esse arbitramur Rhodij, qui vti ex Ammonio vidimus, ad præceptoris imitationem, & Categorias, & Peri herminias, & Analytica scripsit. Et etiam Physica vti Simplicius multis in locis suorum commentariorum tradidit, in omnibus ita præceptoris doctrinam secutus, vt etiam proprio ingenio aliquid reseruaret; quod clarius postea apparebit. Analytica autem sua fuisse Eudemia appellata ex commentarijs Alexandri in Topicos apparet, dum ita scribit libri secundi, commentario primo in fine. Quod vero particularius sit dialectico destruere, & confutare, quàm probare, & construere, patet in primo resolutiuorum, qui inscribuntur Eudemici. Equidem

inſcribitur etiam ipſum ab Eudemo de reſolutorijs. Itaque is idem Eudemus, vir magnus, qui præceptorem imitatus Categorias, Peri herminias, Analytica, Phyſica conſcripſit, non eſt a ratione ac veroſimili alienum, Ethica ad eandem imitationem conſcripſiſſe, ab eoq; Eudemia vti illa Analytica, fuiſſe nuncupata. Atque hæc de Ethicis omnibus. De Oeconomico vero eo qui ſecūdus inter græce impreſſos codices numeratur, ſentimus vt omnino de Ariſtotelicorum librorum numero explodatur, tum ob dogmatum diuerſitatem permagnam, tum ob phraſeos diſparitatem, tum etiam quod a Diogene reticeatur, a nemine alio antiquorum pro Ariſtotelico nominetur. Quem vero Leonardus Aretinus pro ſecundo ſuppoſuit, Ariſtotelis neque ipſe eſt, quia Methodus interciſa, quia non ex rei natura deducta, ſed omnis ex Homeri teſtimonijs conformata, quaſi ex eius præſcripto vellet, Oeconomicam inſtituere. Moris autem Ariſtotelici eſt, ex rerum ipſarum naturis dogmata ſua conſtituere. Ex eodem numero eijciantur etiam Aegyptia illa Theologia, liber de Pomo, de Cauſis, ac alter de cauſis proprietatum Elementorum, rationibus antecedente adductis; quas nihil eſt neceſſe hic refricare. Prodijt nuper libellus ſub Pepli Ariſtotelici nomine, Heroum Homericorum epitaphia aliquot continens, qui certe non eſt is, quem Nicephorus ac Tripartita hiſtoria, vti libro ſecundo retulimus nominarunt. Non enim continet Theologiam antiquorum, vti hi, illum Peplum continuiſſe autumant. Sed eſt potius alterius cuiuſdam Ariſtotelis, quem Laertius tertium commemorat, aitq; τρίτος περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος. Tertius qui circa Iliada eſt operatus; nam epitaphia huius Pepli omnia ſunt Heroum qui in Iliade celebrantur. Stobœi quoque Χρεῖαι Chriæ Ariſtotelis noſtri non eſſe, ſatis manifeſto apparet, quòd ſermone 55 ex ijſdem Chrijs Zenonis Stoici dicterium affert; Zeno autem is Ariſtotelis noſtri obitu aliquot annis poſterior fuit.

ARISTOTELICORVM LIBRORVM LOCA CITATA.

ET ALIQVOT TITVLI RESTITVTI.

LIBER QVINTVS.



NTECEDENTE libro præſtanti ingenio adoleſcens, reſarciuimus quoquo modo per antiquorum teſtimonia licuit, ea vulnera, q̃ ante illum libro, animo tuo inflixeramus. Libros Ariſtotelis certiſsimos monſtrauimus: qui certiſsime ipſius non eſſent oſtẽdimus. Ambiguos, medio certitudinis loco ſtatuimus: pro Ariſtotelicis tamen recepimus, vt abundantiore tanti viri doctrina frueremur, quæ ijs quoque ablatis, exigua valde ac tenuis remanſura videbatur. Quoniam vero in ea re peragenda multi loci ex multis Ariſtotelis libris ſunt allati, qui alios libros appellarent, operæ non paruum pretium fore putauimus, ſi præſenti volumine, omnes omnino eiuſmodi locos colligeremus, tibiq; exhiberemus. Fore namque ſperauimus, vt ea ope, & certiorem, in Ariſtotelicis libris, & faciliorem operam nãciſcerere. Neque enim exigua, eſt ea ſtudiorũ remora, qua dum innumeris locis Ariſtoteles libros alios citat; quandoque non extantes amplius, quandoque vero extantes, ſæpe tamen ſuis nominibus, ſæpe nomine ſuppreſſo, ſæpe etiam mutato, animus fluctuare ac dubitare cogatur. Præſertim cum tot locis, nuſquam libros de Phyſica auſcultatione, aut de Cœlo, aut Metaphyſicos, vel Priores, vel Poſteriores Analyticos nominet. Hanc itaque rem, quæ non parum multis interpretibus ambiguitatis attulit in examen vocemus, lucemq; afferre nitamur, quo, quàm maxime fieri poſſit, omnia clara ac dilucida ad tua ſtudia habeas. Exponam igitur primo eos libros omnes, quos ipſe inſcriptionibus a ſe poſitis, quas adhuc retinent, appellat. Deinde eos quos ſuis nominibus vocauit, ſunt tamen temporum iniuria amiſsi. Tertio eos libros quos ſe ſcripturum pollicetur, non tamen in notitiã cuiuſquam peruenerunt. Quarto eos, in quibus libros extantes quidem, ſed ſine nomine citat, ac veluti inſinuat. Præterea afferam loca in quibus ſe aliquid dicturum pollicetur, non tamen librum exprimit. Poſtremo, locos eos in quibus libros nominibus alijs, quàm nunc habeant appellat; illisq; proprios, & ab Ariſtotele ipſo inſcriptos titulos reſtituã. In qua re, ex omnibus libris loca appellata proferam, tam ex certis eius, q̃ incertis, ne videar fraudem huic labori feciſſe. Itaq; quod primo propoſuimus, aggrediamur. Libro tertio de Cœlo, cap. 1. libros de generatione & corruptione appellat. λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν; ἅμα τε συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι, καὶ περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι. Reliquum eſt de duobus dicere, & ſimul accidet de his dicentes etiam de generatione, & corru-

pione perſcrutari. Primo deinde Meteoro, cap. 1. καὶ περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς εἴρηται πρότερον. Atque de generatione & corruptione communi, dictum eſt prius. Libri vero Metereorum non alibi citantur, quàm ſecundo de Plantis, cap. 2. ἐτεθήκαμεν δ' αἰτίας περὶ τῆς φύσεως τῶν πηγῶν, καὶ ποταμῶν, ἐν τῷ ἡμετέρῳ βιβλίῳ, τῷ περὶ Μετεώρων. Poſuimus autem cauſas generationis, fontium & fluuiorum in noſtro libro Meteororum. Qui tamen libri ſi Ariſtotelis ſunt, non Ariſtotelico ſermone loquuntur, ſed alieno quodam Arabico, ex Latino in Græcum quomodocunque transformato. Librorum de anima ſæpe eſt facta mẽtio, ac primo libro de Interpretatione, cap. 1. περὶ μὲν οὖν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. De his quidem dictum eſt in ijs quæ de anima, deinde libro de Senſu, cap. 1. ἐπεὶ δὲ περὶ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισται πρότερον. Quandoquidem de anima per ſe, determinatũ eſt prius. Libro etiam de Memoria, cap. 1. ἐπεὶ δὲ περὶ φαντασίας εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. Quandoquidem de phantaſia dictum eſt prius, in libris de Anima. Libro de Somno, cap. 2. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. Dictum vero eſt de ipſis, in libris de Anima. Libro quoque de Reſpiratione, cap. 8. δι' ἣν δ' αἰτίαν εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. Quam vero ob cauſam, dictum eſt prius in libris de Anima. Libro etiam ſecundo de animalium generatione, cap. 3. ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς διωρισμένων, ἐν ἄλλοις, φανερόν. Ex ijs quæ de Anima ſunt determinata in alijs, clarum eſt. Libro quinto, iterum cap. 1. ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τούτων ἔτι πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς διωρισμένοις. Quemadmodum dictum eſt prius in his quæ de Senſibus, & quàm de his etiam prius in ijs quæ de Anima ſunt determinata. Cap. quoque ſeptimi libri eiuſdem. τινὸς μὲν οὖν ἕνεκα φωνὴν ἔχει τὰ ζῶα, καὶ τί ἐστι φωνή, καὶ ὅλως ψόφος, τὰ μὲν ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων, τὰ δ' ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς εἴρηται. Cuius quidem gratia vocem habent animalia, & quid vox eſt, & omnino ſonus, partim equidem in ijs quæ de Senſibus; partim vero in ijs quæ de Anima, dictum eſt. Et rurſus in fine eiuſdem capitis. περὶ μὲν οὖν φωνῆς ὅσα μὴ πρότερον ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως διώρισται, καὶ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, τοσαῦτα εἰρήσθω. De voce quidem, quotcunq; prius in ijs quæ de Senſu, non ſunt determinata; ac in ijs quæ de Anima, tot dicta ſunto. Atque his tribus poſterioribus locis; non ſolum liber de Anima, ſed etiam liber de Senſu eſt appellatus, quem Iulius Scaliger vir optime eruditus; neſcio qua ratione, putauit eſſe Theophraſti, cum non ſolum his locis, ſed etiam multis alijs idem liber appelletur, veluti tertio Meteoro, cap. 2. ἔστω δὲ περὶ τούτων ἡμῖν τεθεωρημένον, ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις. Eſto de his nobis ſpeculatum in ijs quæ de Senſibus demonſtrata ſunt, & lib. 5. de animalium generatione, cap. 2. οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως. Pori namque ſenſoriorum omnium, ſicuti dictum eſt in ijs quæ de Senſu. Libro quoque ſecundo de Partibus animalium, cap. 7. περὶ ὧν εἴρηται καθ' αὑτὰ ἐν τῷ περὶ αἰσθήσεως, καὶ περὶ ὕπνου διωρισμένοις. De quibus dictum eſt per ſe, in libro de Senſu, & de Somno determinatis. Rurſum, cap. 10. ὅτι μὲν ἀρχὴ τῶν αἰσθήσεών ἐστιν ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος, διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως. Quòd quidem, ſenſuum principium eſt locus circa cor, determinatum eſt primum, in libro de Senſu. Fine ſcilicet capitis ſecundi, quę manifeſte refellunt Scaligeri opinionem. Quæ quidem refellitur etiam ab ijs, quę initio huius libri proponuntur dicẽda, de Memoria, ſcilicet de Somno, & Vigilia; de Iuuentute, & Senectute; de Inſpiratione, & Expiratione; de Vita, & Morte, quæ omnia Ariſtoteles proſecutus eſt. Etiamſi non extent quædam quæ hoc eodem loco proponit. Vt libri de Sanitate, & Morbo;

de Animositate, Concupiscentia, Appetitu, de Voluptate, & Dolore, quæ temporum iniuria interciderunt. Itaque liber is, Aristotelis habeatur. Sed liber qui hunc sequitur, de Memoria, nullo alio loco præterquam initio huius appellatur. At liber de Somno, & hoc initio, & loco ex 2. de partibus, cap. 7. paulo ante citato, tum etiam alijs, vt tertio de Anima, cap. 9. περὶ δ' ἀναπνοῆς, καὶ ἐκπνοῆς, καὶ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως, ὕστερον ἐπισκεπτέον. De Respiratione vero, & Expiratione, & Somno, & Vigilia, postea perspiciendum. Et libro de Vitæ longitudine, ca. 1. περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, εἴρηται πρότερον. De Somno vero & Vigilia dictum est prius. Libri vero de animalium motu, mentio duobus locis est facta; altero, libro 2. de Cœlo, cap. 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων, ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις, διὰ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖα τῆς ἐκείνων εἶναι. Determinatum ergo de his est in ijs quæ de animalium motu, quia naturæ eorum propria sunt, scilicet dextrum & sinistrum. Altero vero lib. 4. de Partibus animalium, cap. 13. τὸ δ' αἴτιον ἐν τοῖς περὶ πορείας, καὶ κινήσεως τῶν ζώων εἴρηται. Causa vero in libris, de Ingressu, & de Motu animalium dicta est. Libri vero de Ingressu meminerat etiam eiusdem libri, cap. 11. ἡ δ' αἰτία τῆς ἀποδίας αὐτῶν εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τῆς πορείας τῶν ζώων διωρισμένοις. Causa vero quod pedibus careant, dicta est in ijs quæ de Ingressu animalium determinata sunt. Et iterum eodem ipso capite, περὶ δὲ τῆς τῶν καμπύλων καμψεως ἐπίσκεπται πρότερον ἐν τοῖς περὶ πορείας κοινῇ πᾶσιν. De inflexu vero curuarum consideratum est prius in ijs quæ de gressu omnibus communi. Libri quoque de Respiratione, præter locum antea citatum mentionem fecit lib. 3. de Partibus, cap. 6. καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀναπνοῆς. Quemadmodum dictum est in actis de Respiratione. Libro etiam quarto, cap. 13. δι' ἣν δ' αἰτίαν, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀναπνοῆς. Quam vero ob causam dictum est in ijs quę de Respiratione. Libelli vero de Longitudine, & Breuitate vitæ, & eius qui de Iuuentute, & Senectute Vita, & Morte, nullibi est mētio facta. Sed initio illius, de Vita, & Morte, ac de Sanitate, & Morbo pollicetur se dicturū περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου λεκτέον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου, καὶ ὑγιείας, ὅσον ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ. De vita vero & morte dicendum. Similiter etiam de morbo & sanitate, quātum naturali philosophiæ confert. Sed Historiam animalium frequenter nominauit. Veluti libro de Respiratione, cap. 11. γέγραπται δὲ περὶ αὐτῶν δι' ἀκριβείας μᾶλλον, ἐν τοῖς περὶ ζώων ἱστορίας. Scriptum vero est de ipsis magis exacte in libris de animalium historia. Cap. itidem 15. καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῶα γεγραμμένων. Et ex historijs quæ de animalibus scriptæ sunt. Libro quoque primo de Generatione animalium, cap. 3. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζώων. Determinatum vero est de ipsis exactius in historijs quæ de animalibus. Eiusdē libri, cap. 4. ὃν δὲ τρόπον ἔχει αὕτη ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῶα δεῖ θεωρεῖν. Quo autem modo ipsa se habeat, ex historijs de animalibus oportet contemplari. Iterum cap. 11. δεῖ δὲ καὶ περὶ ταύτης, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑστερῶν, ὃν τρόπον ἔχουσιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν τεθεωρηκέναι, καὶ τῶν ἱστοριῶν. Oportet vero, & de hoc & de alijs vteris quo se habeant modo ex dissectionibus contemplatum esse, & ex historijs. Rursum cap. 20. δι' ἀκριβείας δὲ πῶς συμβαίνει ταῦτα περὶ ἕκαστον τῶν ζώων γέγραπται ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις. Exacte vero modo quo accidant hęc circa singula animalia, scriptum est in historijs de animalibus. Libro autem secundo, cap. 5. δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἐκ τε τῶν παραδειγμάτων, τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων. Oportet autem hæc conspicere in exemplis dissectionum, & ijs quæ in historijs scripta sunt. Libro etiā tertio, cap. 1. ἔνιοι γὰρ ἰχθῦς ἔχοντες ᾠὰ

φαίνονται καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται περὶ αὐτῶν. Quidam enim statim apparent oua habere, quemadmodum in historijs scriptum est de ipsis. Et cap. 2. δι᾽ ἀκριβείας μὲν οὖν ὃν τρόπον ἔχουσι ταῦτα πρὸς ἄλληλα κατ᾽ ἀρχὰς τῆς γενέσεως, καὶ συνισαμένων τῶν ζώων, ἔτι δὲ περί τε ὑμένων, καὶ ὀμφαλῶν ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων δεῖ θεωρεῖν. Exacte vero quomodo se ista habeant ad inuicem, tum in principio generationis, tum etiam adultis iam animalibus, & præterea de membranis, & vmbilicis, ex ijs quæ in historijs scripta sunt oportet cõtemplari. Libro vero secũdo de Partibus, cap.17. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζώων. Dictum vero est de ipsis in historijs de animalibus. Libro etiã tertio, ca.5. ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν, καὶ ἐκ τῆς ζωϊκῆς ἱστορίας. Ex dissectionibus oportet contemplari, & ex animali historia. Postremo cap.14. eiusdem libri ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῶα δεῖ θεωρεῖν. Ex historia de animalibus oportet speculari. Librorum vero de Partibus animalium fit mentio non paucis locis. Ac primo lib. de Longitudine, & Breuitate vitæ, cap.3. ἡ δὲ καρδία ὅτι ἐστὶν ἀρχὴ τῶν φλεβῶν ἐν τοῖς περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων εἴρηται πρότερον. Cor vero esse principium venarum in libris de Partibus animalium dictum est prius, Librò etiam de animalium generatione, cap.15. καθάπερ εἴρηται τ᾽ ἐν τοῖς περὶ τῶν μορίων λόγοις. Quemadmodum dictum est in sermonibus de partibus. Libro quoque 4. cap.1. περὶ μὲν οὖν ὅλου τε τοῦ σώματος, καὶ τῶν μορίων, τί τε ἕκαστον ἐστὶ, καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις. De toto enim corpore & partibus, quid sit vnumquodque, & qua de causa, dictum est prius in alijs. Libro etiam quinto, ca.3. τινὸς μὲν οὖν ἕνεκα τὸ τῶν τριχῶν ἐποίησε γένος ἡ φύσις τοῖς ζώοις, εἴρηται πρότερον ἐν ταῖς αἰτίαις ταῖς περὶ τὰ μέρη τῶν ζώων. Cuius quidem gratia natura fecerit pilorum genus in animalibus dictum est prius in causis partium animalium. Libro quarto cap.14. περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τινὰ αἰτίαν ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται. De partibus quam ob causam sunt in animalibus dictum est. Libro etiam quinto de historia, cap.5. ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν μορίων. Sicut dictum est prius in differentijs partium. Libro autem quarto de Partibus, cap.14. proponitur dicendum de animalium generatione. τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελεῖν. His determinatis, consequens est ea quæ ad eorum generationes pertinẽt distinguere. Libro quoque secundo, cap.3. dictum fuerat. ὃν δὲ τρόπον λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ τὴν αὔξησιν τὰ μόρια, ἔτι δὲ περὶ τροφῆς ὅλως, ἐν τοῖς περὶ γενέσεως, καὶ ἑτέροις οἰκειότερον ἐστὶ διελθεῖν. Ad quẽ vero modum accipiunt ex ipso augmentum partes ipsæ; præterea de nutritione omnino, in ijs quæ de generatione, & alijs, magis proprium est transigere. Libro etiam tertio, cap.4. ἐκ τῶν ἀνατομῶν δὲ κατάδηλα ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν γενέσεων. Ex anatomis clara sunt ista, & ex generationibus. Et lib. 4. cap.4. ἀλλ᾽ ἐπεὶ περὶ γενέσεως λεκτέον, ἁρμόττον ἐστὶ, καὶ περὶ τούτων ἐν τῇ περὶ ἐκείνων θεωρίᾳ διελθεῖν. Sed postquam de generatione est dicendum; conueniens est in ea speculatione etiam de his transigere. Libro etiam de Generatione quarto in fine. περὶ μὲν οὖν τῆς ἔσωθεν τροφῆς τῶν ζώων, καὶ τῆς θύραζε γενέσεως εἴρηται, καὶ χωρὶς περὶ ἑκάστου καὶ κοινῇ περὶ πάντων. De interna vero animalium nutritione, ac de interna generatione dictum est de singulis seorsum, & communiter de omnibus. Primo quoque libro de animalium historia, cap.5. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς περὶ γενέσεως δι᾽ ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν. Sed de his quidem in libris de Generatione exactius posterius dicemus. Libros de Plantis, citat libro de Vitæ lõgitudine, cap.6. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, καὶ καθ᾽ αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται. Sed de hoc, etiam separatim in libris de Plantis determinabitur. Primo etiam

de

de Generatione animalium, cap.1. περὶ μὲν οὖν φυτῶν, αὐτὰ καθ' αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον. Plantas igitur, ipsas per se ipsas separatim est speculandum. Libro etiã quinto de Historia, cap.1. ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν. Quemadmodum dictum est in contemplatione de Plantis. Problemata quoque non raro citantur, Loca hæc sunt; secundo Meteoro, cap.6. καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν. Et ad hæc, de alijs passionibus, quotcunque contigit in particularibus problematis non attingere, nunc dicamus. Libro etiam de Somno, cap.2. διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς προβληματικοῖς εἴρηται. Qua vero de causa Somnia meminerunt expergefacti, actiones vero in vigilijs factas non retinent memoria, in problematicis dictum est. Libro de Iuuentute & Senectute, cap.5. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρί (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον) εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς προβλήμασιν. Sed de causa hac, quod contrarium accidat igni aperto, & suffocato (hoc enim extinguitur illud vero perdurat plus temporis) dictum est in problematis. Libro itidem de Generatione animalium secundo, cap. vlt. εἴρηται δ' ἐν τοῖς προβλήμασιν περὶ αὐτῶν. Dictum vero est in problematis de ipsis, scilicet ære, & stamno. Libro etiam quarto, cap.4. καὶ γὰρ τὰ ὀκτάμηνα ζῇ μέν, ἧττον δέ. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς προβλήμασι. Octomestria namque viuunt quidem, sed minus. Dictum autem est de ipsis in problematis. Eodem libro, cap.7. περὶ μὲν τοῦ πάθους τῆς αἰτίας εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι. De causa vero passionis (molæ scilicet) dictum est in problematis. Libro tertio de Partibus, cap.15. διότι δὲ τοῖς πολυκοίλοις ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι. Cur coagulum in omaso multiuentrium generatur, dictum est in problematis. Atque hæc quidem sunt loca quibus ab Aristotele Physicæ classis extantes libri appellati sunt. Logicos post hos recenseamus. Quorum Analyticos non semel citat, ac primum. Metaphysico 6.cap.12. νῦν δὲ λέγωμεν πρῶτον, ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς περὶ ὁρισμοῦ μὴ εἴρηται. Nunc vero primo dicamus, quantum in Analyticis non est de deffinitione dictum. Libro etiam 6. Nicomachiorum, cap.3. ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν. Ex præcognitis .n. est omnis doctrina, veluti in Analyticis diximus, & mox ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς. Scientia ergo est habitus demonstratiuus, & quotcunque alia addidimus in Analyticis. Moralibus vero Magnis, lib.2. cap.6. ὥσπερ ἔφαμεν ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐκ δύο προτάσεων γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν. Sicuti diximus in Analyticis, ex duobus propositionibus fieri syllogismum. Libro quoque moralium, Eudemiorum primo. ἔστι γὰρ διὰ ψευδοῦς ἀληθὲς δεῖξαι, δῆλον δὲ ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Nam ex falso verum potest demonstrari. Manifestum ideſt ex Analyticis. Libro etiam secundo. δῆλον δ' ὃ ἐπιχειροῦμεν ὅτι ἀναγκαῖον ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Manifestum autem, id est quod astruimus esse necessarium ex Analyticis. Rursus eodem libro εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν μὲν τοῖς ἐν ἀρχῇ βραχέως, ἐν δὲ τοῖς ἀναλυτικοῖς δι' ἀκριβείας. Dictũ vero de ipsis est inter initia quidem breuiter, sed in Analyticis exacte. Libro autem quinto, eadem sunt quæ 6, Nicomachio, cap.3. Libro etiam de Interpretatione (si modo pro Aristotelico hic liber est habendus) cap.7. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται, οὕτω τέτακται. Hæc quidem sicuti in Analyticis dictum est, sic sunt disposita. Sed secundo de Demonstratione, particularem

quandam analysim appellat, καθάπερ ἐν τῇ ἀναλύσει τῇ περὶ τὰ σχήματα εἴρηται. quemadmodum in Analysi de figuris dictum est. Et Topico 8. cap. 4. τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἔστι, καὶ διὰ ψευδῶν ποτὲ συλλογίζεσθαι, φανερὸν δ᾽ ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Verumetiã ex falsis, est aliquando syllogizare, clarum autem ex Analyticis. Et cap. 5. τὸ δ᾽ ἐν ἀρχῇ καὶ τὰ ἐναντία πῶς αἰτεῖται ὁ ἐρωτῶν, κατ᾽ ἀλήθειαν μὲν, ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς εἴρηται. Quod in principio vero, & contraria quodammodo petit interrogans secundũ veritatem quidem in Analyticis dictũ est. Primo Rhetorico, cap. 2. δῆλον δ᾽ ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Clarum id nobis est ex Analyticis. Et rursus. δῆλον δ᾽ ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Clarum vero nobis & hoc est ex Analyticis libro vero 2. cap. 2. ὅτι γὰρ ἀσυλλόγιστον ἐστὶ πᾶν σημεῖον δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Quòd.n. non syllogizabile est omne signum clarum est nobis ex Analyticis, & mox. τὰ δὲ τεκμήρια, καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον, οὐκ ἔσαι λῦσαι. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν. Indicia vero, & ex indicijs enthymemata, quatenus non sunt syllogizabilia, non est soluere. Clarum vero id quoque nobis est ex Analyticis. Topica autem & lib. de Interpretatione nominat, cap. 7. εἴρηται δ᾽ ἐν τοῖς τοπικοῖς περὶ αὐτῶν. Dictum vero est in Topicis. Et Analytico primo, cap. 1. διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου, καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται. Dialectica vero interroganti quidem, interrogatio contradictionis, syllogizanti vero acceptio apparentis, & opinione concepti, sicuti in Topicis dictum est. Secundo etiã Analy. ca. 17. ὥσπερ εἴρηται καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς, τὸ γὰρ ὡς αἴτιον ὡς αἴτιον τιθέναι, τοῦτο ἐστί. Sicuti dictum est etiam in Topicis, non causam enim vt causam ponere, hoc ipsum est. Primo autem Rhetorico, cap. 1. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. Sicuti in Topicis dicebamus de collocutione ad multitudinem, & cap. 2. τίς δ᾽ ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος, καὶ ἐνθυμήματος φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν. Quæ vero sit differentia exempli & enthymematis, clarum ex Topicis est. Cap. eodem. καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον. Sicuti ergo in Topicis, sic & hoc loco diuidendæ sunt enthymematum species, & loci; ex quibus sumantur. Libro vero 2. cap. 22. φανερὸν οὖν ὅτι ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, πρῶτον περὶ ἕκαστον ἔχειν ἐξειλεγμένα. Clarum ergo quod necessarium, vt in Topicis primum circa vnumquodque habere selecta. Et cap. 23. ἄλλος ἐκ τοῦ ποσαχῶς, οἷον ἐν τοῖς Τοπικοῖς, περὶ τοῦ ὀρθῶς. Alius ex multiplici, veluti in Topicis de eo quod recte. Cap. eodem. ἄλλος ἐκ τῶν μερῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, ποῖα κινεῖ ἡ ψυχή. Alius ex partibus, veluti in Topicis, qualia mouet anima. Cap. 25. αἱ δ᾽ ἐνστάσεις φέρονται καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς τετραχῶς. Instantiæ vero feruntur, sicuti in Topicis quadrupliciter. In fine vero libri. ἡ δ᾽ ἔνστασις οὐκ ἔστιν ἐνθύμημα, ἀλλὰ καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, τὸ εἰπεῖν δόξαν τινά. Instantia vero non est enthymema, sed veluti in Topicis, dicere opinionem quandam. Et tertio lib. cap. 18. φανερὸν δ᾽ ἡμῖν ἔσαι ἐκ τῶν Τοπικῶν καὶ τοῦτο, καὶ αἱ λύσεις. Clarum autem nobis erit ex Topicis, & hoc, & solutiones. Hos eosdem libros videtur etiam dialecticos appellasse tribus locis. Primum Analytico primo cap. de medij abundantia, καθόλου μὲν οὖν ὃν δεῖ τρόπον τὰς προτάσεις ἐκλέγειν, εἴρηται σχεδόν, δι᾽ ἀκριβείας δὲ διεληλύθαμεν ἐν τῇ πραγματείᾳ τῇ περὶ τὴν διαλεκτικήν. Vniuersaliter quidem quo nam oporteat modo propositiones seligere, dictum est ferè; exacte vero transegimus, in opere quod est de dialectica. Et secundo Rhetorico, cap. 22. καὶ διαφέρει ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἔλεγχος, καὶ συλλογισμός, & differunt sicuti in dialecticis, Elenchus, & syllo-

& syllogismus. Et cap. 24. καὶ τούτου ἓν μὲν μέρος, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, τὸ μὴ συλλογισάμενον, συμπερασματικῶς τὸ τελευταῖον εἰπεῖν. Et huius vna quidem pars, vt in dialecticis quod non est syllogizatum, conclusiue vltimum dicere. Cap. eodem. οἷον ἐν μὲν τοῖς διαλεκτικοῖς, ὅτι ἔστι τὸ μὴ ὄν, ὄν. Vt in dialecticis quod sit non ens, ens. De Eristica etiam ter facit mentionem, eodem secundo Rhetorico, cap. 24. ἔτι ὥσπερ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, παρὰ τὸ ἁπλῶς, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατά τι γίνεται φαινόμενος συλλογισμός. Praeterea veluti in Eristicis a simpliciter, & non simpliciter, sed secundum quid, fit syllogismus. Et rursus. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριστικῶν, τὸ κατά τι καὶ πρός τι. Sed veluti etiam in Eristicis, id quod est secundum quid, & ad quid. Et paulo infra. ψεῦδός τε γάρ ἐστι, καὶ οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ φαινόμενον εἰκός, καὶ ἐν οὐδεμιᾷ τέχνῃ, ἀλλ' ἐν ῥητορικῇ καὶ ἐριστικῇ. Falsum enim est, & non verum, sed apparens consentaneum, & in nulla arte praeterquàm in Rhetorica, & Eristica. Eristicam autem intelligit proculdubio Sophisticos Elenchos. Quos etiam si non appellat, attamē quia in ijs tractātur, ea quę hic afferuntur, opportunum fuit haec loca indicare. Poetices quoq; in ipsis Rhetoricis meminit, libro enim primo, cap. 11. sic scribit. διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. Determinatum vero est de ridiculis seorsum in ijs quę de Poetica. Libro etiam tertio, cap. 1. περὶ δ' ἐκείνης εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. De illa enim (scilicet dictione) dictum est in ijs quae de Poetica. Et cap. 2. ἀλλὰ κεκοσμημένην τ' ἄλλα ὀνόματα, ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. Sed ornatum alijs nominibus, quot sunt dicta in ijs q̄ de Poetica. Et mox. τῶν δ' ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ ποιήσεως. Nominum vero habentium tot species, quot speculati sumus in ijs quae de Poetica. Atque iterum. καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται, καὶ ἐν ποιήσει, καὶ ἐν λόγοις αἱ μεταφοραί, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. Et quòd hoc plurimum possint, & in poesi, & in orationibus metaphorae, dictum est, sicut dicebamus in ijs quae de Poetica. Et cap. vltimo. εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιητικοῖς. Dictum est quot species ridiculorum sunt in ijs quae de Poetica. Libro quoque octauo Politico, cap. vltimo. πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ἐροῦμεν σαφέστερον. Rursus in ijs quę de Poetica dicemus clarius. In Poetica vero semel librorum Rhetoricorum meminit. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν, ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς κείσθω. τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς μεθόδου. Ea vero quę ad sententiam pertinent, in ijs quae de Rhetorica posita sunto; hoc.n. proprium magis est illius Methodi. Nec amplius omnibus libris Rhetorica est nominata. In qua semel etiam Politicorū mētionem facit, cum nullibi amplius appellentur. Id autem est lib. 1. cap. 8. his verbis. ἐξηκρίβωται γὰρ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς περὶ τούτων. Exactius enim de his tractatum est in Politicis. In quibus Ethicorum etiam meminit: nam libro 2. cap. 1. διόπερ καὶ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις. ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον. Propterea & aequale tallionis seruat ciuitates, sicuti in Ethicis dictum est prius. Et libro tertio, cap. 6. ὡς ἔστι τὸ δίκαιον τισί, καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπί τε τῶν πραγμάτων, καὶ οἷς καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς. Itaque, quam iustum aliquibus, & eo modo diuisum est, in rebus, & quibus; sicuti dictum est prius in Ethicis. Libro etiam quarto, cap. 11. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον. Si enim recte dictum est in Ethicis, vitam beatam esse, eam quae secundum virtutem, non impeditam est. Libro quoque septimo, cap. decimotertio. φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι, καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν.

Dicimus vero & Ethicis, ſi quæ vtilitas eſt eorum ſermonum, actionem, & vſum virtutis perfectæ eſſe, & mox. ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστὶ, καὶ γὰρ τοῦτο διώρισαι κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους. Sed beatitudo in contrarijs eſt, etenim hoc etiam determinatum eſt in Ethicis ſermonibus. Primo quoque metaphy. cap.1. εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς τίς διαφορὰ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. Dictum igitur eſt in Ethicis, quæ differentia artis, & ſcientiæ, & aliorum his congenerum ſit. Quod vero Politico 3.cap.4.ait. εἴρηται δὴ κατὰ τοὺς πρώτους λόγους ἐν οἷς περὶ οἰκονομίας διωρίσθη, καὶ δεσποτείας. Dictum vero eſt in primis ſermonibus, in quibus de œconomia, & deſpotia eſt determinatum. Locum ex primo Politico appellat. Libro etiam quarto, cap.3. εἴρηται ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν, Dictum eſt in ijs quæ de Ariſtocratia, ex libro pręcedente tertio vocat. Et etiam cap.7. ex eodem, Ἀριστοκρατίαν μὲν οὖν καλῶς ἔχει καλεῖν περὶ ἧς διήλθομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. Ariſtocratiam ergo recte eſt vocare, de qua percurrimus in primis ſermonibus. Libro quoque ſexto, cap.1. καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τὰς φθορὰς καὶ τὰς σωτηρίας τῶν πολιτειῶν εἴρηται πρότερον. Quemadmodũ in ijs quæ de corruptione, & ſalute rerum publicarum dictum eſt prius. Libro ſcilicet pręcedēte. Et ruſſus, cap.2. καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τῇ Μεθόδῳ τῇ πρὸ ταύτης. Sicuti dictum eſt prius in Methodo, quę eſt ante hanc. Et cap.4. iterum. καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐλέχθη λόγοις. Quemadmodum in ſermonibus, qui ſunt ante hos dictum eſt. Et libro 7.cap.3. διώρισαι δὲ περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. Determinatum vero eſt de ipſis ſufficienter in primis ſermonibus. Atq; hi quidem ſunt libri omnes Ariſtotelici extantes, qui in his ipſis nominatim ſunt appellati. Quos vero nominatim itidem appellat, nec tamen ad noſtra tempora peruenerunt ſunt hi ſequentes. Methodici quos primo Rhetorico, cap.2. vocat, καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει. Quemadmodũ in Methodicis dictum eſt, & in his ſimili modo habet. Tertio quoque Rhetorico cap.9. αἱ δ᾽ ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτίοις ἐξηρίθμηνται. Principia vero Periodorum in Theodecticis ſunt ferè enumerata, Niſi forte dicamus eũ hoc loco non ſuum librum, ſed Theodectis citare. Quod non nego poſſe eſſe. Metaphyſico tertio, cap.2. Sellectionem quandam contrariorum nominat, τεθεώρηται δ᾽ ἡμῖν ταῦτα, ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων. Speculati vero ſumus hæc in ſellectione contrariorum, & Metaphyſico 9.cap.5. diuiſionem quandam eorum citat. ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν, τὸ αὐτὸ, καὶ ὅμοιον, καὶ ἴσον. Eſt enim vnius ſicuti etiam in diuiſione contrariorum deſcripſimus, idem & ſimile & æquale. Librorum de philoſophia meminit phyſico.2. cap.2. διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα, εἴρηται δ᾽ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. Dupliciter enim id cuius gratia. Dictum vero eſt in libro de philoſophia. Necnon etiam primo de Anima, cap.2. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διώρισται. Similiter & in ijs quæ dicuntur de philoſophia, determinatum eſt. Libro quoque tertio Politico, cap.6. καὶ μέχρι γε τινὸς ὁμολογοῦσι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λεγομένοις, ἐν οἷς διώρισαι περὶ τῶν ἠθικῶν. Et quadamtenus fatentur ea quæ dicuntur in libris de philoſophia, in quibus determinatũ eſt de Ethicis. Et libro de Partibus, primo. τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν determinatorum in ijs quæ de philoſophia. Librũ etiam de Bono nominat quarto Metaphyſico, cap.2. εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀγαθοῦ. Sumptæ enim a nobis eſt anagoge, in primo de Bono. Phyſicam etiam quandam hiſtoriam nominat libro de animalium greſſu, cap.2. ὅτι μὲν οὖν οὕτω συμβαίνει δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς φυσικῆς. Quod

vero

vero ſic accidat clarum eſt ex hiſtoria phyſica. Et etiam libro ſecundo de Partibus, cap. 1. δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἐκ τῶν ἀνατομῶν, καὶ ἐκ τῆς φυσικῆς ἱστορίας. Oportet autem hæc contemplari ex anatomis, & ex phyſica hiſtoria, & cap. 3. eadem habet verba ad vngem. Puto autem hanc phyſicam hiſtoriam, non aliam eſſe, quàm hiſtoriam animalium. Sæpe enim alias, animalium hiſtoriam cum anatomicis coniungit; vt locis aliquot cum de hiſtoria loqueremur ſuperius viſum eſt. Sed rectius longe, vt mea eſt ſentẽtia poteſt pro phyſica hiſtoria intelligi, aſpectio rerum naturalium, qua ratione ſecundo Cœli primo, ita ſcripſit φανερὸν ὅτι τὴν πλείστην συμβαίνει τῆς περὶ φύσεως ἱστορίαν περὶ σωμάτων εἶναι) clarum eſt quòd accidat plurimã de natura hiſtoriam de corporibus eſſe. Id quod primo de partibus, cap. 1. appellauit τὰ φαινόμενα περὶ τὰ ζῶα. Apparentia circa animalia; Ideſt ea quæ oculis apparent in animalibus, & conſpiciuntur, atque ita puto etiam intelligendum eſſe animæ hiſtoriam, quàm primo lib. cap. 1. nominauit, δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν περὶ ψυχῆς ἱστορίαν, εὐλόγως. Ob vtraque hęc hiſtoriam de Anima rationabiliter. Anatomicorum autem ſæpe mentionem facit. Vt libro de Reſpiratione, cap. 15. ὃν δὲ τρόπον ἡ καρδία τὴν σύντρησιν ἔχει πρὸς τὸν πνεύμονα, δεῖ θεωρεῖν ἐκ τῶν ἀνατεμνομένων, καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν. Quo vero pacto cor habeat foramẽ ad pulmonem, oportet inſpicere ex diſſectis, & hiſtorijs. Et libro quarto de generatione animalium, cap. 1. καὶ τοῦτο ἱκανῶς τεθεωρήκαμεν ἐκ τῶν ἀνατομῶν. Atque hoc ſatis conſpeximus ex Anatomis. Libro etiam de Partibus tertio, cap. 4. ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν κατάδηλα ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν γενέσεων. Ex Anatomis clara ſunt hæc, & ex generationibus. Et libro primo de Hiſtoria, cap. 18. πλὴν ταῖς ὑστέραις ὧν ἡ μὲν ὄψις θεωρείσθω ἐκ τῆς διαγραφῆς τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς. Præterquam vteris, quorum figura ſpectetur, ex deſcriptione quæ eſt in Anatomis. Libro iterum quarto, cap. 1. ἕκαστα δὲ τούτων ὡς κεῖται τῶν μορίων, θεωρείσθω ἐκ τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαγραφῆς. Quo autem modo poſitæ ſint ſingulæ hæ partes, ſpectetur ex deſcriptione Anatomorũ. Libro quoque ſexto, cap, 10. τὸ μὲν οὖν σχῆμα τῆς ὑστέρας, ὡς ἔχει, ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθω. Figura vero vteri quomodo ſe habeat ex Anatomis ſpectetur. Capite rurſus 11. θεωρήσθωσαν δὲ καὶ οἱ τῶν ἀρρένων πόροι, ὡς ἔχουσιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν διαγεγραμμένων. Spectentur vero quomodo ſe habeant maſculorum pori ex deſcriptis Anatomis. Atque hæc quidẽ ſunt loca, in quibus libros, qui non extant nominatim appellat. Ea vero, quibus libros eos, quos incertum eſt an ſcripſerit, vocat, hęc ſequentia ſunt. Librũ de ſubterraneis videtur ſcripſiſſe. Nam tertio Meteoro, cap. 6. ſic de eis ait. κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος. Communiter quidem dictum eſt de omnibus ipſis; ſingillatim vero conſiderandum eſt aggredientes ſingula genera. Sed hi libri perierunt; quàm ſortem ij quoque habuerunt quos principio de Senſu propoſuit his verbis περὶ δὲ τῶν λοιπῶν λέγωμεν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων. φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα, καὶ τὰ κοινά, καὶ ἴδια τῶν ζώων κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα, καὶ τοῦ σώματος, οἷον αἴσθησις, καὶ μνήμη, καὶ θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, καὶ ὅλως ὄρεξις, καὶ πρὸς τούτοις ἡδονὴ, καὶ λύπη. De reliquis vero dicamus, & primum de primis. Videntur autem maxima, & cõmunia, & propria animalium, & animæ cõmunia & corpori, veluti ſenſus, memoria, animoſitas, concupiſcentia, & omnino appetitus, & ad hæc voluptas, & dolor. Et paulo poſt φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ νόσου τὰς πρώτας ἀρχὰς ἰδεῖν. Phyſici vero eſt etiam de ſanitate, & morbo prima principia cognoſcere. Quos omnes libros vel non ſcripſit, vel certe perierunt. Nam Laertius commemorat librum de voluptate, alios omnes reticet, nec apud.

quemq; veterum authorum mentionem eorum factum reperi. Quemadmodum neque libri de Mixtione, quem tamen ipſe veluti iam ſcriptum appellat libro eodem de Senſu, cap.3. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ Μίξεως καθόλου περὶ πάντων. Sicuti in libro de Mixtione, vniuerſaliter de omnibus. Et paulo poſt. πῶς δὲ τοῦτο μάλιστα γίνεσθαι δυνατὸν, ἐν τοῖς περὶ Μίξεως εἴρηται πρότερον. Quo autem modo maxime id fieri poteſt, in ijs quæ de Mixtione dictum eſt prius. Niſi velimus hæc non pro libris ſeparatis, ſed pro ſermonibus de Mixtione interpretari, ijs ſcilicet quos habuit primo de generatione, & corruptione. Atq; hoc eodem modo ſermonem eo ipſo libro habitum de Nutritione intelligat aliquis, quando libro de Somno, cap.3. ait. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς. Dictum vero de his eſt in ijs, quæ de Nutritione. Scilicet de cibi in ſanguinem tranſmutatione. De qua tamen non videtur libris de generatione, & corruptione tractaſſe. Itaque videtur, alia hæc eſſe tractatio; veluti alia quædam de ſaporibus, quam eodem de Senſu libro, cap.4. innuit. τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν, οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν, ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν χυμῶν. Aliæ namque paſsiones ſaporum, propriam habent inſpectionem, in phyſiologia de ſuccis, quam tamen neque ſcriptam a ſe ait, neque polliceri videtur. Puto tamen ego eum alibi etiam .ſ. lib.2. Meteor. cap.3. horum librorum meminiſſe cũ ait, ποιοὶ δὲ χυμοὶ, ἐκ ποίων γίνονται κράσεων, εἴρηται περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις. Quales vero ſucci ex qualibus fiunt tẽperamentis, dictum eſt de eis ſeparatim in alijs; quod neque lib. de Anima ſecundo, neq; libro de Senſu tractauit. Pollicitus eſt etiam de coloribus tractare tertio Meteoro, cap.4. περὶ δὲ τῶν ἄλλων χρωμάτων ὕστερον ἐροῦμεν. De alijs vero coloribus poſtea dicemus; niſi quis intelligat eum intelligere de alijs Iridis coloribus, hoc eodem tractatu acturum: nam hactenus non niſi de phœniceo egerat. De viridi vero & luteo reuera poſt hæc egit: nam hic locus, neque de ſecundo de Anima, neque de libro de Senſu poteſt intelligi, cum ijs de colorum ſpeciebus nihil omnino egerit. Hanc de coloribus tractationem, deq; ſuccis, ac ſonis præterea, videtur promittere in fine tertij capitis libri de Senſu. διὰ τινὰ δ᾽ αἰτίαν εἴδη χρωμάτων ἐστὶν ὡρισμένα, καὶ οὐκ ἄπειρα, καὶ χυμῶν, καὶ ψόφων ὕστερον ἐροῦμεν. Quam vero ob cauſam ſpecies colorum ſunt terminatæ, & non infinitæ, & saporum, & ſonorum poſtea dicemus. Libro ſecundo de anima, cap, quarto, alterius cuiuſdam libri meminit his verbis. φασὶ δὲ τινὲς, καὶ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχειν. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ πῶς δυνατὸν ἢ ἀδύνατον, εἴρηται μὲν ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν, καὶ πάσχειν. Aiunt vero quidam, & ſimile a ſimili pati; hoc vero quo modo poſsibile, aut impoſsibile ſit, dictum eſt in vniuerſalibus ſermonibus de agere & pati. Atque his quidem innuere poteſt eos ſermones quos hac de re habuit primo de generatione & corruptione; poteſt etiam intelligi eum, citare librum, quem Laertius nominat περὶ τοῦ πάσχειν καὶ πεπονθέναι. de pati, & paſſum eſſe. Nunc ſubinferam ea loca in quibus extantes libros ſine nomine citat, ac veluti inſinuat. Quorũ primus videtur eſſe, libro primo de Cœlo, cap.3. διὰ τὸ γίνεσθαι μὲν ἅπαν τὸ γινόμενον ἐξ ἐναντίου, καὶ ὑποκειμένου τινὸς, καὶ φθείρεται ὡσαύτως ὑποκειμένου τε τινὸς, καὶ ὑπ᾽ ἐναντίου, καὶ εἰς ἐναντίον καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις. Eo quòd, omne quod fit ex contrario & ſubiecto aliquo fit, & corrumpitur ſimiliter ſubiecto aliquo, & e contrario, & vt contrarium, ſicut in primis dictum eſt ſermonibus. Videlicet primo, & quinto Phyſico. Libro 4.cap.3. κινεῖ δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ποιῆσαν, καὶ τὸ ὑποσπάσαν, ἢ ὅθεν ἀπεπήδησε, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. ἐν οἷς διορίζομεν, ὅτι οὐδὲν τούτων αὐτὸ κινεῖ. Mouet vero quòd a principio

cipio

cipio egit,& quod ſubduxit, vel vnde reſiluit quemadmodum dictum eſt in primis ſermonibus. In quibus determinauimus quòd nihil horum ſe mouet. ſcilicet quinto phyſico. Primo de Generatione, cap. 6. εἰ οὖν ἐστιν ὥσπερ διωρίσθη πρότερον περὶ τοῦ ἅπτεσθαι, τὸ τὰ ἔσχατα ἅμα ἔχειν. Si ergo eſt, vt determinatum eſt prius, de factione, quod tangere ſit, extrema ſimul habere. 5. & 6. phyſicis. Libro vero ſecundo de Generatione, cap. 1. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. Determinatum eſt de ipſis in alijs exactius, ſcilicet de Elementorum generatione, & cap. 9. ἡμῖν δὲ καθόλου πρότερον εἴρηται περὶ τῶν αἰτίων. Nobis vero dictum eſt prius in vniuerſum, de cauſis. quod fuit ſecundo phyſico. Et paulo poſt. ἔτι δὲ ἐπειδὴ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι ἀΐδιος. Præterea, quandoquidem lationis motus, demonſtratum eſt, quod ſit æternus: quod fecit octauo phyſico. Rurſus, cap. 10. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη εἶναί τι τὸ κινοῦν, εἰ κίνησις ἔσται, ὥσπερ εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις. Siquidem neceſſe eſt eſſe aliquid mouens, ſi motus erit, ſicuti dictũ eſt prius in alijs; ſcilicet octauo phyſico. Et ſtatim poſt. συνεχοῦς ἄρα τινὸς ἀριθμὸς ὁ χρόνος, τῆς κύκλῳ ἄρα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐν ἀρχῇ λόγοις διωρίσαι. Continui ergo alicuius, numerus eſt, tempus ipſum. Circularis ergo, ſicuti in ſermonibus a principio determinatum eſt: quod itidem octauo phyſico fuit. Libro primo Meteororum, cap. 1. ἡμῖν μὲν οὖν εἴρηται πρότερον περὶ τοῦ πρώτου στοιχείου. Nobis quidem dictum eſt prius de primo Elemento; primo ſcilicet, & ſecundo de Cœlo. Et mox. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον, ἐν τοῖς περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήμασι, λέγομεν δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ νῦν. Dictum quidem eſt etiã prius in Theorematibus de loco ſurſum. Dicamus vero eundem ſermonum etiam nunc. Scilicet ijſdem primo, & ſecundo de Cœlo dictum eſt. Rurſum καὶ ἐστιν ὑπὸ κινήσεως, καὶ ἀκινησίας, ἧς τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰρήκαμεν πρότερον. Et eſt a motu, & a quiete, cuius cauſam & principium diximus prius. Scilicet 5. 6. & 8. phyſicis. Libro 2. cap. 4, ὁ μὲν οὖν ἀὴρ καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων λόγοις εἰρήκαμεν, γίνεται ἐκ τούτων. Aer quidem, quemadmodum in ſermonibus ante hos diximus, fit ex his; ſcilicet libris de Generatione, & 3. & 4. de Cœlo. Libro 4. Meteo. cap. 3. πέπτεται μὲν γὰρ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, σήπεται δ᾽ ἐν τῇ κάτω τὸ ἀποκριθέν. δι᾽ ἣν δ᾽ αἰτίαν εἴρηται ἐν ἑτέροις. Loquitur quidem in ventre ſuperiori, putreſcit vero in inferiore, quod ſecernitur. Qua vero de cauſa, dictum in alijs eſt. Libro ſecundo de Anima, cap. 5. καὶ γάρ ἐστιν ἡ κίνησις ἐνέργειά τις, ἀτελὴς μέντοι καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται. Eſt enim motus actus quidem, imperfectus tamen, quemadmodum in alijs dictum eſt; ſcilicet tertio phyſico. Libro 3. cap. 3. καὶ αἰσθάνεσθαι τε καὶ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατ᾽ ἀρχὰς λόγοις διωρίσαμεν. Et ſentire & ratiocinari ſimile ſimili, ſicut determinauimus in ſermonibus a principio. Primo ſcilicet de Anima. Libro de Somno, cap. 2. ὅτι μὲν οὖν ἡ τῆς αἰσθήσεως ἀρχὴ γίνεται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μέρους τοῖς ζώοις, ἀφ᾽ οὗπερ καὶ ἡ τῆς κινήσεως, διώρισται πρότερον ἐν ἑτέροις. Quòd quidem ſenſus principium fit animalibus ab eadem parte, a qua & motus principium, determinatum eſt prius in alijs. Libris ſcilicet de partibus, & de generatione. Cur autem dicat, prius id dictum eſſe, poſtea apparebit. Cap. 3. οὐ μὴν ἀλλά, κυρίως ἐστιν ὁ τόπος, ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ ἐν ἄλλοις εἴρηται. Sed enim principalis locus eſt is qui circa cerebrum, ſicut in alijs dictum eſt, ijſdem ſcilicet. Rurſus. παντὸς δ᾽ αἵματος ἀρχὴ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν ἄλλοις ἡ καρδία. Omnis ſanguinis principium, vt & hic, & in alijs dictum eſt, cor ipſum eſt: ijſdem. Libro de Motu animalium, cap. 12. τὶς μὲν οὖν ἡ σωτηρία τοῦ συμφύτου πνεύματος εἴρηται ἐν ἄλλοις. Quæ vero ſalus ſit innati ſpiritus, dictum eſt in alijs; ſcilicet in ijſ-

dem. Libro de Iuuentute, & Senectute, cap.3. διὰ τί δὲ αἱ μὲν τῶν αἰσθήσεων φανερῶς συντείνουσιν πρὸς τὴν καρδίαν, αἱ δὲ εἰσὶν ἐν τῇ κεφαλῇ (διὸ καὶ δοκεῖ τισὶν αἰσθάνεσθαι τὰ ζῷα διὰ τὸ ἐγκέφαλον) τὸ αἴτιον τούτων ἐν ἑτέροις εἴρηται χωρίς. Quam vero ob causam sensuum quidam manifeste referuntur ad cor, alij vero sunt in capite (propterea & quibusdam videtur animalia sentire propter cerebrum) causa vero horum in alijs separatim est dicta, ijsdem libris scilicet. Libro de Respiratione, cap.7. ἐπεὶ δ' ἐν πᾶσι τὸ αὐτὸ αἰσθητήριον, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις σαφέστερον. Est vero in omnibus idem sensorium, dictum vero de his est in alijs clarius, scilicet ijsdem de sensibus. Libro de Gressu animalium, cap.5. ἔνια δ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἔχει καὶ τὸ ὀπίσθιον καὶ τὸ πρόσθιον, οἷον τά τε μαλάκια, καὶ τὰ στρομβώδη τῶν ὀστρακοδέρμων, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν πρότερον ἐν ἑτέροις. Quædam eadem versus habent & posterius & anterius, veluti Malacia, & testacea turbinata ostrea indutorum. Dictum vero de his est prius in alijs. ijsdem etiam. Libro de Generatione animalium primo, cap.23. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων (de plantis scilicet maribus & fœminis) ἐν ἑτέροις ἐπέσκεπται. Verum de his, in alijs consideratum est libris .s. de Plantis. Libro 2. cap.6. περὶ δὲ τῆς τούτων διαφορᾶς εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις ποῖα λυτὰ ὑγρῷ καὶ πυρί. De horum vero differentia dictum est prius in alijs, qualia sint solubilia humido, & igne. Meteoro quarto, scilicet. Libro 3. cap.7. καθάπερ γὰρ ἔν τε τοῖς ἄνω, καὶ ἐν τοῖς ὑστερογύοις εἴρηται λόγοις, τὰ μὲν τῶν ὀρνέων ᾠὰ τελειοῦνται ἐντὸς, τὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἐκτός. Quemadmodum .n. in superioribus, & proximis sermonibus dictum est, auium oua perficiuntur intus, piscium vero extra, ijsdem libris de Generatione. Libro 5. cap.1. εἰρήκαμεν δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ καθεύδειν τοιαύτην οὖσαν ἐν ἑτέροις. Diximus autem causam somni talē esse in alijs. Libro scilicet de Somno, cap.4. γίνεται δ' ἡ σῆψις ὑπὸ θερμότητος μὲν πᾶσα οὐ τῆς συμφύτου δὲ, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις. Fit quidem putredo omnis a calore, non autem innato, sicuti dictum est in alijs. Libro quarto, scilicet Meteororū. Libro primo de Partibus, cap.1. εἴρηται δ' ἐν ἑτέροις περὶ τούτων. Dictum vero est de his in alijs, scilicet de modo demonstrationis physicæ, & scientiarum. Quod quidem in posterioribus Analyticis non videtur esse. Verum quod sequitur, διώρισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις. Dictum quidem est de his in alijs. est in prioribus. Libro 2. cap.1. τῆς δ' αἰσθητικῆς δυνάμεως, καὶ τῆς κινούσης τὸ ζῷον, καὶ τῆς θρεπτικῆς, ἐν ταὐτῷ μορίῳ τοῦ σώματος οὔσης καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται πρότερον. Sensitiuæ vero potentiæ, & eius quæ mouet animal, & nutritiuæ in eadem corporis particula existentis, sicuti in alijs dictum est prius; scilicet libris de Anima. Et cap.2. καθάπερ γὰρ ἐν ἑτέροις εἴρηται πρότερον, ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν στοιχείων αὗταί εἰσιν, θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρόν. Quemadmodum enim in alijs dictum est prius, principia naturalium Elementorum istæ sunt calidum, & frigidum, & siccum, & humidum. Scilicet libris 3. & 4. de Cœlo, & libris de Generatione. Et iterum, ἀλλὰ περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν ἑτέροις διώρισται σαφέστερον, ποῖα τὰ πηκτὰ, καὶ πήγνυται διὰ τίνας αἰτίας. Verum equidem de his, in alijs determinatum est clarius, quænam congelentur, & qua de causa congelantur: quarto scilicet Meteor. Libro 3. cap.9. ἡ δὲ διαφορὰ τούτων εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις. Differentia vero horum (scilicet pinguedinis & seui) dicta est prius in alijs. Libris scilicet de Generatione vtputo. Cap.10. δεδήλωται δὲ περὶ τῆς αἰτίας ἐν ἑτέροις. Declarata autem est causa in alijs; cur scilicet viuant insecta, recisa. Atque hæc quidem sunt omnia loca quibus sine librorum nomine, dixisse se aliquid affirmat. Sunt etiam alij innumeri loci, quibus paulo ante dicta assignat his loquendi formulis. ὥσπερ ἐλέχθη,

ἐλέχθη, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὥσπερ εἴπωμεν, ὥσπερ εἴρηται, vt dictum eſt, vt diximus; vel ſimpliciter, vel adiuncto ἤδη, vel πρότερον, vel νῦν. iam, prius, nunc; quæ, quia proxima loca citant non autem libros, & quia ſine numero ſunt, nolui hoc afferre, ne ſine fructu faſtidio eſſent; ommiſi etiam omnia illa quibus in fine librorũ, vel capitum epilogum facit eorum, quæ dicta ſunt, quia ab noſtro propoſito ſunt aliena. Subiungam his illa loca, in quibus ſe aliquid tractaturum proponit, neque tamen indicat quo libro. Itaque ſecundo de Cœlo, cap. 3. ſic. νῦν μὲν οὖν ὑποκείσθω τοῦτο, ὅτι ἀκίνητος ἡ γῆ, ὕστερον δὲ λεχθήσεται περὶ αὐτοῦ. Nunc equidem ſupponatur hoc, quod immobilis ſit terra. Poſterius vero de eo dicetur. Tertio ſcilicet, & quarto lib. Rurſus, ὑποκείσθω δὲ καὶ τοῦτο νῦν, ὕστερον δὲ πειρατέον δεῖξαι. Supponatur vero etiam hoc ad præſens; poſtea vero tentandum eſt demonſtrare, ſcilicet quod Elementa contraria ſint ad inuicem: quod his ipſis libris duobus, & libris de Generatione egit. Et mox rurſus. λεχθήσεται δὲ καὶ περὶ τούτου, ἐν τοῖς ἑπομένοις σαφέστερον. Dicetur aũt etiam de hoc, clarius in ſequentibus, ſcilicet quia generatio ſit, an detur latio vna vel plures, quod libris de Generatione videtur egiſſe, ſed non admodum clarum eſt. Libro primo de Generatione, cap. 3. περὶ δὲ τοῦ, διὰ τὸ συνεχῶς κινεῖσθαι τ' ἄλλα κινοῦντος ὕστερον ἀποδοτέον τί τοιοῦτον τῶν καθ' ἕκαστα λεγομένων αἴτιον ἐστίν. De illo vero, quod quia continue moueatur, alia moueat; poſtea reddendum eſt quæ nam eorum quæ particularia dicuntur, cauſa eſt: ꝙ fecit ſecundo de Generatione, ſolem talem cauſam eſſe aſſeuerans. Libro ſecundo de Anima, cap. 7. ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος, καὶ τῶν πεζῶν ὅσα ἀναπνεῖ, ἀδυνατεῖ ὀσμᾶσθαι μὴ ἀναπνέοντα, ἡ δ' αἰτία καὶ περὶ τούτων ὕστερον λεχθήσεται. Verum homo & pedeſtrium quæcunque reſpirant, non poſſunt olfacere niſi reſpirando; cauſa vero huius rei poſtea dicetur. Libro de Senſu, & de Reſpiratione, cap. 8. οὕτω καὶ τῷ πνεύματι πρός τε τὴν θερμότητα τὴν ἐντός, ὡς ἀναγκαῖον, τὸ δ' αἴτιον ἐν ἑτέροις εἰρήσεται. Sic & ſpiritui quod neceſſarium ſit ob internum calorem. Libro autem de Senſu, cap. 3. ὅτι γὰρ οὐδὲν ἐστὶ μέγεθος ἀόρατον ἐν τοῖς ὕστερον ἐπισκεπτέον. Quod ergo nulla magnitudo inuiſibilis ſit, in poſterioribus conſiderandum: in fine libri eiuſdem. Libro de Somno, cap. 2. ῥηθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ὕστερον καθ' αὐτήν. Dicetur vero de ipſa poſtea ſeparatim de caloris innati ſalute. Libris de Generatione animalium. Rurſus, τὸ γὰρ ἐνύπνιον ἐστὶν αἴσθημα τρόπον τινά, λεκτέον δὲ περὶ αὐτοῦ ὕστερον. Somnium enim ſenſatio quodammodo eſt. Dicendum vero de ipſo poſterius. Capitibus ſcilicet de Somnijs, & de Diuinatione per ſomnium. Libro de animalium Motu, cap. 1. ἐπισκεπτέον περὶ ἁπάντων ἐν ἑτέροις. Conſiderandum de omnibus in alijs, ſcilicet motuum differentijs, ſcilicet libro de Greſſu animalium. Metaphy. 7. cap. 1. περὶ δὲ τῶν ἰδεῶν, καὶ τῶν μαθηματικῶν ὕστερον ἐπισκεπτέον. De ideis vero, & mathematicis poſtea conſiderandum. Duobus ſcilicet poſtremis libris, quos diximus Beſſarionem affirmaſſe Ariſtotelis non eſſe. Quam opinionem videtur locus is ſatis manifeſte confutare. Politico etiam primo, cap. 8. περὶ δ' ἀνδρὸς, καὶ γυναικὸς, καὶ τέκνων, καὶ πατρὸς τῆς τε περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας τί τὸ καλῶς ἐστί, καὶ πῶς δεῖ τὸ μὲν εὖ διώκειν, τὸ δὲ κακῶς φεύγειν, ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας ἀναγκαῖον ἐπελθεῖν. De marito vero & vxore, & filijs, & patre, & de eorum vniuſcuiuſque virtute, ac de conuerſatione ad ſeinuicem, quid bene, & non bene ſit; & quomodo oporteat, bonum ſequi, malum vero fugere, in ijs quæ de Rebus publicis neceſſe eſt percurrere: quę tota pars deeſſe videtur. Libro etiam 4. cap. 11. τὴν δ' αἰτίαν ὕστερον ἐν τοῖς περὶ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν ἐροῦμεν. Cauſam ve-

ro postea in ijs quæ de mutationibus rerum publicarum, dicemus. Quod fecit se quenti quinto lib. Libro quoque septimo, cap. 5. τοῦτο δ' εἰ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς λέγομεν, ὕστερον ἐπισκεπτέον ἀκριβέστερον, ὅταν ὅλως περὶ κτήσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν οὐσίαν εὐπορίας συμβαίνει ποιεῖσθαι μνείαν. Hoc vero, an bene, vel non bene dicamus, postea considerandum exactius, quando omnino de acquisitione, ac de substantiarum abundantia accidet mentionem fieri. Atque hæc quoque pars tota deest: vt etiã hæc, quam eodem lib. cap. 16. innuit ποίων δὲ τινῶν τῶν σωμάτων ὑπαρχόντων μάλιστα, ὄφελος εἴη τοῖς γινομένοις, ἐπιστᾶσι μὲν μᾶλλον λεκτέον, ἐν τοῖς περὶ τῆς παιδονομίας. Qualibus autem corporibus, maxime vtile sit genitis, aduertentibus magis dicendum in ijs quæ de pueritiæ legibus. Huius pars aliqua deesse in lib. 8. videtur. Quare dicendum est hos libros, vel ab eo imperfectos relictos, vel tales temporum iniuria euasisse. His itaque omnibus locis qui ducentorum ferè numerum æquant, nullibi (quod mirum videatur) nominatos reperimus eos libros qui physicæ auscultationis appellantur; neque eos qui de Cœlo, de Sensu, & sensili, Metaphysici, Priora, Posteriora, Elenchi inscripti sunt. Reperimus tamen dogmata in eis contenta sæpe sine libri inscriptione; sæpe etiam alia inscriptione, quàm ea quam habemus, nominatos: quas inscriptiones nunc referam. Octauo physico, cap. 1. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον. Incipiamus primum ex determinatis a nobis prius in physicis: ac statim subiungit motus diffinitionem traditam, tertio physico. Et rursus, cap. 3. ὑπέθημεν μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐν τοῖς φυσικοῖς ἀρχὴ καθάπερ κινήσεως, καὶ ἠρεμίας. Positum quidem est in physicis, naturam esse principium vt motus sic, & quietis, quòd fuit secundo physico, cap. 7. ὅτι ἄπειρον μὲν οὖν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται μέγεθος εἶναι δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς φυσικοῖς. Quod vero non possit infinita esse magnitudo, demonstratum est prius in physicis. Tertio videlicet libro. Primo metaphysi. in fine. ὅτι μὲν οὖν τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτίας ζητεῖν ἐοίκασι πάντες. Quod quidem videntur omnes quærere eas causas quas in physicis diximus. Primo scilicet libro. & decimo, capit. 5. εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς φυσικοῖς πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεται τὰ γινόμενα, καὶ πῶς ἐξ ὄντος. Dictum vero est in physicis quomodo ex non ente generantur ea quæ generantur, & quomodo ex ente. Primo scilicet. & nono Metaphy. ca. 1. τὰς μὲν οὖν ἡ διαφορὰ τοῦ ἁπλῶς γίνεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς ἐν τοῖς φυσικοῖς εἴρηται. Quæ vero differentia sit inter simpliciter fieri, & non simpliciter in physicis dictum est. Quinto scilicet libro, & primo Metaphy. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας εἴρηται τί ἐστιν ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ τῶν φυσικῶν περὶ τῆς ὕλης. De substantia quidem sensibilium, dictum est de materia in Methodo physicorum. Quibus titulis tot locis nusquam acroasim, aut auscultationem addidit, vt videatur non recte Simplicium alicubi dixisse, Aristotelem hosce libros auscultationis, siue acroaseos physices inscripsisse: Nusquam enim id legitur, cum & superiora nomina toties legantur, & etiam sæpe libros de natura eosdem appellet περὶ φύσεως. Veluti octauo physico, cap. 5. τὸ κινούμενον ἅπαν εἶναι διαιρετὸν εἰς αἰεὶ διαιρετά τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως. Omne, quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia, hoc enim demõstratum est prius in vniuersalibus de natura, quòd fuit sexto physico. Cap. etiam tertio. τεθεωρημένων οὖν ἱκανῶς περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ὅμως. Consideratis sufficienter his in ijs quæ de natura, tamen. scilicet primo physico. Capite quinto, de Parmenidis opinione. περὶ οὗ σαφέστερον ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἰρήκαμεν. De quo clarius in ijs quæ de natura diximus, primo scilicet libro. Cap. 6. ὅμως δὲ τοσοῦτον

γε ἔχομεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι τῶν λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας, οὐθεὶς ἔξω τῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων εἴρηκεν. Nihilominus tantum ex ipsis habemus, quòd dicentium de principio & causa nemo extra ea quæ nos in ijs quæ de natura determinauimus, dixit. Cap. 7. γινόμενά τε γὰρ ἐξ ἀλλήλων ὁρῶμεν, ὡς οὐκ ἀεὶ διαμένοντος πυρὸς, καὶ τῆς τοῦ αὐτοῦ σώματος, εἴρηται δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φύσεως περὶ αὐτῶν. Fieri namque ex se inuicem videmus, veluti non semper eodem ignis, & terræ corpore permanente. Dictum vero de ipsis etiam in ijs quæ de natura. Primo etiam Metaphysico, cap. 4. οὗτοι μὲν οὖν ὥσπερ λέγομεν καὶ μέχρι τούτου δυεῖν αἰτίαιν ἐφήψαντο ὡς ἡμεῖς διωρίσαμεν ἐν τοῖς περὶ φύσεως τῆς τε ὕλης, καὶ τοῦ ὅθεν ἡ κίνησις. Isti equidem vti dicimus, vsque ad duas causas attigerunt, sicuti nos determinauimus in ijs quæ de natura: materiam & vnde motus. Quod quidem primo libro egit, in quo de materia tantum, & aliquid de motore ex Anaxagoræ sententia. 12. item Metaphysico, cap. 9. καὶ περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, καὶ τῶν πρώτων αἰτίων καὶ στοιχείων, ὅσα μὲν λέγουσιν οἱ περὶ μόνης τῆς αἰσθητῆς οὐσίας διορίζοντες, τὰ μὲν ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἴρηται, τὰ δ' οὐκ ἔστι τῆς μεθόδου τῆς νῦν. Ac de primis principijs, & primis causis, & Elementis quæcunq; quidam dicunt, qui de sola sensibili substantia determinant partim quidem dicta sunt in ijs quæ de natura, & partim non sunt præsentis Methodi. Videtur etiam hosce libros περὶ κινήσεως de motu vocasse. Nam primo Cœli, ca. quinto sic scripsit. ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον τὴν ἄπειρον διελθεῖν ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, ἐν ἀπείρῳ ἄρα. δέδεικται γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως. Verum illud est manifestum quòd impossibile sit, infinitum pertransire in finito tempore, in infinito ergo. Demonstratum enim, id est primum, in ijs quæ de motu. Quod sexto, & octauo libris ostendit. Cap. vero septimo. λόγος δ' ἐν τοῖς περὶ κινήσεως, ὅτι οὐδὲν ἔχει ἄπειρον δύναμιν τῶν πεπερασμένων, οὐδὲ τῶν ἀπείρων, πεπερασμένην. Ratio vero est in ijs quæ de motu, quod nullum finitum habet potentiam infinitam, neque vllum infinitum, finitam: quòd octauo fuit ostensum. Libro tertio Cœli, cap. primo. περὶ δὲ τούτων ἐπέσκεπται πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδιαίρετα μήκη. De his vero consideratum est prius in sermonibus de motu, quod non sint indiuisibiles magnitudines, quòd libro sexto est, cap. quarto. περὶ ὧν εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ χρόνου καὶ κινήσεως: De quibus dictum est prius in ijs quæ de tempore & motu. Libris scilicet sexto, & octauo. Primo de Generatione, cap. tertio. περὶ μὲν οὖν ἐκείνης εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ὅτι ἐστί τὸ μὲν ἀκίνητον τὸν ἅπαντα χρόνον, τὸ δὲ κινούμενον ἀεί. De illa quidem dictum est prius in sermonibus de motu, quod sit aliquid immobile omni tempore, aliquid vero quòd semper mouetur. Octauo physico. Libro de Sensu, cap. sexto. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ κινήσεως. Dictum vero de ipsis est in sermonibus de motu. Scilicet de magnitudine indiuisibili, quod sexto physico est tractatum. Metaphysico octauo, cap. octauo. ὁ γὰρ μανθάνων οὐκ ἔχει, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ γινομένου γεγενῆσθαί τι, καὶ τοῦ ὅλως κινουμένου, κεκινῆσθαί τι: δῆλον δὲ ἐν τοῖς περὶ κινήσεως τοῦτο. Discens enim non habet, sed quia eius quod fit, factum iam est aliquid, & omnino eius quòd mouetur, motum aliquid est, clarum vero est istud in ijs quæ de motu: Sexto scilicet libro. Secundo etiam de demonstratione, cap. 12. ὥσπερ οὖν γραμμὴ πρὸς στιγμὴν ἔχει, οὕτω τὸ γινόμενον πρὸς τὸ γεγονός, ἐνυπάρχει γὰρ ἄπειρα γεγονότα, ἐν τῷ γινομένῳ, μᾶλλον δὲ φανερῶς ἐν τοῖς καθόλου περὶ κινήσεως, δεῖ λεχθῆναι περὶ τούτων. Sicuti ergo linea ad punctum habet, ita quod fit ad factum, insunt. n. infinita facta in eo quod fit; magis

tamen clare in vniuersalibus de motu oportet de ipsis dicere, quod fuit 6.physico. His itaque omnibus locis cum de motu sermones citat, nō ex omnibus octo libris affert, sed ex 6. & 8. tantum. Atque ita Simplicius posteriores hos, a quibusdam de motu inscriptos esse ait, Aristotelica scilicet & germana inscriptione. Porphyrius vero, eodem Simplicio testante, etiam quintum, esse de motu ait. Sed septimum nullo horum locorum apparet appellatum: vt hac etiam ratione vel Aristotelis eum librum non esse, vel ab Aristotele nō approbatum, recte cum Eudemo concluserimus; vocabimusq; hos tātum libros. 5. 6. & 8. de Motu. Quatuor vero illis anteriores, physici, vel de natura, Aristotelica nomenclatura debent appellari: quod nos post hac semper faciemus, vel etiam de principijs: nā primo Cœli, cap. 6. sic habet. μὴ μόνον κατὰ τοὺς λόγους τοὺς ἐν τοῖς περὶ τὰς ἀρχὰς εἰρημένους ἡμῖν. διώρισται γὰρ καὶ ἐκεῖ καθόλου πρότερον περὶ ἀπείρου, πῶς ἔστι, καὶ πῶς οὐκ ἔστι. Non solū secundū sermones qui de principijs a nobis sunt dicti, determinatū namq; ēt ibi est, de infinito, quo modo est, & quo modo non est. Quod factū est lib. 3. Sed nos malluimus eos, vel Physicos, vel de Natura appellare; tum quia semel tātū hoc nomine de Principijs vsus est, tū quia etiā equiuoca hęc est appellatio; cum libris de Sapientia, vt postea clarescet. Atq; hactenus de his. Libros vero quos de Cœlo appellamus posteriores scilicet duos, ipse duobus insigniuit nominibus: de primo Cœlo, ac de primo Elemento. Nam principio tertij sic scripsit. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, καὶ τῶν μερῶν. De primo quidem Cœlo, & Partibus. Et paulo post. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται. De primo quidem Elementorum dictum est. Id vero quod annectit, λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν reliquum vero est de duobus dicere, scilicet Elementis. Duo vocans ea ratione quam recte Simplicius assignauit grauis, & leuis. Itaque hi duo posteriores libri non amplius de Cœlo vocādi sunt, sed de Elementis. Quod etiā alijs Aristotelis locis comprobatur. Nam secundo de Anima, cap. 11. λέγω δὲ διαφορὰς αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. Dico vero differentias quæ determinant ipsa Elementa, callidum, frigidum, siccum, humidum; de quibus diximus prius, in ijs quæ de Elementis. Libro etiam de Sensu, cap. 4: γῆς δὲ τὸ ξηρόν. ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. Terræ vero siccum, sicuti dictum est in ijs quæ de Elementis. Quod nō nisi duobus illis libris ex instituto tractatum est. Eos itaque de Elementis inscribimus, quo titulo Laertius Aristotelem libros scripsisse testatur, etiamsi tres enumeret; sed in numeris græcorum facilis est lapsus. Librum vero quem habemus de Sensu & sensilibus περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. Quemq; Galenus libro de Sensorio olfactus, testatur a quibusdam inscriptum etiam fuisse περὶ αἰσθήσεως, καὶ αἰσθητηρίων. De Sensu & sensorijs, Aristoteles περὶ αἰσθήσεως de Sensu simpliciter; vti superius vidimus multoties vocat, quod etiam nos faciemus. Quod etiam accidit in titulo Analyticorū; quos Aristoteles ipse, simpliciter toties vti vidimus, nominat Analyticos: sine vlla adiunctione, vel priorum vel posteriorum, aut etiam primorum vel secundorum, qui tituli non sunt Aristotelis, sed ab alijs quibusdam impositi; quod Galenus clare reliquit testatum lib. 2. de Placitis Hippo. & Platonis. His verbis. ἐν δὲ τοῖς περὶ ἀποδείξεως, ἃ δὴ καὶ δεύτερα ἀναλυτικὰ ἐπιγράφουσι. In libris vero de Demōstratione, quos sanè & secunda Analytica inscribunt. Libro etiam de proprijs libris τέτταρα δὲ εἰς τὸ πρότερον περὶ συλλογισμῶν, καθάπερ γε καὶ εἰς τὸ δεύτερον ἴσα τὸν ἀριθμὸν, ἐπιγράφουσι δ' αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ νῦν, ἀναλυτικῶν προτέρων, ὥσπερ καὶ δευτέρων. τὰ περὶ τῆς ἀποδείξεως. αὐτὸς δ' ὁ Ἀριστοτέλης τῶν

μὲ προτέρων ὡς περὶ συλλογισμοῦ γεγραμμένων αὐτοῦ μέμνηται, τῶν δὲ δευτέρων, ὡς περὶ ἀποδείξεως. Quatuor in primum de ſyllogiſmis, ſicuti in ſecũdum æquales numero. Inſcribunt autem ipſos ferè omnes huius ætatis, Analyticorum priorum ſicuti & ſecundorum, libros de Demonſtratione. Ipſe vero Ariſtoteles priorum, quidem meminit vti de ſyllogiſmo a ſe ſcriptorum. Secundorũ vero vti de Demonſtratione. Quod quidem verum eſſe ex his Ariſtotelis verbis apparet, quæ ſunt, libro primo de Demonſtratione, cap.3. οὕτως μὲν οὖν ἐνδέχεται ἐξ ἀλλήλων δεικνύναι, πάντα τὰ αἰτηθέντα ἐν πρώτῳ σχήματι, ὡς δέδεικται, ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ. Ita quidem poſſent ex ſe inuicem demonſtrari omnia petita in prima figura vt demonſtratum eſt in iis quæ de ſyllogiſmo. Eodem lib.cap.8. ἀποδεικνύοντα γὰρ οὐκ ἔστιν ἐρωτᾶν, διὰ τὸ τῶν ἀντικειμένων ὄντων μὴ δεικνύσθαι τὸ αὐτὸ, δέδεικται δὲ τοῦτο, ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ. Demonſtrantem enim non eſt interrogare, quia oppoſita cum ſint non demonſtratur idem. Demonſtratum autem hoc eſt in iis quæ de ſyllogiſmo. Quo etiam titulo vſus eſt Proclus, cap.35. eorũ q̃ in Platonis rẽpublicã ſcripſit. οὕτω καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς, ſic & Ariſtoteles in demonſtratiuis; itaque nos quoque vt Ariſtoteles fere ſemper, Analytica ſimpliciter vocabimus, libros numeris diſtinguentes; vel duos priores de ſyllogiſmo vocabimus, reliquos de demonſtratione. Metaphyſicos vero libros, certum eſt ab Ariſtotele eo nomine nuſquam appellatos. Videtur tamen ea appellatio antiquiſsima, quoniam Nicolaus Damaſcenus eam appellationem videtur agnouiſſe, qua Theophraſti libellum qui circumfertur appellauit, & poſt eum Plutarchus in Alexandro, hos libros nominat: ἀληθῶς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία. Reuera.n. tractatio Metaphyſica; itaque poteſt videri ab Andronico hæc appellatio manaſſe, quæ certe Ariſtotelica non eſt, qui primis duobus capitibus proponit his libris de Sapientia ſe tractaturum. Initio poſtea tertii libri Sciẽtiam de ente nominat. Sequenti vero capite ait ad philoſophum pertinere eius tractationem; primo poſtea capite 5. libri, eam primam philoſophiam nominat, & mox Theologiam. Quæ nominũ multitudo in cauſa forte fuit vt Andronicus (ſi tamen is fuit) quo certo nomine eos appellaret dubius, aliud finxerit, ac μετὰ τὰ φυσικὰ appellauerit; nulla ſane nec ab Ariſtotelis authoritate, neque a re ipſa ſumpta ratione: nam Ariſtoteles primam philoſophiam hanc vocat, quia de ſubſtantiis, quæ priores phyſicis ſubſtantiis ſunt, pertractatur: ait enim 6.lib. cap.1. εἰ δ' ἔστι τὶς οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα, καὶ φιλοσοφία πρώτη. Si autem eſt aliqua ſubſtantia immobilis, ipſa prior, & philoſophia prima. Qua duplici ratione rei, ſcilicet & Ariſtotelicæ authoritatis πρὸ τῶν φυσικῶν ante phyſica; longe melius, quàm μετὰ τὰ φυσικὰ Metaphyſica, appellari debuiſſent, ſi ab Ariſtotelicis nominibus diſcedendum fuerat. Quæ nomina multiplicia, & rem ipſam multiplicem hiſce libris tractatam, ſequentium libro aliquo diligentius perpendemus. Hoc loco id ſolum dicam ſi quando alijs libris, res in his tractatas citat, primæ philoſophiæ nomine ſemper citat, veluti fine primi phyſici. περὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς πρότερον μία ἢ πολλαὶ, καὶ τὶς ἢ τινὲς εἰσὶ, δι' ἀκριβείας τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἔργον ἐστὶν διορίσασθαι ὥστε εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀποκείσθω. De principio vero ſecundum formam, vtrum vnum eſt aut plura, & quod & quæ ſint exacte terminare, primæ philoſophiæ opus eſt, quare in illud tempus reponatur. Et libro de animalium motu, cap.6. διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας. Determinatum eſt primo in iis quæ de prima philoſophia, Sed de re hac poſtea exactius. Libellus quoque ſui περὶ ζώων πορείας inſcriptionem paſsim præfert de

animalium ingressu; rectius Aristotelico titulo inscriberetur, περὶ τῶν πρὸς τὴν κατὰ τόπον κίνησιν χρησίμων μορίων, de partibus ad localem motum vtilibus: nam ipse sic principio libri expresse scribit. περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζώοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον. De vtilibus vero partibus ipsis animalibus ad motũ qui secundum locum, & quæ sequuntur. Toto enim tractatu agit, non solum de pedibus, qui ad gressum vtiles sunt, sed etiam de alis, de pinnis, de signis quatuor, quæ tum ad volatum, tum ad natationem, atque etiam reptionem faciunt, in quæ summa quatuor genera, motum animalium localem, tum primo de partibus, tum alibi sæpe diuisit, scilicet πτῆσιν, νεῦσιν, βάδισιν, καὶ ἕρψιν. Volatum, natationem, gressum, & reptionem. At quod ex cap. II. superius attulimus non integrum hunc librum, sed eius partem significat eam scilicet quæ speciatim de ingressu egit capitibus. 6. 7. 8. Atque hęc sunt quæ ad speciales aliquot librorum titulos mutãdos afferre possumus. Ad generales vero quod attinet, adijcimus, Aristotelem nusquam tractatus suos, quos nos libros appellamus, βιβλία libros nuncupasse, sed tribus tantum modis ἐν τοῖς, in ijs quæ, atque ἐν τοῖς λόγοις, κατὰ τοὺς λόγους. in sermonibus, ac per sermones. Bis vero ait ἐν τοῖς θεωρήμασι, in Theorematibus. Veluti primo Meteorum, cap. I. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐν τοῖς περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήμασι. Dictum quidem est etiam prius in Theorematibus de superiore loco. Ac alio loco quem superius attulimus, vocauit θεωρήματα περὶ ψυχῆς. Theoremata de anima. Quare Aristotelica authoritate non libri βιβλία, sed λόγοι sermones sunt eius libri inscribendi. Quo argumento, præter ea quæ superius in Rhetorica ad Alexandrum reijcienda, adduximus, secure audemus asserere, eam Aristotelis non esse, eo quòd sine procemij βιβλία libros nominat. περιτδέξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις. Occurres vero duobus his libris. Nam hic quidem Aristotelis mos non est.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS LIBRI ACROAMATICI, EPOPTICI. EXOTERICI, ENCYCLII, ECDEDOMENI.

LIBER SEXTVS.



CONTVLIMVS tibi Zacharia iucundiſsime, libro antecedente, in vnum: multo noſtro labore, ac penè tædio conquiſita, omnia, omnium librorum, qui vti Ariſtotelis circunferũtur loca, quibus libri alij appellantur. Hæc res, a multis Ariſtotelicorum dogmatum ſtudioſis deſiderata, a nemine adhuc fuit tentata. In quibus locis quoniã aliquoties Exoterici quidã ſermones, ac Encyclij ſunt adducti; præſenti labore propoſitũ eſt nobis tibi exponere, quid ſibi vir is voluerit, cum a ſe ſcriptos Exotericos, Encyclios, ac Ecdedomenos libros memoret; ad eosq; adeundos, lectores remittat. Multos namq; magnos viros, hæc res non mediocriter torſit: & adhuc eſt ſub iudice lis: & præter hos, ij etiã ſunt quos interpretũ eius aliqui, Acroamaticos, aut Epopticos appellant. Afferã igitur primo, omnes eos locos ſuperiore libro de induſtria ommiſſos vbi libri hi ſunt nominati. Deinde magnorum virorum varias, atque inter ſe diſcordes ſententias proferam; poſtremo noſtram ſignificabo. Itaque a primo rem aggredientes, dicimus, Ariſtotelẽ Acroamaticos, vel Epopticos libros in ijs quos habemus libris, nullibi nominaſſe. Exotericos nouies; Encyclios, bis; Ecdedomenos ſemel. Loci autem ſunt hi. Libro quarto phyſico, cap. 10. ita ſcribit, de tempore diſputare aggreſſus. πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν, ἢ τῶν μὴ ὄντων; εἶτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ. Primum vero recte habet dubitare de ipſo, per Exotericos ſermones, vtrum entium ſit, an non entium; poſtea quæ eius ſit natura. Libro autem Metaphyſico 12. cap. 1. ἔπειτα μετὰ ταῦτα χωρὶς περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτῶν ἁπλῶς, καὶ ὅσον νόμου χάριν; τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ, καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. Adhuc, poſt hæc ſeparatim de Ideis ipſis ſimpliciter, & quantum legis gratia; peruulgatum enim eſt plurimum etiam per Exotericos ſermones. Primo autem Nicomachio, cap. 13. Θεωρητέον δὲ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς; Θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα. τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐπὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς. οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Speculandum vero eſt etiam Politico viro de Anima: ſpeculandum vero horum gratia, & quantum ſat habet, ad ea quæ quæruntur, namque exactiſsime de ea tractare, difficilius forte eſt, quàm hæc ipſa nobis propoſita ſint. Dicuntur vero de ea quædam ſatis ſufficienter, in Exotericis ſermonibus: quibus vtendum eſt: veluti, quòd alia eius pars ſit irrationalis, alia rationem habens. Libro ite-

rum 6.cap.4. τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, ἔστι τι καὶ ποιητὸν, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις. πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν, καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερον ἐστὶ, τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως: καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων. Illius vero quod aliter sa habei e potest, est quiddam factibile, quiddã agibile: aliud autem est factio,& actio. Credimus autem de ipsis, etiam Exotericis sermonibus; itaque aliud etiam est habitus ratione actiuus, ab habitu ratione factiuo, neque alter ab altero continetur. Primo quoque Eudemico, cap.8. ἐπίσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Speculata vero res est, multis modis, & in Exotericis sermonibus, & in philosophicis. Libro etiam Eudemico secundo, statim in principio. πάντα δὴ τὰ ἀγαθὰ, ἢ ἐκτὸς, ἢ ἐν τῇ ψυχῇ; καὶ τούτων αἱρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ; καθάπερ διαιρούμεθα, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Omnia itaque bona vel extra, vel in anima; atque eorum, eligibiliora sunt ea, quæ in anima; quemadmodum diuisimus etiam in Exotericis sermonibus. Est quoque Eudemico quinto, idem locus qui etiam sexto Nicomachio, nam libri quoq; ijdem. Politico vero 3.cap.4. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς γε, τοὺς λεγομένους τρόπους, ῥᾴδιον διελεῖν: καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. Sed enim & principatus modos, facilius est diuidere; etenim in Exotericis sermonibus determinauimus de eis multoties. Libro etiam 7. cap.1. νομίσαντας οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς. Putantes igitur sufficienter multa dici, eorum quæ sunt in Exotericis sermonibus, de optima vita, ijs est etiam nunc vtendum. Atque hæc quidem sunt, loca omnia ex libris extantibus Aristoteli attributis in quibus Exoterici nominati reperiuntur. Animaduertendumq; est omnibus dici; non libris, non tractatibus, non operibus, sed sermonibus Exotericis. Encycliorum vero meminit libro 3. de Cœlo, cap.9. his verbis καὶ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα, πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον. Et quemadmodum in Encyclijs philosophemasi, circa diuina sæpe rationibus apparet, quòd diuinum sit immutabile. Primo vero Nicomachiorum, cap.5. φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη (de virtute loquens) δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου; καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν, καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα. τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων: καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις: ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις, εἴρηται περὶ αὐτῶν. Apparet quidem & ipsa imperfectior esse, videtur enim posse & dormire is qui virtutem habet, & otiari tota vita; atque ad hæc, mala pati, ac infortunia maxima: eum vero qui ita viuat, nemo beatum diceret, nisi Thesin diffendens. Sed de his satis, sufficienter enim de eis dictum etiam in Encyclijs. Locus vero de Ecdedomenis est libro de arte Poeticæ his verbis. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν, ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς. Dictum autem est de ipsis, in vulgaris sermonibus, sufficienter. Nulla præter has, omnibus quos habemus libris, mentio horum librorum est facta. Atque hæc, quantum ad primum, quod propositum a nobis fuit, sufficiant. Ad secundum accedamus; ac primo loco, Ciceronis antiquissimi scriptoris opinionem, ac verba afferamus, quibus quid Exoterici essent declarat. Est autem locus lib.5. de Finibus, in hunc habens modum. De summo autem bono, quia duo librorum genera sunt, vnum populariter scriptum, quod Exotericon appellatur; alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt. Post quem Plutarchus in Alexandro sic scripsit. ἔοικε δ' Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων,

ἀπορρήτων, καὶ βαθυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως, ἀκροαματικὰς, καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες, οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλοὺς, μεταχεῖν. Videtur Alexander nō solum Ethicum & Politicum ſermonem didiciſſe, ſed etiam ſecretiorum ac profundiorum doctrinarum particeps factus, quas ij viri, proprie Acroamaticas, atque Epopticas vocantes, non efferebant in vulgus. Gellius autem lib. 20. cap. 4. hac ipſa de re, ſic ſcripſit. Commentationum ſuarum, artiumq́; , quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles philoſophus, Regis Alexandri magiſter, duas ſpecies habuiſſe dicitur: alia erant quæ nominabat Exoterica, alia quæ appellabat Acroamatica. Exoterica dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumq́; rerum notitiam conducebant: Acroamatica autem vocabantur, in quibus philoſophia remotior, ſubtiliorq́; agitabatur, quæque ad naturæ cōtemplationes, diſceptationesve Dialecticas pertinebant. Huic diſciplinæ quam dixi Acroamaticen, tempus exercendæ dabat in Lycio matutinum; nec ad eam quenquam temere admittebat, niſi quorum ante ingenium, & eruditionis elementa, atque in diſcendo ſtudium, laboremq́; exploraſſet. Illas vero ἐξωτερικὰς, eodem in loco veſperi faciebat, easq́; vulgo iuuenibus ſine delectu dabat; atque eam δειλινὸν περίπατον appellabat: illam alteram ſupra, ἑωθινόν. Vtroque enim tempore ambulans diſſerebat, libroſq́; ſuos earum rerum omnium, commentarios ſeorſum diuiſit, vt alij Exoterici dicerentur, partim Acroamatici. Ammonius autem Hermiæ, multis annis, & Plutarcho, & A. Gellio poſterior, commentariorum ſuorum in prædicamenta prolegomenis, longe ſecus hac de re ſcripſit, his ſcilicet verbis. τῶν δὲ συνταγμάτων, τὰ μὲν διαλογικὰ, τὰ δ' αὐτοπρόσωπα. Αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο, ἅπερ καὶ Ἀκροαματικὰ καλοῦσιν, διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Διαλογικὰ δ' ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραφεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα; ἅπερ καὶ Ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γεγράφθαι ὠφέλειαν. Διαφέρει δὲ πλεῖστον τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντά τε αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων, καὶ οἷς οὐχ οἷοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ παρακολουθῆσαι. ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς, ἅτε πρὸς κοινὴν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' οὐ διὰ ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δι' ἁπλουστέρων καὶ οἷς οἷοί τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν. Compoſitionum autem aliæ dialogicæ, aliæ ex ſua perſona. Suæ perſonæ ſunt, in quibus ex propria perſona doctrinam tradebat, quas etiam Acroamaticas vocant; quia ad legitimos diſcipulos ſermonem faciebat. Dialogicæ vero, quæcunque non ex propria perſona conſcripſit, ſed vt Plato, aliorum ſupponens perſonas, quæ etiam Exoterica vocabant, quia ad vulgi vtilitatem ſcriberentur. Differunt vero plurimum dialogica ab ijs quæ ex propria perſona ſunt. In his namque, veluti ad legitimos auditores ſermonem faciens, ea quæ ſibi videntur tradit, rationibus exactiſſimis, & quas vulgus conſequi non poteſt. In Dialogicis vero, veluti qui ad communem vulgi vtilitatem ſcripti ſunt, quæ ſibi videntur tradit quidem, ſed nequaquam rationibus demonſtratiuis, ſed ſimplicioribus quibuſdam, & quas vulgus conſequi poteſt. Ammonij autem huius auditor Philoponus aliter aliquanto quàm præceptor hanc rem nobis tradidit, commentationum ſuarum in libros Ariſtotelis de Anima lib. 1. comm. 138. in quo ſic ſcripſit. ἐν τοῖς ἐν κοινῷ φησὶ λεγομένοις λόγοις. λέγει δ' ἂν ἢ τὰς ἀγράφους αὐτοῦ συνουσίας πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἢ τὰ ἐξωτερικὰ συγγράμματα: ὧν εἰσὶ καὶ οἱ διάλογοι, ὧν ὁ Εὔδημος. Ἅπερ διὰ τοῦτο ἐξωτερικὰ κέκληται, ὅτι οὐ πρὸς τοὺς γνησίους ἀκροατὰς ἐγράφη, ἀλλ' εἰς τὴν κοινὴν, καὶ τὴν τῶν

πολλῶν ὠφέλειαν. In ijs qui in communi dicuntur ſermonibus, dicit vero forſan vel non ſcripta eius colloquia cum ſocijs, vel Exoterica ſcripta; quorum ſunt etiam dialogi; e quibus eſt Eudemus. Quæ ideo Exoterica vocata ſunt, quia non ſunt ſcripta ad proprios ſocios, ſed ad communem & vulgi vtilitatem. Simplicius vero aliter & ipſe, in phyſicorum procemio, hac de re ſcripſit his verbis. Cum vero bifariam ſcripta eius diuidantur, in ea quæ Exoterica nominabat, ceu ſunt hiſtoricæ & dialogicæ meditationes, & penitus ea, quæ exactam & ſummã diligentiam non poſtulant: & in ea quæ Acroamatica appellabat, inter quæ præſens tractatio numeratur: in Acroamaticis data opera obſcurus eſſe voluit, vt ſegniores ab huiuſmodi ſtudio repellat, & dehortetur, perinde ac ob illã, Acroamatica ſcripta fuiſſe non videantur. Hæ ſunt ergo grauiſsimorum authorum hac de re ſententiæ: variæ quidem atque inter ſe diſsidentes. Ex quibus ſi diligenter perpendantur, aut nihil omnino colligere poterimus, aut permultum. Nihil dixi, quia ſi vnius eorum ſententia vera eſt; quoniam ab ea reliquę ſententiæ diſsident, hæ ipſæ veræ non erunt. Si vero omnes veræ ſint, permultum lucri fecimus; quoniam omnes Naturales, Theologicos, ac Logicos libros, demonſtratiuis rationibus conſcriptos, Acroamaticos dicere poterimus. Reliquos omnes Ethicos, Politicos, Oeconomicos, Rhetoricos, Poeticos, Hiſtoricos, Dialogos, non demonſtratiuis rationibus, ſed ad popularem ſenſum accommodatis, ſcriptos, Exotericos eſſe, tutò affirmabimus. Quæ res ſi vera eſt, cum in has duas tantum claſſes, omnes Ariſtotelici libri, redacti ſint, ij qui de naturalibus rebus, & diuinis, & logicis, non demonſtratiuis argumentationibus ſcripti ſunt, inter Acroamaticos, nullum habebunt locum. Qualis Hiſtoria animalium, Problemata, Phyſiognomica. Mirabiles narrationes, Topica, tota fere Metaphyſica. Quoniam ſi libri nulla demonſtratione ſcripti ſunt, neq; etiam inter Exotericos recipientur; cum de rebus abſtruſis, ſint conſcripti. Quod ſi exactiſsima ratio, ex Ammonij ſententia propria Acroamaticorum eſt; omnes Ariſtotelis libri Acroamatici erunt, nulli Exoterici. Teſtatur enim is ipſe Ammonius, Ariſtotelem omnes ſuos libros, demonſtratiua methodo ſcripſiſſe. Ait enim ἐπειδὴ οὖν ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πραγματείαις ὁ φιλόσοφος κέχρηται τῇ ἀποδεικτικῇ μεθόδῳ, In omnibus namque ſuis operibus vſus eſt philoſophus, demonſtratiua methodo. Si vero alia ex parte, argumenta ſimpliciora, propria ſunt Exotericorum, iam omnes Ariſtotelici libri, Exoterici erunt; ſi quidẽ vera eſt, Auerrois, omnium interpretum, vt multi putant, Ariſtoteliciſsimi, ſententia, qui nullam exactam demonſtrationem, in omnibus Ariſtotelis libris reperiri, affirmare eſt auſus. Quid ergo in hac tam ambigua, ac perplexa re, dicemus nos?

propria ſententia

Dicimus, itaque nos, primo duplicem hunc librorum ordinem, non fuiſſe proprium Ariſtotelis, ſed & Theophraſti, ac forte Eudemi et aliorum eius diſcipulorum; necnon Platonis, antiquiorumq;, poſteriorumq; nonnullorum philoſophorum. Secundo, alterum ordinem eorum librorum fuiſſe qui promulgati eſſent, quem Exotericum appellarent; alterum apud ſe, ac in ſcholis retentum, diſcipuliſq; legi ſolitum, quem Acroamaticum vocauere. Vtranque hanc animaduerſionem, veram eſſe, ex Clemente Alexandrino, & Galeno ſatis clare apparebit. Locus Galeni eſt libro de Subſtantia facultatum naturalium in principio ſtatim. Πλάτων γοῦν αὐτὸς ἔμψυχα μὲν ἀεὶ λέγει τὰ ζῶα, τοὺς λίθους τε, καὶ τὰς πόας, καὶ τὰ ξύλα, καὶ καθόλου φάναι τὰ φυτὰ πάντα τῶν ἀψύχων σωμάτων εἶναι φησιν. ἀλλ' ὅταν ἐν Τιμαίῳ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ὀλιγίστοις ἀκροαταῖς καταχολουθεῖν ἐπιστημονικοῖς

τημονικοῖς λόγοις δυναμένοις, ἀποχωρήσας τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων εἰς ὅλον τὸν κόσμον ἐκτετάσθαι λέγει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, διαφωνίαν οὐ χρὴ τοῦτο νομίζειν εἶ(ναι) τ' ἀνδρὸς, ἐαν[?] τ' ἀναντία λέγοντος. ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου, τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δ' ἀκροάσεις, τοῖς ἑταίροις. Plato quidem ipſe, animata ſemper dicit. animalia. Lapides vero, herbas, & ligna, & omnino plantas omnes, de inanimatorum corporum numero eſſe ait. Sed quando in Timæo omnem naturalem ſpeculationem, paucisſimis au ditoribus, ſcientificos ſermones aſſequi valentibus, ſeparans, ab his quæ vulgo creduutur, in vniuerſum mundum ait extenſum eſſe ipſius animam; non eſt putandum hanc eſſe disſidentiam, qua vir iſte ſibi contraria dicat. Quemadmodum neque Ariſtotelis vel Theophraſti, qui alia quidem vulgo ſcripſerũt; Acroaſes vero, diſcipulis familiaribus. Quibus verbis, & Platonem ante Ariſtotelem, & poſt eum, Theophraſtum huiuſmodi libros ſcripſiſſe, fit clarum. Hanc rem poſteriorem tetigit etiam libro de Sophiſmatis in dictione contingentibus. Dum ait. συνήθες δὲ τὸ τοιοῦτον τάχος τῷ φιλοσόφῳ καὶ καθάπερ ἐπὶ σημείων ἐκφέρειν τὰ πολλὰ καὶ διὰ τὸ πρὸς τοὺς ἀκηκοότας ἤδη, γράφεσθαι. Conſueta vero eſt velocitas iſta, ipſi philoſopho, ac veluti per ſigna, proferre multa; quia ſcriberet, ijs qui iam audierant. Quam forte opinionem, hauſit Galenus ex fine, eius ipſius libri Elenchorum, de quo ibi tractat: quo Ariſtoteles diſcipulos alloquitur, vt inuentis gratiam haberent; ommisſis veniam darent, veluti iis ipſis ſcripſiſſet eum librum, qui audierant. Hosque libros Acroaſes, vel Acroamaticos appellarunt, non ſolum Ariſtoteles, ſed etiam Theophraſtus, vt loco priore autumat Galenus; atque etiam alij, vt verba illa Plutarchi ſupra allata ἃς οἱ ἄνδρες, Ἀκροαματικὰς, καὶ Ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλούς. Quas viri, auditorias, ac perſpectorias (quaſi ab ipſis audita & viſa) vocantes, non proferebant in vulgus. (Quaſi dicat, alios vero qui Acroamatici non eſſent, in vulgus proferebant, atque ideo Exotericos, atque externos, nominabant. Hanc totum rem, omnium clarisſimè docuit Clemens, Stromatum libro 5. ſic ſcribens. Non ſolum autem Pythagorei, & Plato multa occultabant, ſed etiam Epicurei dicunt, quædam eſſe apud ſe archana, & non permittere omnibus vt ea ſcripta legant. Quin etiam Stoici dicunt, a Zenone primo quædam fuiſſe conſcripta, quæ non facile permittunt legere diſcipulis, quorum non prius fuerit factum ab ipſis periculum, an germane, ac ſincere philoſophentur. Ariſtotelici quoque dicunt ex ſuis ſcriptis, alia quidem eſſe ἐσωτερικά. ideſt interna, alia vero communia & ἐξωτερικά, hoc eſt externa. Quin etiam, qui fecerunt myſteria, cum eſſent philoſophi ſua dogmata obſcurauerunt fabulis, vt non eſſent manifeſta omnibus. Et mox. Quin etiam cum Pythagorea conſuetudo, & quæ cum familiaribus erat duplex coniunctio, vocans quoſdam ἀκουσματικούς, quoſdam vero μαθηματικούς Acuſmatici vocabantur, vt Iamblichus declarat, qui fide tantum, nulla ratione, tenebant, quod didicerant. Eorumque fuit vt ego puto illud αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit. Mathematici vero, qui è contra, ab eo ſecretiore doctrina, rationem etiam eorum quæ docebantur, percipiebant. Eſt vero hac de re, locus inſignis apud Galenũ lib. 3. de Plac. Hipp. & Gal. quo ait Stoicos habuiſſe tales quoſdam ſermones ſecretiores, quos non omnibus communicabant; vocabantque Eſotericos: ſic enim ſcribit. οὐ μὴν προσίενται γε πάντες οἱ τεχνικοὶ τῆς Στοᾶς τοιαύτην ἐξήγησιν, ἀλλ' ἕτερόν τι λέγεσθαι φασὶν, οὐ δηλοῦσι δ' αὐτὸ, τῶν ἐσωτερικῶν ὑπάρχον δηλονότι καὶ ἐπιτιμῶσιν ἡμῖν ἀξίως ὡς προπετῶς ἀντιλέγουσι πρὶν γνῶναι τὸ λεγόμενον. Neque enim omnes Stoici recipiunt ta-

lem expositionem; sed aliud quid dici aiunt; neque id declarant, nimirum interiorum quippiam existens: & reprehendunt nos quòd statim, ac precipitanter contradicimus, priusquàm noscamus id quod dicitur. Fluxit autem hic occultandarum disciplinarum mos a Noe, qui libros suos si Beroso credimus, tum Armenijs, tum Aegyptijs, tum etiam Hetruscis reliquit, ita vt non nisi a sacerdotibus viserentur, in sacrarijsq; asseruarentur. Ab Armeniis hunc morem ad Chaldęos: ab his ad Persarum Magos: ab his etiam ad Indorum Brachmanas verisimile est progressum fuisse. Ab Hetruscis, vero ad Romanos, qui sacrarum rerum libros sacerdotum tantum manibus tractari, lege sanxerunt. Ab Aegyptijs autem, & ad Aethiopes transijt; & ad Græcos per Orpheum, ac Pythagoram: qui etiam si libros ac disciplinas inuulgarunt, ita tamen inuulgarunt, vt non nisi iis cogniti essent, qui ab ipsis eas didicissent. Quod Aristoteles in epistola ad Alexandrum vsurpauit. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, συνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Scito eos, & inuulgatos, & non inuulgatos, intelligibiles nanque sunt, ijs solis qui nos audiuerunt. Mos itaque hic disciplinarum occultandarum antiquissimus fuit, a Noe inde in vniuersas gẽtes emanatus. Quem Græci omnium primi, gloriam inde quærentes, videntur corrupisse, non ita statim a principio, sed paulatim. Nam Orpheus doctrinas suas tradidit fabulis obuolutas; Pythagoras numeris; quas primus omnium profanauit Hipparchus eius discipulus: quem ea de causa, è schola, atque consortio eiecit, in eiusque locum, lapideam columnam in gymnasio erexit. Plato partim Orphicum, partim Pythagoricum morem secutus, & fabulis & numeris secretiores doctrinas tractauit; morales disciplinas, ad iuuentutem erudiendam, apertius docuit. Aristoteles omnes, omnibus velaminibus demptis, aperte tradidit. Hoc duntaxat seruato, vt alios libros apud se haberet, discipulisq; de libro disciplinas legeret; alias vero euulgaret. Illos Esotericos, & Acroamaticos, & Epopticos vocaret; hos vero Ecdedomenos, Exotericos, Encyclios. Quod tum ex Galeni, & Plutarchi, & Clementis locis apparuit, tum ex epistolis Alexandri Aristotelisq;; tum ex iis apparebit quæ mox adiungemus. Sed has epistolas discutiamus, ex eisq; promamus, quod ad huius quæstionis solutionem, nostræq; opinionis confirmationem faciat. Itaque ait Alexander. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Non recte fecisti, emittens Acroamaticos sermones. Quibus in verbis aduertendum est primum, illud ἐκδοὺς emittens, promulgans. Non recte fecisti, emittens Acroamaticos sermones; Quasi emittere eos esset nefas: quod Aristoteles respondens clare dicit, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάσσειν ἐν ἀπορρήτοις. Existimans eos oportere asseruare in secretis. Quia scilicet, id in more ipsius erat, Acroamaticos asseruare. Quid autem sit illud ἐκδοὺς, ipse Alexander declarat, εἰ καθ᾽ οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοὶ. Si sermones ij; secundum quos nos sumus eruditi, omnibus erunt communes. Itaque ἐκδοῦναι, nihil aliud fuit, quàm in vulgus emittere, inuulgare; hoc enim modo omnibus fiunt communes. Illa autem verba in epistola Aristotelis, ἴσθι οὖν καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, respondẽt illi verbo Alexandri. ἐκδοὺς. Scito igitur, & inuulgatos, & non inuulgatos. quasi diceret etiamsi communes omnibus facti sint, non tamen quin Acromatici adhuc sint, amiserunt. Non enim intelligibiles sunt, nisi ijs solis qui nos audierunt, quibus scilicet soliti sumus Acroamaticos libros, legere ac tradere. Apparent ergo duo hæc librorum genera contraria quasi inter se fuisse, Ecdedomena

mena & Acroamatica; atque hæc quidem asseruata, illa inuulgata. Hinc clarum fit, quos nam intelligat Aristoteles, cum libro de Poetica nominat ἐκδεδομένους, ecdedomenos, scilicet libros, publicatos, inuulgatos. Neque vero expositio ista, minus firma est, quia sint hæ epistolæ, ab aliquibus fectitiæ existimatæ: quorum ego opinionem minus rectam existimo. Testatur enim A. Gellius, eas se desumpsisse, ex libro Andronici Philosophi, scilicet Andronici Rhodij, qui primus Aristotelis libros collegit & publicauit. Qui vero libri sint hi, quos Alexander quæritur inuulgatos, in dubio est. Nam Plutarchus Metaphysicos, Simplicius, ac alij interpretes physicos autumant esse. Ego vero neutros existimo. Sed librum de Mundo qui ipsi Alexandro inscriptus ab Aristotele est, eoq; ipsi totam, tum diuinam, tum naturalem philosophiam; doctrinas, scilicet secretiores acromaticas per compendium, Regio scilicet otio ac ingenio accommodate, tradidit. Neque enim physicis illis aut primæ philosophiæ libris quicquam cōtinetur quod Regio muneri inseruire possit; imo potius omnia quæ nō solum occupatissimum Regem delectare aut instruere non possunt sed etiam otiosissimis studiosissimisq; & labores ingentes, & tedium incutiant. Econtra liber de Mundo, & partes omnes ipsius, & ordinem, & geographiam, & aeris passiones, & diuinam prouidentiam explicat: quæ omnia Regi & populorum rectori, & exercituum ductori maxime conducere queant. Atque ea methodo eo libro cōprehensa sunt, ex qua facile vel memoria repetere quę a præceptore prius audierat, vel etiam sine tædio relegere Alexander posset. Quam methodum, Regibus idoneam esse declarat, Ptolomæi Philadelphi desiderium, quem refert Proclus ab Euclide requisisse, an esset aliqua in Mathematicis Regia methodus qua per cōpendiū iis disciplinis imbui posset; tulisseq; ab eo respōsum, nullam esse. Accedit ad hæc credibilius esse, hunc ipsum de Mundo librum eum, esse quem Alexander quæritur fuisse editum, quoniam Alexandri nomen præfe rat, quàm illi vel Physici vel Metaphysici, qui ne vmbram Alexandri, vel nominis vel studij continent. Neque me terret quin id pronunciem, quòd eum librum Aristotelis non esse multi affirment, quia & procemio contra eius Philosophi morē vtatur; & multa in alijs libris, ab eo traditis dogmatibus, repugnantia dicat. Hoc namque argumentum, nullius est roboris, cum & repugnantia ista non sola est: quia in libris confessis & indubijs, multæ contradictiones reperiuntur: tum etiam quia ex Galeno vidimus, Aristotelem, Theophrastum, Platonē, aliis atque aliis auditoribus, aliter atque aliter sæpe scripsisse. Ideoque non repugnat hoc libro nonnulla eum dixisse, Alexandri gustui accommodata, aliis vero libris quæ sibi viderentur, docuisse. Nec quia proœmium non sit de Aristotelis more, liber is Aristotelis nō est, cum nec discipulos alloqui de ipsius est more; quod tamen in fine libri Elenchorum facit. Neque iccirco, Aristotelis eum librum non esse est a quoquam vnquam assertum. Accedit Iustini grauissimi Philosophi testimonium; qui Plutarcho paulo iunior, Galeni ac Aphrodisiei Alexandri temporibus floruit. Is attestatur, non solum eum librum Aristotelis esse, verum etiam a veteribus philosophis Aristotelicæ philosophiæ compendium, fuisse vocatum. Hunc igitur de Mundo librum, quæritur Alexander ab Aristotele inuulgatum; quē in secretis oportuerat asseruare, ne doctrina qua ipse imbutus per compendium, ac regia methodo fuerat, omnibus communis fieret. Videtur autē mihi, ex Lyconis testamento, quod est apud Laertiū, eo tempore in more philosophis positum fuisse, vt quacunque de re libros conscripsis-

ſent, de eis diſcipulos inſtituere; perlectos ac caſtigatos inuulgare. Sic enim Lycon de ſuis libris teſtaméto legat καὶ Χάρητα ἀφίημι ἐλεύθερον, καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν, καὶ δύο μνᾶς αὐτῷ δίδωμι, καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία τὰ ἀνεγνωσμένα. τὰ δ᾽ ἀνέκδοτα Καλλίνῳ, ὅπως ἐπιμελῶς αὐτὰ ἐκδῷ. Et Charerem dimitto libernm, & nutriat eum Lyco; & duas minas ipſi do, & libros meos perlectos. Non inuulgatos vero Callino, vt diligentes eos inuulget. Illud namq; ἀνεγνωσμένα perlectos, nihil mihi ſignificare videtur aliud, quàm quòd aliqui Lyconis libri, perlecti iam fuiſſent auditoribus; eosque iam miſſos atque inuulgatos fuiſſe, quia iſtis contraponi videntur, τὰ δ᾽ ἀνέκδοτα, non inuulgati; qui etiam vt diligenter emittantur, Callino relinquuntur. Non ſanè aliter, atque Pherecydes, Thaleti librum ſuum de natura, moriens legat, vt recognoſcat, atque ſi videatur inuulget; quod per epiſtolam quæ apud Laertium in Pherecydes eſt, ita mandat. ἐπεσκῆψα δ᾽ ὦν τοῖσιν οἰκιήτῃσιν ἐπὴν μὲ καταθάψωσιν ἐς σὲ τὴν γραφὴν ἐνέγκαι. σὺ δ᾽ ἢν δοκιμώσῃς σὺν τοῖς ἄλλοις σοφοῖς, οὕτω μὶν φῆνον. ἢν δ᾽ οὐ δοκιμώσητε μὴ φήνῃς, ἐμοὶ μὲν γὰρ οὔκω ἥνδανεν. Commiſi ergo domeſticis, poſtquàm me ſepelierint, ad te librum adferre. Tu autem ſi probaris, cum aliis ſapientibus, ita eum publices ſi vero non probaueritis, non publices. Mihi namque non adhuc placuit. Hunc in modũ exiſtimo Ariſtotelem, ſuos libros, quos viuens non promulgauit, Theophraſto reliquiſſe, vt ab eo caſtigarentur; caſtigatique promulgarentur. Puto namque ei ætatem non ſupetiiſſe, vt eos & ſcriberet, & ad vltimam manũ perduceret. Cur enim Ariſtoteles ipſe, vir gloriæ cupidisſimus, deſtiterit eos omnes emittere viuens, ſi perfectos a ſe cognouerat, potius quàm alteri eos aut ſupprimendos, aut euulgandos committeret; nulla probabilis videtur cauſa niſi quòd emendatos prius eos cuperet: id autem ipſe morte præuentus non potuerat efficere. Neque enim veriſimile eſt, virum ſagacisſimum non vidiſſe, ſi ipſe eos emitteret, gloriam omnem, ſuam futuram; ſi alteri emittendos relinqueret, gloriæ partem illi concedere. Vel etiam quod longe peius eſt, periculum ſubire, ne Theophraſtus gloriæ & ipſe cupidus, mortuo eorum authore, pro ſuis vſurparet. Sed de hac re etiam alibi. Sunto ergo Acroamatici libri, qui aſſeruabantur apud authorem; ex quibus auditoribus doctrina tradebatur. Qui perlecti cum eſſent, in vulgus edebantur; ac tum ecdedomeni dicebantur. Illi qui interni & apud ſe eſſent ἐσωτερικοὶ Eſoterici dicti ſunt. Si vero qui in aliorũ manibus iam eſſent, atque a domo & ſchola egresſi ἐξωτερικοὶ Exoterici, atq; externi recta ratione ſunt appellati. Poſtquàm igitur libri emisſi in vulgus fuerãt ἐκδεδομένοι, quaſi ἔξω δομένοι extra dati erant, Exoterici, externi, exteriores appellabantur: vt illi qui aſſeruabantur, apud ſe, eſoterici, interni, interiores. Qui, quoniam audiendi diſcipulis proponebantur, prælegebantur, Acroamatici, Acuſmatici, ideſt Auſcultatorij dicebantur. Epoptici etiam inſpectiui, quia diſcipulis ipſis oculis legendi darentur atque inſpiciendi. Alteri autem illi qui Ecdedomeni fuerant, atque ideo ab autore Exoterici, & externi facti, Encyclij efficiebantur, non priore illa ſignificatione, qua ſcilicet Encycliæ diſciplinæ ἐγκύκλια μαθήματα quædam appellatæ ſunt, quæ pueris nobilibus, Grammatica, Rhethorica, Poetica, Pictura, & aliæ quædam tradebantur. Quo ſenſu primo Politico c.4. ἐγκύκλια διακονήματα, encyclia miniſteria, & ſecondo, τὰς ἐγκυκλίους διακονίας encyclia miniſteria dixit. Neque ſecunda illa, qua uniuerſa philoſophia encyclopædia appellata eſt, quia ſcientiæ inter ſe ita connectantur, vt in ſe recurrentes, circulo quodam cohærerent. Sed tertio quodam ſignificatu quo

encyclion id dicitur quod iam publicum, & populi factum esset; forte quia homines conuenientes, in circulisq; colloquentes de iis rebus discerebant. Quam significationem Suidas sic expresſit. ἐγκύκλιον, ἁπανταχοῦ καθολικόν. Encyclium vbique catholicum, ideſt quod vniuerſo populo eſt expoſitum. Et Eunapius eo loco ab eo allatus eadem ſignificatione protulit ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ, καὶ πρόχειρον τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν. Sed encyclium erat illi, & promptum ſimilia peccare. Quo forte ſenſu intelligendus eſt locus Oeconomico 2. dum prouentus enumerans tertio loco ponitur εἶτα ἡ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων. Poſtea is qui ab encyclijs. Atque etiam alius in procemio Meteororum. καὶ τῶν ἄλλων ἐγκυκλίων, & aliarum encycliarum rerum ſcilicet roris, pruinæ, & reliquis Similibus omnibus vulgo notis, vel etiam circulo recurrentibus. Itaque Encyclij libri erant, qui vbique populo expoſiti eſſent. Iidemque Exoterici, quod aperte ſimplicius docuit 1. Cœli comm. 96. locum ſupracitatum exponens. His verbis, ἐγκύκλια δὲ φιλοσοφήματα καλεῖ, τὰ κατὰ τάξιν ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς πολλοῖς προτιθέμενα, ἅτινα καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἴωθεν. Encyclia vero philoſophemata vocat ea quæ ordine a principio vulgo proponebantur, quæ eadem exoterica vocare eſt ſolitus. Id autem, quia exoterici ab auctore eſſent, extra manus, ac extra domum ipſius. Id vero quia iam Ecdedomeni, ἐκδεδομένοι, extra dati, emiſſi, promulgati, inuulgati erant. Qui iidem antequàm inuulgarentur, aſſeruabantur in ſecretis et vt Ariſtoteles ait, ἐν ἀπορρήτοις φυλαττόμενα; Hi quia intra domum erant, Eſoterici, dicebantur, quia a diſcipulis audiebantur, Acroamatici, & Acuſmatici: quia etiam inſpiciebantur, Epoptici appellati ſunt. In hunc ergo modum, quæſtio hæc vetus, ardua, varia, ambigua ſoluta ſit, vt Eſoterici, Acroamatici, & Epoptici Ariſtotelis libri, ij fuerint, quos domi retinens, non ediderat. Exoterici vero, Ecdedomeni, & Encyclij quos emiſerat vt vulgo legerentur. Quos etiam primo de anima cap. 4. vocauit τοῖς ἐν κοινῷ λεγομένοις λόγοις in ſermonibus qui ſunt in cómuni. Quo loco Simplicius vel Platonicum Phędonem, vel ſui ipſius Eudemum dialogum innui ſcribit; in quo confutauerat eam opinionem quę aſſerebat animam eſſe quandam harmoniam. Philoponus vero exponit pro Exotericis. eundem Eudemum ita vocans. Emiſiſſe autem eum aliquos, tum Epiſtola Alexandri teſtatur, tum etiam ipſe cum Exotericos, Ecdedomenos, Encyclios appellat. Paucos autem eos fuiſſe, teſtatur Strato Geographus libro 13. cum ſcribit. συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων τοῖς μὲν παλαιοῖς μετὰ Θεόφραστον, ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν. Accidit autem Peripateticis antiquis qui Theophraſtum ſecuti ſunt, omnino libros non habere, præter paucos, & maxime Exotericos. Plutarchus etiam in Sylla. ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου βιβλία ἦν. οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. In qua (ſcilicet bibliotheca) plurimi Ariſtotelis & Theophraſti libri erant; nondum eo tempore clare vulgo cogniti. Et paulo poſt. οἱ δὲ πρεσβύτεροι περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι χαρίεντες, καὶ φιλολόγοι; τῶν δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γραμμάτων, οὐδὲ πολλοῖς, οὔτε ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες. Veteres vero Peripatetici, videntur illi quidem fuiſſe, elegantes, ac eloquentiæ ſtudioſi, tum Ariſtotelica vero, atque Theophraſtica ſcripta, nec multa, nec diligenter ſatis incidiſſe. Cauſa vero huiuſce rei eſt quia Ariſtoteles paucos libros viuens emiſerat, reliquos omnes Theophraſto, vt ego quidem exiſtimo emendandos ſi quid egerent, reliquerat. Is vero, non vſquequaq; præceptoris doctrinis addictus, ſed ſuo etiam marte multa commentans, nec præceptoris,

nec suos libros emisit; cum tamen 34. annos, post Aristotelis obitum vixerit. Sed eos omnes Neleo Scepsio eius discipulo emendandos forte etiam ipse, reliquit. Is vero, in duo exemplaria descriptos, altera Ptolemæo Philadelpho vendidit, qui sunt in bibliothecam Alexandriæ repositi: altera hæredibus reliquit, qui eos in fossam quandam detruserunt, ibique plusquam centum & sexaginta annis occulti iacuerunt. Quare Peripatetici omnes, posteriores Theophrasto, vsque ad Andronicum Rhodium, paucos admodum Aristotelis vel Theophrasti libros habuerunt, eosque vt ait Strato Exotericos. Eos scilicet qui ab Aristotele dum viueret, publicati, & inuulgati fuerant. Qui autem hi fuerint incertum est. Sed tamen liber de Mundo, is fuit (vt mea est opinio) de quo Alexander per epistolam conquestus est, quòd emissus fuisset. Libros etiam de Natura vel physicos, quinq; scilicet priores, puto ab eo emissos. Quod quidē elicio ex proemio Simplicij in librum sextum. Vbi sic scribit. Et Eudemus scribit de quodam suo exemplari, in quo multi errores erant quo ad quintum librum. Pro quo vt inquit ille, misit, & iussit sibi vt scriberet, & mitteret libros naturales. Ex quibus quidem apparet Eudemum habuisse exemplar eorum librorum, sed quia erroribus scatebat, ad Theophrastum, qui originarios habebat, scripsit, vt emendatum ad se mitteret. Quod si verum est, non est vera Ciceronis sententia, quòd Exoterici libri essent populariter scripti. Neq; etiam Plutarchi, quod Ethici & Politici tantum, Exoterici essent. Nec etiam Gellij, qui libros Rhetoricos, argutiarum & ciuiles, Exotericos putauit. Falsa quoque Ammonij sententia est, qui dialogicos libros, eos arbitratur fuisse. Falsa etiam Philoponi, quod ad vulgi vtilitatem tantum scripti fuerint, non autem propriis discipulis perlecti. Falsa denique Simplicij etiam opinio, qui dialogicos & historicos eos fuisse opinatus est. Liber namque de Mundo, atq; Physicæ auscultationes, nec populariter scripti, nec Ethici aut Polytici, nec Rhetorici, nec argutiæ, nec dialogici, nec historici sunt. Neque etiam tales fuerunt, quos ipse Aristoteles 4. Physico, & 12. Metaphysico, & 1. Ethico Nicomachus appellat, in quibus ait, se dixisse de tempore, de ideis, de anima; quarum rerum tractatio, omnium quæcunque in philosophia tractantur, maxima atque difficillima est. Ex quibus locis apparet exotericos fuisse libros 4. de ideis, quos Alexander Aegæus in Metaphysicis citat. Et libri de Anima aliqui. De ea.n. ait se in exotericis tractasse. Exoterici ergo Aristotelis libri illi fuere proculdubio, qui ab eo viuente in vulgus sunt editi, seu illi de grauissimis rebus, seu de leuibus, seu contemplatiuis, seu moralibus, seu per dialogum, seu ex propria persona res illas tractarint. Non tamen omnes superius allatos locos, de libris intelligendos putamus. Nam primus ille, dum de tempore disputationem aggreditur, nequaquam significat de eo alibi tractatum esse in Exotericis libris, aut sermonibus: sed de futura re loquitur, scilicet καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ, bene habet dubitare de ipso, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, per exotericos sermones. Qui vero hi sermones essent, statim explicat, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν, ἢ τῶν μὴ ὄντων. Vtrum entium est, aut non entium. Hoc vero dicimus nos per exotericos sermones, quæsitum, ac dubitatum fuisse. Illud vero, εἶτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ, postea quæ ipsius natura, philosophice, ac scientifice quæsitum. Asseueramus enim nos hæc duo, exoterice, & philosophice, esse contraposita. Quod tùm ex superius allato loco ex 1. Eudemico patet, tum etiam aliis, vt mox explanabimus. Nam ibi dictum est. καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν.

ειαν. Et in exotericis ſermonibus, & in philoſophicis. Hoc autem ſignificatu exotericum, nil aliud refert, quàm logicum, dialecticum, probabile. Philoſophicum vero nil aliud itidem ſignificat, quàm demonſtratiue, ſcientifice, ex rebus per ſe, eſſentialibus, intrinſecis rei. Quo autem id clarisſime pateat, afferam locos omnes in quibus Ariſtoteles, vel Eudemus, aut Nicomachus voce exoterica, aut alia ei cognata vſi ſunt. Ac primo Ariſtoteles ipſe lib. 5. de generatione animalium cap. 6. Sic ait. τὴν δὲ γλῶτταν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὥσπερ ἐν μόριον τῶν ἐξωτερικῶν, μὴ ὅτι ἐν τῷ σώματι σκεπάζεται, ἀλλ᾽ οἷον χεῖρα ἢ πόδα. Linguam autem exiſtimare oportet, veluti vnam exotericarum partium, non quod in corpore occulitur (nam ita veluti eſoterica eſſet) ſed vt manum & pedem. Quæ extra corpus ſcilicet tendunt, & inſtrumentariæ ſunt. Metaphyſico autem 9. cap. 4. Sic ſcripſit. καὶ γὰρ πλεῖστον διαφέρει ἡ τέλειος διαφορά; τῶν τε γὰρ γένει διαφερόντων οὐκ ἔστιν ἐξωτέρω λαβεῖν, καὶ τῶν εἴδει. δέδεικται ὅτι πρὸς τὰ ἔξω τοῦ γένους, οὐκ ἔστι διαφορά. τούτων δ᾽ αὕτη μεγίστη, καὶ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει πλεῖστον διαφέροντα τἀναντία. Etenim plurimum differt perfecta differentia. Eorum enim quæ genere differunt, non eſt exotero accipere, & eorum quæ ſpecie. demonſtratum quòd ad extra genus, non eſt differentia, horum vero hæc maxima, & ea quæ in eodem genere, plurimum differunt contraria. Primo vero Politico cap. 3. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. Sed forte, hæc ſunt exotericoteræ conſiderationis. Quarto etiam Politico cap. 10. καὶ γὰρ ἃς καλοῦσιν ἀριστοκρατίας, περὶ ὧν νῦν εἴπομεν, τὰ μὲν ἐξωτέρω πίπτουσι ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων, τὰ δὲ γειτνιῶσι τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ. Etenim eę quas vocant ariſtocratias, de quibus nunc diximus, quædam exotero cadunt plurimis ciuitatibus; quædam vero appropinquant ei quæ vocatur Politia. Septimo quoque Politico. c. 1. Μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, δι᾽ οὐδὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι᾽ αὑτὸν αὐτός. Deo teſte vtentibus, qui fœlix quidem eſt & beatus, ob nullum vero exotericorum bonorum ſed ob ſeipſum ipſe. Eodem etiam Politico cap. 3. μάλιστα δὲ καὶ πράττειν λέγομεν κυρίως καὶ τῶν ἐξωτερικῶν τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας. Maxime vero, & agere dicimus proprie, & exotericarum actionum, eos qui mente ſunt architecti. Et paulo poſt. σχολῇ γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν. Fruſtra vero & deus bene haberet, & omnis mundus, quibus non ſunt exotericæ actiones præter proprias ipſorum. Hæc igitur ſatis fidenter auſim affirmare omnia eſſe Ariſtotelicorum librorum loca, in quibus voce hæc ſeu cognata vſus ſit. Quæ ſi recte aduertantur, vbique intrinſecis ac propriis ſunt contrapoſita, nam & lingua vti inſtrumentum extranea eſt, & extra genus non eſſe differentiam, oppoſitum eſt ei, quæ intra genus & in genere eſt; Et extra ciuitates cadere, opponitur illi quæ appropinquat. Et deus non externis bonis ſed propriis & eſſentialibus eſt fœlix. Et Architectus mente operatur, in actionibus quæ extra ipſum tendunt: Et deus ac mundus, nihil extra ſe habentes in ſe ipſis operantur. Locus vero primi Politici ἐξωτερικωτέρας exotericoteræ ſpeculationis appoſite accommodatur inquiſitioni illi 4. Phyſici, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. Per exotericos ſermones. Vtrique enim ſunt, quod Latinæ dicitur, extra rem. oppoſiti illis, qui rem conſiderant, intrinſecus, ac eſſentialiter. Nam de tempore dubitare, vtrum è numero entium ſit vel e numero non entium, extra rem prorſus eſt. Hoc eſt, non conſiderantur eſſentialia, vti dicunt; neque vt ipſe ait τίς ἡ φύσις αὐτοῦ. Quę ſit eius natura. Logicæ enim & proba-


biliter disputat, primò vt probet, tempus nõ esse, postea disputat, tempus esse. Ad vnamque autem partem disputare, disputatio est probabilis, Logica, Dialectica, non scientifica nec demonstratiua. Asserit autem Auerrois multis in locis Aristoteli in more esse, antequàm ad essentialia veniat, probabiles rationes afferre. Nostræ vero sententiæ astipulatur Philoponus eo loco, ἐξωτερικοὺς λόγυς φησὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀκροαματικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, τοὺς ἐξ ἐνδόξων καὶ πιθανῶν ὡρμημένους. Exotericos sermones vocat, ad contra distinctionem Acroamaticorum & demonstratiuorum, eos qui ex opinione conceptis, & probabilibus procedunt. Quod & Simplicius affirmat. Has autem rationes probabiles, non solum Exotericas, sed etiam ἀλλοτρίας, alienas, & Logicas, & Dialecticas, & κενοὺς vanas sæpe appellat. Alienas quidem, quia non a re ipsa petuntur, sed aliunde; id autem κενὸν vanum quiddam est, quia nihil in re constituit, Logicas vero significatu dialectices, dialecticas autem quia ἐκ τῶν ἐνδόξων ex opinione conceptis, putatis, non veris ac intrinsecis fiunt. Sæpe enim legimus in suis libris λογικῶς, διαλεκτικῶς. Sed insignis est locus Analytico tertio cap. 15. κατὰ μὲν οὖν δόξαν συλλογιζομένοις καὶ μόνον διαλεκτικῶς: Secundum opinionem quidem syllogizantibus & solum dialectice. Et mox. συλλελόγισται διαλεκτικῶς, πρὸς δ' ἀλήθειαν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων δεῖ σκοπεῖν. Syllogizatum est dialectice, ad veritatẽ vero, ex inexistẽtibus oportet cõsiderare. Rursus sequẽti capite. λογικῶς μὲν οὖν ἐκ τούτων ἄν τις πιστεύσειεν περὶ τοῦ λεχθέντος, ἀναλυτικῶς δὲ διὰ τῶνδε συντομώτερον. Logice quidem ex his credat quispiam, circa dicta. Analytice vero per hæc breuius. Rursum eodem capite. ὅτι δ' ἴσαντοι, δέδεικται λογικῶς μὲν πρότερον, ἀναλυτικῶς δὲ νῦν. Quòd vero consistant, demonstratum est Logicè quidem prius, Analyticè vero nunc. Quod ergo, prioribus locis dixit Dialecticè, his dixit Logicè. Et quod ibi πρὸς ἀλήθειαν ad veritatem, nunc ait Analyticè, idest demonstratiuè. Sed omnium luculentissime 1. Eudemio (siue Aristotelis, siue eius discipuli atque interpretis Eudemi libri sint) cap. 6. hæc res distinguitur. διαφέρουσι δ' οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον, οἵ τε φιλοσόφως λεγόμενοι, καὶ μὴ φιλοσόφως. Differunt vero sermones in quaque methodo, ij qui philosophice dicuntur, & non philosophice. Qui autem vtrique sint mox declarat, διόπερ οὐ μόνον τὸ τί φανερόν, ἀλλὰ καὶ τὸ διατί. φιλόσοφον γὰρ τὸ τοιοῦτον, περὶ ἑκάστην μέθοδον. Per quam non solum quid, est clarum, sed propter quid. Philosophicum enim idest, circa quamq; methodum. Non philosophicum vero quod subnectit. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ διὰ τὸ δοκεῖν φιλοσόφου εἶναι τὸ μηθὲν, εἰς μηθὲν λέγειν, ἀλλὰ μετὰ λόγου, πολλάκις λανθάνουσι λέγοντες ἀλλοτρίους τῆς πραγματείας καὶ κενούς. Sunt enim aliqui, qui quòd philosophi uideatur esse, nihil ad nihil dicere sed cum modo, multoties latent, dicentes alienos sermones a re, atque uanos. Id autem non esse philosophicum mox ostendit. ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Ignorantia enim est, circa quamque rem, non posse iudicare proprias rei rationes, & alienas. Quas autem hic uocat alienas 8. capite uocat λογικάς, logicas, repetita illa uoce κενάς, uanas; sic, λέγωμεν ὅτι πρῶτον μὲν τὸ εἶναι ἰδέαν μὴ μόνον ἀγαθοῦ, ἀλλὰ καὶ ἄλλου οὑτινοσοῦν λέγεται λογικῶς καὶ κενῶς. Dicamus quod primum quidem, esse ideas non solum boni, sed alius cuiussis, dicitur logice & uane. Libro quoq; 2. de animaliũ generatione c. 10. Aristoteles ipse οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος καθόλου λίαν καὶ κενός. οἱ γὰρ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν λόγοι, ἀλλὰ δοκοῦσιν εἶναι τῶν πραγμάτων, οὐκ ὄντες, οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἀρχῶν τῶν γεωμετρικῶν, γεωμετρικοί.

τρικοί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. τὸ δὲ κενὸν, δοκεῖ μέν τι, ἔστι δ' οὐδέν. Hic quidem sermo vniuersalis nimis, & vanus. Ij enim qui non sunt ex proprijs principiis sermones, sed videntur quidem esse ipsius rei, non sunt autem. Qui enim ex Geometricis principijs, Geometrici. Sic & in alijs; sed vanum, videtur quidem esse aliquid, est autem nihil. Concludendum itaque secunda significatione, exotericum idem significare, quod extraneum, alienum, vanum, Dialecticum, Logicum, ἔνδοξον, καθόλου cōtraposite ad proprium, intrinsecum, essentiale, scientificum, demonstratiuum, Analyticum, philosophicum, & ad veritatem dictum. Atq; isto significatu accipi, & 4. Physico, & 1. Politico. Priore vero significatu, exotericos sermones seu libros eos esse, qui iam ἐκδεδομένοι, ἐν τῷ κοινῷ, ἐγκύκλιοι, euulgati, in populo, ac publici essent.

ARISTOTELICORVM

ARISTOTELICORVM LIBRORVM NON EXTANTIVM, FRAGMENTA VERBORVM, SENTENTIARVM, DOGMATVM.

LIBER SEPTIMVS.



EGIMVS Superiore libro, de Acroamaticis atque eorum cognatis Acrĩsmaticis atq; Epopticis; nec non veluti contrarijs, Exotericis, Encycliis, atque Ecdedomenis Aristotelis libris: videmurq; nobis rem omnium ferè Aristotelicarum hactenus maxime controuersam, ex incertitudine exemisse; deq; obscurisſima, satis claram tibi præstantissime Adolescens reddidisse. Ita vt non amplius, Aristotelicæ Philosophiæ deditus animus tuus, hac in re anceps esse posſit. Præsenti volumine, copiosiorem quandam philosophiam, itidem Aristotelicam tibi paramus. Multas enim eius viri sententias, multa dogmata; libris qui interierunt olim comprehensa, ab antiquis authoribus variis, inde excerpta; ex iis non sine multo labore, a nobis huc collecta, tibi exhibemus. Quibus lautius fruare, atque ingenium istud tuum excellentissimum, magnificentius exornes. Afferemus igitur, quæcunque inuenire potuimus, Aristotelis librorum qui ad nos non peruenerunt fragmenta, tum verborum, tum sententiarum, tum etiam dogmatum. Quæ cum multa ac varia sint, & tua studia iuuare, & te oblectare magnopere poterunt. Itaque a Cicerone initium capiemus, quem solum, post Theophrastum, vel Demetrium Phalereum, aut Stratonem Lampsacenum eius discipulos, antiquissimum rerũ philosophicarum authorem habemus. Omnium etenim, qui a Demetrio ac Stratone ad Ciceronis vsque tempora scripserunt, qui infiniti propè omnis generis philosophi fuere, annorum plusquam ducentorum spatio, (quod & dictu mirum, & lachrimabile est,) interierunt; neque vllus eorum liber, ad nostra tempora peruenit, præter duos illos, vt nos quidem putamus Stratonis Lampsaceni de Spiritu de Coloribus, qui inter Aristotelicos reponebantur, ac Demetrij libellum (si tamen eius est) de interpretatione. Cicero igitur, Tuscul. 3. Sic scripsit: Itaque Aristoteles, veteres philosophos accusans, qui existimauissent, philosophiam suis ingeniis esse perfectam; ait eos, aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse sed se videre, quàm paucis annis, magna accesio facta esset. breui tempore, philosophiam planè absolutam fore. Libro autem 5. Quid aliud inquit, Aristoteles in bouis non in regis sepulchro inscriberes. Libro 2. de Finibus. Sed hominem ad duas res (vt ait Aristoteles) intelligendum, & ad agendum esse natum, quasi mortalem Deum. Libro primo de natura Deorum. Aristoteles quoque in 3. de philosophia libro, multa turbat, a magistro Platone

vno

vno dissentiens. Modo enim, menti tribuit omnem diuinitatem; modo mundum ipsum, Deum dicit esse; modo quendam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, vt replicatione mundi quadam, motum regat, atque tueatur; tum cœli ardorem Deum dicit esse; non intelligens cœlum mundi esse partē, quem alio loco ipse, designarit Deum. Eodem libro Orpheum Poetam, docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen, Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis. Libro vero secundo. Cum igitur aliorum animantium ortus in terra fit, aliorum in aqua, in aere aliorum, absurdum esse Aristoteli videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sydera vero æthereum locum obtinent, qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur & viget, necesse est, quòd in eo animal gignatur. Idem quoque sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse. Quare cum in æthere, astra gignantur, consentaneum est, in iis sensum inesse, & intelligentiam. Iterum libro eodem. Nec vero Aristoteles non laudandus in eo, quòd omnia quæ moueantur, aut natura moueri censuit, aut vi, aut voluntate. Moueri autem Solem, & Lunam, & Sydera omnia: quæ autem natura mouerentur, hæc aut pondere deorsum, aut leuitate in sublime ferri: quorum neutrum astris contingeret: propterea quod eorum motus, in orbem circumferretur. Nec vero dici potest, vi quadam maiore fieri, vt contra naturam, astra moueantur. Quæ enim potest maior esse? Restat igitur, vt motus astrorum sit voluntarius. Rursus eodem libro. Præclare ergo Aristoteles, si essent inquit, qui sub terra semper habitauissent, bonis, & illustribus domicilijs; quæ essent ornata signis, atque picturis, instructaq; rebus iis omnibus, quibus abundant ij, qui beati putantur; nec tamen exissent vnquam supra terram; accepissent autem fama, & auditione, esse quoddam numen; & vim deorum; deinde patefactis terræ faucibus, ex illis abditis sedibus, euadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent; cum repente terram, & maria, cœlumque vidissent, nubium magnitudinem, ventorumque vim cognouissent, quòd is diem efficeret, toto cœlo luce diffusa. Cum autem terras nox opacasset, tum cœlum totum cernerent, astris distinctum, & ornatum; Lunæque luminum varietatem, tum crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus, & occasus; atque in omni æternitate, ratos immobilesque cursus; hæc cum viderent profecto, & esse Deos, & hæc tanta opera deorum esse, arbitrarentur. Atque hæc quidem ille. Locum autem hunc videtur ex septimo Platonis Reipublicæ Aristoteles vel mutuasse, vel imitatus esse. Rursus libro eodem. Illud vero ab Aristotele animaduersum, a quo, pleraque quis potest non mirari? Grues, cum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli formam efficere. Eius autem summo angulo aer, ab iis aduersus pellitur, deinde sensim ab vtroque latere, tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli, quam Grues efficiunt, ea tanquam a puppi, ventris adiuuatur. Hæque in tergo præuolantium, colla, & capita reponunt. Quod quia ipse dux, facere non potest; quia non habet vbi innitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat. In eius locum succedit ex iis quæ acquieuerunt; eaque vicissitudo in omni cursu cōseruatur. Libro autem primo de Diuinatione. Quid singulari vir ingenio Aristoteles, & penè diuino? Ipse ne errat, an alios vult errare? Cum scribit, Eudemum Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem, Pharas venisse, quæ erat vrbs in Thessalia, tum admodum nobilis; ab Alexandro autem Tyranno crudeli

crudeli dominatu premebatur. In eo igitur oppido, ita grauiter ęgrum Eudemum fuisse, vt omnes medici diffiderent. Ei visum esse in quiete, egregia facie iuuenem dicere, fore vt breui conualesceret; paucisque diebus, interiturum Alexandrum tyrannum. Ipsum autem Eudemum quinquennio post, domum esse rediturum. Atque ita prima quidem, statim scribit, Aristoteles consecuta; & conualuisse Eudemum, & ab vxoris fratribus, interfectum Tyrannum. Quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia, esse rediturum, praeliantem eum ad Syracusas occidisse. Ex quo ita illud somnium interpraetatum, vt cum animus Eudemi, ex corpore excessisset, tunc domum reuertisse videatur. Eodem etiam libro. Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens, atque diuinum. Libro vero eius voluminis 2. Is cum languore corporis, nec membris vti, nec sensibus potest, incidit in visa varia, & incerta, ex reliquiis vt ait Aristoteles inhaerentibus, earum rerum quas vigilans gesserit aut cogitarit; quarum perturbatione, mirabiles interdum existunt species somniorum. Libro vero secundo de officiis. Quanto Aristoteles grauius, & verius nos reprehendit; qui has effusiones pecuniarum admiramur, quę fiunt ad multitudinem deliniendam. At haec quidem omnia sunt loca, quae Cicero, ex Aristotelicis libris ammissis, in suos libros transtulit. Proximus aetate eum sequitur. Strato Geographus, qui sub Augusto, & Tiberio floruit. Is quoque ex Aristotele, nonnullas vel sententias, vel dogmata in suos libros transtulit. Ac primum libro 3. his verbis. ἤδη καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν, καὶ τὴν μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων, καὶ τῶν ἀμπώτεων. Iam & Aristotelem, Posidonius ait, non recte affirmate causam esse crescentis & decrescentis maris litora, & Mauritaniam. Libro iterum quarto. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν, ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους, εἰς τὴν ἐπιφάνειαν συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Aristoteles quidem ait, a terrę motibus qui brastae appellantur, decidisse lapides in superficiem, & in loca caua collapsos. Libro etiam 17. φασὶ δὲ Καλλισθένην λέγειν, τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρ' Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου Θασίου: τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος. Aiunt Callisthenem dicere, causam (scilicet Nili excrescentiae) imbres aestiuos, ab Aristotele accepisse. Hunc vero a Thrasyalco Thrasio. Qui unus fuit ex antiquis physicis. Stratonem, proxime Seneca sequitur, qui & hos Imperatores tetigit, & Neronis praeceptor fuit. Is libro 1. de ira cap. 1. Aristoteles ait affectus quosdam, si quis illis bene vtatur, pro armis esse. Libro autem primo Natur. Quęst. cap. 7. Aristoteles ait post autumnale aequinoctium, qualibet hora diei, arcum fieri: aestate non fieri, nisi incipiente, aut inclinato iam die. Nec aliud a Seneca habemus. Sed Plinius illi aetate proximus sequentia, ex Aristotele in suos libros transtulit. Ac primum lib. 2. cap. 25. Certe nisi sole aduerso nõ fiunt; nec vnquam nisi dimidia circuli forma; nec noctu, quamuis Aristoteles prodat aliquando visum. quod tamen, fatetur idem, nõ nisi finita decima Luna posse. Cap. vero 98. His addit (vt nihil quod equidem nouerim pretercam) Aristoteles nullum animal, nisi ęstu recedente expirare. Obseruatum id multum in Gallico Oceano; & duntaxat in homine repertum. Libro 7. cap. 2. Aristoteles in Cauernis viuere pigmeos tradit. Cętera de his vt reliqui. Libro 8. cap. 10. Aristoteles biennio; nec amplius; quam semel gignere, pluresve quam singulos.

gulos. viuere ducennis annis, & quosdam tricennis. de Elephantis loquens Libro 11. cap. 52. Miror quidem Aristotelem non modo tradidisse, præscita vitę esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam credidisse. Libro 28. cap. 4. Aristoteles, & Fabianus, plurimum somniari circa vernum & autumnum tradunt, magisque suppino cubitu, at prono nihil.

Plutarchus qui post Plinium, sub Traiano, & Adriano, floruit, in Exhortatorio ad Apollonium, ex Eudemo Aristotelis dialogo hæc verba affert. Διόπερ, ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριώτατε, καὶ πρὸς τὸ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζομεν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν, καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων καὶ ταῦτα οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν. ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οὐδέν, οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν, οὐδὲ τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι. διατέλους οὕτω νενομισμένα. πρὸς δὲ δὴ τούτοις διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν παλαιοῦ χρόνου περιφέρεται θρυλλούμενον. τί τοῦτ' ἔφη; κἀκεῖνος ὑπολαβὼν, ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν ἔφην, ἄριστον πάντων. τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν, ἐστὶ κρεῖττον. καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται. τοῦτο μὲν ἐκεῖνο τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν ὡς ἔλαβεν τὸν Σιληνὸν. διερωτῶντι τί ποτε, καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον; τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν: ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως. ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος, προσηγάγετο, φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἀναγκαζόμενος εἰπεῖν. Δαίμονος ἐπιπόνου, καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν. ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι: μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν, ἀλυπότατος ὁ βίος. ἀνθρώποις δὲ πάμπαν, οὐκ ἔστι γίνεσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μεταψεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως. ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι. τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστὸν. δεύτερον δὲ τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. Quapropter omnium fortissime & beatissime, preterquàm quòd beatos & fœlices defunctos esse existimamus, de illis aliquid mentiri, ac in eos blasphemos esse, impium ducimus, veluti & meliores, & præstantiores fuerint. Et hæc ita antiqua, ac vetera perseuerare legibus apud nos constituta; vt omnino, nemo vel temporum initium, vel eum qui id primus statuit, sed infinito tempore existunt, semper ita constituta. Ad hæc, in ore hominum vides, quod ab antiquis temporibus fertur peruulgatum. Quid id, inquit? Atque ille subijciens. Quòd optimum omnium sit, non esse natum: mori vero esse præstantius quàm viuere. Quod multis testibus, dæmonis est confirmatum. Hoc est illud, quod Midæ post venationem ferunt accidisse. quòd Silenum cęperit. Perscrutanti vero, & interroganti, quid nam melius esset hominibus, & quid nam omnium optabilissimum; primo quidem nil voluisse dicere, sed tacuisse silentio. Sed postquam vix tandem omnem machinam, ac conatum adhibuisset, vt aliquid eloqueretur, coactum ita dixisse. Dæmonis laboriosi, atque duræ fortunæ diurnum semen, quid me vi cogitis dicere, ea quæ vobis melius esset ignorare? Ignoratione enim propriorum malorum, vita est omnino absq; molestia. Hominibus quidem omnium optimum non nasci: nec partem capere naturæ optimi. Optimum namque est omnibus viris, mulieribusque, non nasci. Post vero hoc, & aliorum primum factu facile secundum; natos quàm citissime emori. In quo dialogo, qui fuit de anima, puto eum tractasse ea, quæ Proclus commentariis suis in Timæum libro 5. commemorat his verbis. ὁ δὴ καὶ Ἀριστοτέλης ζηλώσας ἐν τῇ περὶ ψυχῆς πραγματείᾳ, φυσικῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενος, οὔτε περὶ καθόδων ψυχῆς οὔτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευσεν; ἀλλ' ἐν τοῖς διαλόγοις χωρὶς ἐπραγ-

κατέστατο περὶ αὐτῶν, καὶ τὸν προηγούμενον κατεβάλλετο λόγον. Quod est Aristoteles æmulatus, in tractatione de Anima, physicè eam aggressus, neque de animæ descensu, neque de sortibus mentionem fecit; sed in dialogis seorsum de his tractauit, & prædictum considerauit sermonem. Idem Plutarchus libro de Musica. Locum ex Aristotelis libro de Musica affert. Sic scribens. Ἀποφαίνει οὖν αὐτὰς Ἀριστοτέλης τὰς δυνάμεις ἐχούσας τοιαύτας; τὴν μὲν νεάτην τῆς μέσης, τῷ τρίτῳ μέρει τῷ αὑτῆς ὑπερέχουσαν· τὴν ὑπάτην, ὑπὸ τῆς παραμέσης ὑπερεχομένην ὁμοίως; ὥστε γίνεσθαι τὰς ὑπεροχὰς τῶν πρός τι. τοῖς γὰρ αὐτοῖς μέρεσιν ὑπερέχουσι, καὶ ὑπερέχονται. τοῖς γοῦν αὐτοῖς λόγοις ἄκρα τῆς μέσης καὶ παραμέσης, ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται, ἐπιτρίτῳ, καὶ ἡμιολίῳ. τοιαύτη δὴ ὑπεροχή ἐστιν ἡ ἁρμονική. ἡ δὲ τῆς νεάτης ὑπεροχὴ καὶ τῆς μέσης κατ' ἀριθμητικὸν λόγον, ἴσῳ μέρει τὰς ὑπεροχὰς ἐμφαίνουσιν; ὡσαύτως καὶ παραμέση τῆς ὑπάτης. τῆς γὰρ μέσης ἡ παραμέση κατὰ τὸν ἐπόγδοον λόγον ὑπερέχει. πάλιν ἡ νεάτη τῆς ὑπάτης διπλασία ἐστίν. ἡ δὲ παραμέση τῆς ὑπάτης ἡμιόλιος ἡ δὲ μέση ἐπίτριτος, πρὸς ὑπάτην ἥρμοσται. καὶ τοῖς μὲν μέρεσι, καὶ πλήθεσι, καὶ κατ' Ἀριστοτέλην ἡ ἁρμονία, οὕτως ἔχουσα πέφυκε. Pronunciat igitur eas Aristoteles tales potentias habere. Netem tertia ipsius parte mesen superare. Hypatem vero, a paramese similiter superati. vt superantiæ fiant ad aliquid. Iisdem namque partibus, & superant & superantur. Iisdem ergo rationibus, extrema meses, & parameses superant & superantur epitrito, & hemiolio. Talis ergo superantia est harmonica. Netes vero superantia, & meses, secundum Arithmeticam rationem, æqua parte superantias declarant. Similiter & paramese ad hypatem. namq; ad mesem, epogdoa ratione superat paramese. Rursus Nete, dupla est ad hypatem. paramese vero ad hypatem hemiolius. Mese vero epitritus ad hypatem concordat. Et sic partibus, & numeris harmonia secundum Aristotelem ita se habet. Idem quoque libro, Quomodo quis sentiat se in virtute proficere, hanc habet Aristotelis sententiam. ὁ δ' Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον περὶ Ἀλεξάνδρου γράφων ἔφη. μὴ μόνον ἐκείνῳ προσήκειν ὅτι πολλῶν κρατεῖ, μέγα φρονεῖν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὅστις ὀρθῶς γινώσκει περὶ θεῶν. Aristoteles vero ad Antipatrum de Alexandro scribens inquit. Non solum decere eum magna sapere, quia multis imperet; sed non minus, si quis recte de diis sentiat. Quam eandem sententiam, aliis duobus vel tribus locis idem Plutarchus retulit. Libro quoque de salubribus præceptis, sic habet. ἔτι δ' Ἀριστοτέλης οἴεται, τῶν δεδειπνικότων τὸν μὲν περίπατον ἀναζωπυρίζειν τὸ θερμὸν, τὸν δ' ὕπνον ἂν εὐθὺς καθεύδωσι καταπνίγειν. Quando Aristoteles censet, deambulationem iis qui cœnauerunt, excitare calorem. somnum autem si statim dormiant suffocare. Libro autem de Iside & Osiride. ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς, καὶ ἁγίου νόησις, ὥσπερ ἀστραπὴ διαλάμψασα τῆς ψυχῆς, ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε, διὸ καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν. Intelligibilis vero, & puri & sancti intelligentia, veluti fulguratio splendescens, semel quandoque animam attingere, & aspicere curauit. Propterea Plato, & Aristoteles, epopticam idest inspectiuam hanc philosophiæ partem vocauere. In primo vero libro de Alexandri fortuna ita scribit. οὐ γὰρ ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευε αὐτῷ τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενος. Neque enim vt Aristotelis consilium fuerat; Græcis vti dux, Barbaris vti dominus vsus est. Libro vero de primo frigido. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ τὰς ἀκόνας τοῦ μολίβδου τήκεσθαι φησὶν, καὶ ῥεῖν ὑπὸ κρύους, καὶ χειμῶνος, ὕδατος μόνου πλησιάζοντος αὐταῖς. Aristoteles quoque, & spicula plumbea liquescere ait, & fluere a frigore & hyeme, a qua sola illis admota. Symposiacon vero libro 6. cap. 4. καὶ τοῦ-

τοῖς ἦν λαβεῖν ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους κεῖσθαι λόγου μεμνημένον. εἶναι δὲ τοιόνδε τὸν λόγον. πᾶν ὕδωρ προθερμανθὲν ψύχεται μᾶλλον ὥσπερ τὸ τοῖς βασιλεῦσιν παρασκευαζόμενον· ὅταν ἑψηθῇ μέχρι ζέσεως περισωρεύουσι τῷ ἀγγείῳ χιόνα πολλήν, καὶ γίνεται ψυχρότερον, ὥσπερ ἀμέλει τὰ ἡμέτερα σώματα, λουσαμένων περιψύχεται μᾶλλον. ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἄνεσις, πολύπορον τοῦ σώματος μανὸν ἀπεργασαμένη, πολὺν δέχεται τὸν ἔξωθεν ἀέρα, καὶ βιαιοτέραν ποιεῖ τὴν μεταβολήν, ὅταν οὖν ὑποπλασθῇ, ὑπὸ τῆς πληγῆς τὸ ὕδωρ, ἐν τῷ ἀέρι ὑποθερμανθὲν περιψύχεται ταχέως. Atque hoc ſe accepiſſe inquit ex Ariſtotelicis rationabiliter poſitis; rationemque talem eſſe. Omnis aqua præcalefacta infrigidatur magis. Veluti ea quæ regibus apparatur. Quæ dum calefcit vſque ad ebullitionem, accumulant vaſi niuem multam, ac fit frigior. Nempe vt noſtra etiã corpora, quæ lota magis frigeſcunt. Remiſſio namq; caliditatis, per poros corporis rarefactos, multum aerem recipit extrinſecus, vehementioremque facit mutationem. Cum igitur ſubacta a percuſſione aqua præcalefacta eſt, frigeſcit in aere celeriter. Capite eius libri 9. καὶ γὰρ οἶνον κεκραμένον δυσχερέστερον ἐξαίρουσιν τῶν ἱματίων, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι λεπτότερον ἐστί, καὶ μᾶλλον ἐνδύεται τοῖς πόροις. Etenim vinum dilutum difficilius ex veſtibus eximunt vt Ariſtoteli dictum eſt. quia ſubtilius eſt, ac magis ſubintrat poros. Sympoſiaco 8. cap. 9. τὴν δὲ Τίμωνος ἐν Κιλικίᾳ τιθήνην, Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε, φωλεύειν τοῦ ἔτους ἑκάστου δύο μῆνας, πλὴν μόνου τῷ ἀναπνεῖν, ὅτι ζῇ διάδηλον οὖσαν. In Cilicia Timonis nutricem narrauit Ariſtoteles, ſingulis annis duobus menſibus ſopitam dormire ita vt nulla alia re, præterquàm quòd reſpiret, viuam eam eſſe dignoſcatur. Libro, cui titulus, cur nunc Pythia verſu non reſpondet. σκόπει δ' εἰ βούλει, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀριστοτέλους λεγομένην. Ἀλλὰ βούλομαι εἰπεῖν. Φησὶ τοίνυν, τῶν μὲν ἄλλων ὑγρῶν πιόντα, διήλως καὶ διασπείρεσθαι τὸν ἰὸν ἀνωμάλως καὶ μένοντων. τοῦ δ' ἐλαίου τῇ πυκνότητι στέγεσθαι καὶ διαμένειν ἀθροιζόμενον. Conſidera ſi placet cauſam etiam quæ ab Ariſtotele eſt dicta. Volo inquit. Ait ergo, humidorum aliorum quodlibet ſiquis biberit perfundi occulte ac diſſeminari venenum inæqualibus, & manentibus. Sed ſi oleum biberit, denſitate ſua contegi, ac permanere congregatum. Idem Plutarchus libro de Placitis Philoſophorum primo cap. 18. Ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν. εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον. Ariſtoteles tantum eſſe vacuum extra mundũ, vt cœlũ reſpiret. Id namque eſſe igneũ. Libro 2. ca. 3. loquens de Mũdo. Ἀριστοτέλης οὐδ' ἔμψυχον ὅλον δι' ὅλων, οὐδὲ μὴν αἰσθητικόν, οὔτε λογικόν, οὔτε νοερόν, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον. τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἁπάντων κοινωνεῖν· σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους καὶ ζωτικάς· τὰ δὲ περίγεια, μηδενὸς αὐτῶν· τῆς δ' εὐταξίας κατὰ συμβεβηκός, οὐ προηγουμένως μετέχειν. Ariſtoteles, neque animatum totum per tota, neque ſenſitiuum, neque rationalem, neque intellectualem, neq; prouidentia gubernatum. Cœleſtia namque his omnibus participia eſſe, ſpherasque & animatas & vitales continere. Sed quæ circa terram, horum nullo. ordinisque non primario, ſed per accidens participare. Et cap. 5. Ἀριστοτέλης εἰ τρέφεται ὁ κόσμος καὶ φθαρήσεται. ἀλλὰ μὴν οὐδεμιᾶς τινὸς ἐπιδεῖται τροφῆς, διὰ τοῦτο καὶ ἀΐδιος. Ariſtoteles, ſi nutritur mundus, corrumpetur quoque. Sed enim nullo indiget cibo, propterea & æternus. cap. 7. de Mundi ordine. Ἀριστοτέλης πρῶτον μὲν ἀέρα ἀπαθῆ. πέμπτον δέ τι σῶμα, μεθ' ὃ παθητά, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, τελευταίαν δὲ τὴν. τούτων δέ, τοῖς μὲν οὐρανίοις ἀποδίδοσθαι τὴν κυκλικὴν κίνησιν· τῶν δ' ὑπ' ἐκεῖνα τεταγμένων, τοῖς μὲν κούφοις τὴν ἄνω, τοῖς δὲ βαρέσι τὴν κάτω. Ariſtoteles, primum quidem aerem impaſſibilem. Quintum etiam quoddam corpus; poſt quod, paſſibilia, ignem, aerem, aquam, & vltimam terram. Horum vero,

cœleſtibus tribuere circularem motum; ijs vero quæ ſub his ſunt ordinata, leuibus, motum ſurſum; grauibus, vero deorſum. cap. 11. de ſubſtantia Cœli. Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος πυρὸς, ἢ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ μίγματος. Ariſtoteles ex quinto corpore, igne, vel ex calido & frigido temperamento. cap. 17. Ἀριστοτέλης μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια τροφῆς, οὐ γὰρ φθαρτὰ, ἀλλ᾽ ἀΐδια. Ariſtoteles, cœleſtia non egere cibo, neque enim corruptibilia, ſed æterna. cap. 20. de Solis ſubſtantia. Ἀριστοτέλης σφαῖραν, ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Ariſtoteles Sphæram ex quinto corpore. Libro vero 3. cap. 1. de circulo lacteo. Ἀριστοτέλης ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἔξαψιν πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς. καὶ οὕτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὸν αἰθέρα κατωτέρω τῶν πλανητῶν. Ariſtoteles exalationis ſiccæ, multæ, & continuæ accenſionem, atque ita comam ignis, ſub æthere Planetis inferiorem. cap. 15. de terræ motu. Ἀριστοτέλης διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν, κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτῇ περιστάντος· τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γενέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν, διὰ τοῦτο ἐν ἀπολείψει γινομένης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως τῇ στενώσει, καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς διαταράττεσθαι. Arriſtoteles propter frigidi vndequaque antiperiſtaſim ſuperne inferneque ei circunſtantis. Calidum namque ſuperne contendit eſſe, vt eſt leue. ac propterea in deffectu cum ſit ſicca exalatio, aſtrictione ac contraria replicatione conturbatur. cap. 17. de flexu & reflexa. Ἀριστοτέλης, Ἡράκλειτος ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν πνευμάτων κινοῦντος καὶ συμπεριφέροντος· ὑφ᾽ ὧν ἐκβαλλόντων μὲν προωθουμένην ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν, καὶ παρασκευάζειν τὴν πλημμύραν. καταληγόντων δὲ ἀντιπερισπωμένην ὑποβαίνειν, ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωτιν. Ariſtoteles, Heraclitus, á Sole, mouente plurimos ventos & circumferente; a quibus, cum ingruerint impulſum mare Atlanticum intumeſcere, fluxumque parare. Ceſſantibus vero, contra retractum recedere; quod refluxus ſit. Libro autem 5. cap. 1. de Diuinatione. Ἀριστοτέλης, καὶ Δικαίαρχος τὸ καθ᾽ ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι, καὶ τοὺς ὀνείρους, ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ νομίζοντες τὴν ψυχὴν, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν. Ariſtoteles, & Dicæarchus eam ſolam (ſcilicet diuinationem) inducunt, quæ per furorem fit diuinum, & quę per ſomnia. Namque immortalem eſſe animam, non cenſent; diuini tamen cuiuſdam, eſſe participem. cap. 20. ἐστὶ πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησί· χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, οὐράνια. καὶ γὰρ τὰ ζῶα λέγεσθαι, καὶ κόσμον καὶ τῶν γηΐνων ἕκαστον, ζῶον λογικὸν ἀθάνατον. Eſt tractatus Ariſtotelis, in quo quatuor genera dicit animalium; terreſtria, aquatilia, volatilia, cœleſtia. Etenim animalia dici & mundum & terrenorum vnumquodque animal rationale immortale. Qui locus videtur poſteriore parte corruptus. Sed recte corrigetur ex hiſtoria philoſophica Aetij, Galeno attributa in qua multa ſunt eadem cum his, quæ ex Plutarcho attulimus. Verba eius, ſunt hæc cap. cui titulus πόσα γένη ζώων. Quot genera animalium Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, τέσσαρα εἶναι ζώων γένη λέγουσι, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ζῶον. χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, οὐράνια, καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα εἶναι, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ζῶον λογικὸν ἀθάνατον. Plato, & Ariſtoteles, quatuor genera animalium dicunt. Et ipſe mundus, animal eſt; terreſtria, aquatilia, volatilia, cœleſtia. Etenim, & ſtellas animalia eſſe, & ipſe mundus, animal rationale immortale. Eodem hoc libro Aetij, de Philoſophica hiſtoria, multa ſunt quæ vti Ariſtotelica citantur; quæ in noſtris libris nuſquam ſunt. Ac primo cap. de Deo. Ἀριστοτέλης δὲ τὸν ἀνωτάτω θεὸν, εἶδος χωριστὸν ἐπιβεβηκὸς τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντὸς. ὅθεν ἐστὶν αἰθέριον σῶμα τὸ μέγιστον ὑπ᾽ αὐτοῦ νομιζόμενον, διῃρημένον κατὰ τὰς σφετέρας διαιρέσεις, τῇ μὲν φύσει ἡμῶν συναφθὲν, τῷ δὲ λόγῳ κεχωρισμένον· ὥστε εἶναι ζῶον σύνθετον ἐκ σώματος καὶ θεότητος. καὶ τὸ μὲν

αἰθέριον.

αἰθέριον κυκλοφορητικὸν, τὴν δὲ ψυχὴν λόγον ἀκίνητον αἰτίαν τῆς κινήσεως κατ' ἐνέργειαν. Aristoteles supremum Deum formam separatam insidentem Sphæræ vniuersi. Vnde est æthereum corpus, quod ipse maximum censet: distinctum secundum proprias distinctiones: naturæ nostræ coniunctum, sed ratione separatum. Ita vt sit, animal compositum ex corpore & deitate; & æthereum circulo mobile. Animam vero rationem immobilem, causam efficientem motus. Reliqua quæ ex Aristotele hic author affert multa, eadem sunt pene verbis ipsis cum iis quæ Plutarchus recensuit; atque ideo eadem ipsa non repetemus. Gellius problemata quædam ex Aristotele transfert, quæ in his minime reperiuntur. Sunt autem libro 19.cap.4.his verbis. Aristotelis libri sunt, qui problemata physica inscribuntur, lepidissimi & elegantiarum, omne genus referti. In his quærit. Quam ob causam eueniat, vt quibus inuasit, repentinus rei magnæ timor, plerunque aluo statim cita fiant. Item quærit cur accidat, cum qui propter ignem diutius stetit, libido vrinæ lacessat. Ac de aluo quidem inter timendum prona, atque præcipiti, causam esse dicit quòd timor omnibus sit algificus. Quem ille appellat ψυχροποιητικὴν. Quæ vis frigoris, sanguinem, caloremque omnem, de summa corporis cute, cogat penitus, & depellat; faciatq; simul, vti qui timent sanguine ex ore recedente, pallescant. Is autem inquit sanguis, & caldor in vltima coactus, mouet plerunque aluum, & incitat. De vrina crebra, ex igni proximo facta verba hæc ponit. τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγός, ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα. Hæc enim verba, aut problemata nusquam proponuntur. Prius verò illud, videri poterit alicui propositum sectione 27.esseque decimum problema. Sed in eo non de aluo solum timentibus soluta, verum etiam de vrina incitata; & longe aliter causam reddit quàm Gellius referat; neque vlla frigoris fit ibi mentio; nec extat vox illa ψυχροποιητική. Atque ideo aliud est problema hoc ab eo quod Gellius transtulit. Prout quod sequenti capite adscribit. διατί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαῦλα ἐστίν; ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον διατμίζεται, καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. σημεῖον δ' ὅτι ἔλαττον γίνεται, ἢ πρότερον, ὅταν τακῇ παγέν. ἀπεληλυθότος οὖν τοῦ ὑγιεινοτάτου ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶ. Cur aquæ, ex niue, & glacie, prauæ sunt? Quòd omnis aquæ congelatæ, subtilissima pars, enaporat, & leuissima exhalat. Signum vero est, quòd minor fit quàm prius, quando marcescit congelata. Atque ideo cum abeat sanissima pars, necesse est peiorem esse quæ remanet. Capite præterea sequẽti aliud problema refert tale. διατί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι, ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσι, παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων· ὅτι τῶν μὲν αἰσχυνομένων, διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν. τοῖς δὲ φοβηθεῖσι εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν. Quam ob causam, qui pudore corripiuntur rubescunt, timore vero correpti, pallescunt, cum finitimæ passiones sint hæ? Quòd pudore correptis, sanguis ex corde in omnes corporis partes diffunditur. ita vt ad superficiem veniat. Timentibus vero, concurrit in cor, ita vt deficiat ex aliis membris. Libro autem 20.cap.4. habet epistolas duas alteram Alexandri regis, alteram Aristotelis, quæ etiam si apud Plutarchum quoq; sint; attamen Gellius affirmat se eas exscripsisse, ex Andronici Philosophi libro. Idest vt ego quidem reor, Rhodij. Quæ res tollit eam suspicionem, quam nonnulli habuerunt, quòd ficticiæ essent. Sic autem scribit. Exempla vtrarumque literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi; amaui autem prorsus in vtriusque epistola breuitatis elegantissimæ filum

tenuissimum. Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων· τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. ἔρρωσο. Alexander Aristoteli bene agere. Non recte fecisti, edens Acroamaticos sermones. Quo enim amplius differremus nos ab aliis, si sermones, quibus nos eruditi fuimus omnibus erunt communes. Ego vero vellem rebus optimis, potiusquàm potentia differre. Vale. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους. ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασι. ἔρρωσο.

Aristoteles, Alexandro Regi bene agere. Scripsisti ad me de sermonibus Acroamaticis, existimans eos debere custodiri in arcanis. Scito eos, & editos, & non editos. intelligibiles namque sunt iis solis, qui nos audierunt. vale. Libro autem 2. cap. 12. In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo, Athenienses vt sempiternæ manerent, pœnis, & religionibus sanxerunt: legem esse Aristoteles refert, scriptum ad hanc sententiam. Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fieret, & ob eam causam irritatis animis vtrinque arma caperentur, pugnareturque: tum qui in eo tempore, in eoque casu ciuilis discordiæ, non alterutræ parti sese adiunxerit, sed solitarius separatusque a communi malo ciuitatis recesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto; exul extorrisque esto. libro 3. cap. 15. Cognito repente gaudio, expirasse animam refert Aristoteles philosophus, Polycratam nobilem fœminam in Naxo insula. cap. 16. Eiusque sententiæ tam de octo, quàm de 11. mensibus (nasci hominem scilicet) Aristotelem laudat authorem M. Varro. Libro 10. cap. 2. Aristoteles philosophus memoriæ tradidit, mulierem in Aegypto, vno partu quinque pueros enixam; eumque finem esse dixit, multi iugæ hominum partionis: neq; plures vnquam simul genitos compertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sextus autem Empiricus, ipse quoque affert nonnulla Aristotelica, quæ his libris non continentur. Ea igitur apponam. Habet libro 1. cap. 18. Aristoteles autem in primo libro artis Rhetoricæ, simplicius diffinit: Rhetoricam, artem orationis. Et cum apud eũ quærendo obiiceretur, quòd ars quoque medendi, est orationis quæ pertinet ad medicinam, quidam respondentes dicunt, quòd ars medendi, refert orationem ad aliquem alium finem, nempe sanitatem. Rhetorica autem est planè ars orationis. Porrò autem alias quoque diffinitiones adducit Aristoteles. Cap. vero 19. Cæterum Aristoteles quidem, quamuis variis modis probasset, non posse intelligẽtia percipi, nec mediocriter essent perturbari Geometræ; dicit tamẽ latitudinis expertem, quæ ab eis dicitur longitudinem, non esse eiusmodi, vt non posit cogitatione percipi; sed eam, in nostram venire posse rationem, absque vlla difficultate, aut absurditate: constituit autem rationem in quoddam aperto & euidenti exemplo. Parietis inquit, accipimus longitudinem, non simul attendentes eius latitudinẽ. Quam tamen totam rem, ipse Sextus, libro aduersus mathematicos reprehendit. Libro vero contra logicos. Sic ait. Nam rursus Aristoteles existimauit, Zenonem eius (Parmenidis scilicet) familiarem, fuisse Dialecticæ auctorem. Quod ex Sophista Aristotelis est sumptũ; vti ex Laertij Empedocle fit clarum, in quo scribit. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ σοφιστῇ φησιν. πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν,

ρῶν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν. Aristoteles in sophista ait. Primum Empedoclem, Rhetoricam inuenisse: Zenonem vero Dialecticam. Zenonem scilicet Parmenidis familiarem eleata, non autem Cytieum Stoicorum principem qui Aristotele posterior fuit. Libro quoque aduersus Mathematicos idem Sextus, cap. 1. libri 8. Aristoteles autem dicebat, ex duobus principiis ortam esse Dei notionem inter homines; nempe et ex iis quæ in anima accidunt, propter diuinos eius in somnis afflatus, & diuinationes. Quando enim inquit, in somnis anima per se fuerit, tunc in sua propria recepta natura, & diuinat, & futura prædicit. Talis autem est etiam, dum in morte separatur a corporeis. Admittit enim Homerum quoque poetam, vt qui hoc obseruauerit. Facit enim Patroclum quidem, dum interimeretur, prædicentem cædem Hectoris; Hectorem autem Achillis. Ex his ergo inquit, suspicati sunt homines, Deum esse aliquid, quod ex se est, simile animæ, & est omnium scientissimum. Sed & ex sublimibus, nam cum contemplati essent, solem quidem interdiu circumeuntem; noctu autem ordinatum aliarum stellarum motum; existimarunt Deum esse aliquem actorem huius motionis, & ordinis. Atque hæc quidem Aristoteles. Libro quoque 1. hypoth. cap. 14. Aristoteles autem cuiusdam Thasij meminit, qui hominis imaginem perpetuo seipsum antecedere dicebat. Atheneus qui sub M. Antonino, eodem quo Sextus, tempore floruit, multa ex Aristotele decerpsit, quæ nunc subiiciam. Itaque libro primo sic habet de Philoxeno loquens. Ἀριστοτέλης δὲ φιλόδειπνον ἁπλῶς, ὅς καὶ γράφει που ταῦτα. δημηγοροῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις, κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐν τοῖς θαύμασιν, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντος, ἀνεγνωκότες οὐδὲν, πλὴν εἴ τὸ Φιλοξένου δεῖπνον, οὐχ ὅλον. Aristoteles vero, simpliciter cœnæ amantem. Qui alicubi hec scribit. Concionantes in plebe, totam consumunt diem in miraculis; & ab his qui ex Phaside, & Borysthene adnauigant nihil interrogantes, præterquam an Philoxeni cœna, non integra fuerit. Libro eodem. Ἀριστοτέλης ἐν τυρρηνῶν νομίμοις. οἱ δὲ τυρρηνοὶ δειπνοῦσιν μετὰ τῶν γυναικῶν, ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ. Aristoteles in Tyrrhenorum legibus, Tyrrheni cœnant cum mulieribus, recumbentes sub eadem veste. Iterum eodem. ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν, ζητῶν διάτι οἱ ἱδροῦντες, εἰ ἐπανέλθωσιν εἰς θερμὸν ἢ ψυχρὸν ὕδωρ οὐκ ἔτι ἱδροῦσιν ἕως πάλιν ἐπανέλθωσιν, ἀπὸ τῶν ἐμβασιῶν. vt Aristoteles dixit in Problematis physicis quęrens cur sudantes, si redeant in calidam vel frigidam aquam non amplius sudant, quoad rursus redeant a scamnis. Quod quidem problema in his quę habemus minime est. Libro vero 4. scripsit. ἀπρεπὲς γάρ ἦν φησὶν Ἀριστοτέλης ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ, καὶ κονιορτῷ; δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα, μήτε ῥυπᾶν, μήτε αὐχμεῖν μήτε βορβόρῳ χαίρειν καθ' ἡράκλειτον. Indecens enim est, ait Aristoteles, ad conuiuium venire cum sudore multo, & puluere. Oportet namque elegantem virum, neque sordescere, neque squallescere, neque cœno gaudere, secundum Heraclitum. Quam sententiam ferè initio quinti libri repetit. Libro autem 6. locum ex Methoneorum Republica ascribit. παράσιτοι φησὶ τοῖς μὲν ἄρχουσι δύο καθ' ἕκαστον ἦσαν, τοῖς δὲ πολεμάρχοις εἷς. τεταγμένα δ' ἐλάμβανον παρ' ἄλλων τε τινῶν, καὶ τῶν ἁλιέων ὄψον. Parasiti inquit, magistratibus singulis duo erant, belli vero ducibus vnus. Atque ordinata cibaria sumebant, a piscatoribus, aliisque quibusdam. Libro vero 8. ex Naxiorum politia. τῶν παρὰ Ναξίοις εὐπόρων, οἱ μὲν πολλοὶ τὸ ἄστυ ᾤκουν, οἱ δ' ἄλλοι διεσπαρμένοι κατὰ κώμας. ἐν δή τινι τῶν κωμῶν ᾗ ὄνομα ἦν Ληστάδαι, Τελεσαγόρας ᾤκει πλούσιος τε σφόδρα, καὶ εὐδοκιμῶν, καὶ τιμώμενος παρὰ τῷ δήμῳ: τοῖς δ' ἄλλοις ἅπα-

σι καὶ τοῖς καθ' ἡμέραν πεμπομένοις. καὶ ὅτε καταβάντες ἐκ τῆς πόλεως δυσωνοῖντο τι τῶν πωλουμένων, ἔθος ἦν τοῖς πωλοῦσι λέγειν, ὅτι μᾶλλον ἂν προέλοιντο Τελεσταγόρᾳ δοῦναι ἢ τοσοῦτον ἀποδόσθαι. Νεανίσκοι οὖν τινὲς, ὠνούμενοι μέγαν ἰχθὺν, εἰπόντος τοῦ ἁλιέως τὰ αὐτὰ, λυπηθέντες τῷ πολλάκις ἀκούειν, ὑποπιόντες ἐκώμασαν πρὸς αὐτόν. δεξαμένου δὲ Τελεσταγόρου φιλοφρόνως αὐτοὺς, οἱ νεανίσκοι αὐτὸν δὲ ὕβρισαν, καὶ δύο θυγατέρας αὐτοῦ ἐπιγάμους. Ἐφ' οὗ, ἀγανακτήσαντες οἱ Νάξιοι, καὶ τὰ ὅπλα ἀναλαβόντες ἐπῆλθον τοῖς Νεανίσκοις. καὶ μεγίστη τότε στάσις ἐγένετο. προστατοῦντος τοῖς Ναξίοις Λυγδάμιδος, ὃς ἀπὸ ταύτης τῆς στρατηγίας, τύραννος ἀνεφάνη τῆς πατρίδος. Inter Naxios, diuites multi in vrbe habitabant; alij vero per vices sparsi. In quodam igitur vico, cui nomen erat Lestadę, Telestagoras habitabat; vir diues valde, quique optime apud populum audiebat, ab eoq; honorabatur tū aliis omnibus honoribus tum etiam ijs, quę illi quotidie mittebantur. Et quando vendentes, ex vrbe egrediebantur; quòd non potuissent quanti voluerant vendere, in more habebant, vt dicerent, malle se Telestagorę id donare, quàm tanti dare. Adolescentes ergo aliqui, cum emerent piscem magnum, piscatorq; ea verba dixisset, molestia affecti, quòd id sæpe audirent; plusculum cum bibissent, bacchantes ad eum sunt profecti. Quos Telestagoras benigne excepit. At ipsi, tum ipsum, tum filias eius duas nubiles, iniuria affecerunt. Quam ob rem indignati Naxij, armis susceptis, Adolescentulos inuaserunt. Et maxima tunc seditio est excitata, Naxiis Lygdamide præfecto. qui ab eo Imperio, Tyrannus Patriæ euasit. Libro quoque 10. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ μέθης φησὶν, εἰ ὁ οἶνος μετρίως ἀφεψηθείη, πινόμενος ἧττον μεθύσκει. τὴν γὰρ δύναμιν ἀφεψηθέντος αὐτοῦ ἀσθενεστέραν γίνεσθαι. μεθύσκονται δὲ φησὶν οἱ γεραίτεροι τάχιστα, δι' ὀλιγότητα, καὶ ἀσθένειαν τοῦ περὶ αὐτοὺς ἐνυπάρχοντος θερμοῦ. τῷ γὰρ ἐκ τοῦ οἴνου προσγινομένῳ, κρατοῦνται ῥᾳδίως. Μεθύσκονται δὲ κἂν τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὕες μὲν σταφυλῆς στεμφύλων χορτασθέντες, καὶ τ' τῶν κοράκων, καὶ τῶν κυνῶν γένος, τὴν οἰνοῦτταν καλουμένην φαγόντα βοτάνην. πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας πιόντες οἶνον. διὸ καὶ τὰς θήρας ποιοῦνται τῶν πιθήκων, καὶ τῶν κοράκων μεθυσθέντων τῶν μὲν οἴνῳ τῶν δὲ τῇ οἰνούττῃ. Aristoteles in libro de ebrietate ait. Si vinum mediocriter excoquatur, bibaturque, minus ebrios facit. Facultatem enim eius debiliorem fieri ex ea coctione. Inebriantur vero ait, citissime, veruli; ob paucitatē, debilitatemque insiti caloris. Eo enim calore qui a vino illis adgeneratur, facile superantur. In aliis animalibus inebriantur, porci quidem acinis vuarum saturi facti; corui etiam, & canes si herbam quæ œnuitta idest vinosa vocatur, comederint. Simia vero, & Elephas, si vinum biberint. Quapropter etiam venantur simias, & coruos, his œnuitta, illis vino inebriatis. Post paulo, alium ex eodem libro locum affert. τὸν δὲ σαμαγόρειον οἶνον καλούμενον φησὶν Ἀριστοτέλης, ἀπὸ τριῶν κεραθεισῶν μεθύσκειν, ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἄνδρας. Vinum quod Samagorium vocatur, ait Aristoteles tribus cotylis plenis, inebriari supra quadraginta viros. Eodem libro. ἐν τῇ Συρακουσίων πολιτείᾳ καὶ συνεχῶς φησὶν αὐτὸν ἔσθ' ὅτε ἐπὶ ἡμέρας ἐνενήκοντα μεθύειν. Aristoteles, in Syracusanorum Republica ait ipsum (Dionysium scilicet iuniorem) quandoque per nonaginta continuos dies ebrium fuisse. Eodem libro. Ἄλλως φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης. εἰς τὰ νῶτα καταπίπτουσιν οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες, ὃν πῖνον καλοῦσιν, λέγων οὕτως. Πλὴν ἴδιόν τι συμβαίνει, περὶ τὰς τῶν κριθῶν, τὸ καλούμενον πῖνον. ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν λοιπῶν τε καὶ μεθυστικῶν, οἱ μεθυσθέντες ἐπὶ πάντα τὰ μέρη πίπτουσιν. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ, καὶ πρηνεῖς καὶ ὕπτιοι. μόνοι δὲ οἱ τῷ πίνῳ μεθυσθέντες, εἰς τοὐπίσω, καὶ ὕπτιοι κλίνονται. Sed vti Aristoteles ait in libro de ebrietate; quòd retroca-

dunt

dunt ij qui hordeaceum biberunt, quod pinum vocant, sic dicens. Præterquàm quòd proprium quiddam accidit circa ebrietates quæ ex hordeo fiunt, quod pinum vocant. A reliquis namque inebriantibus, ebrij ad omnes partes concidunt: namque ad sinistram, & ad dexteram, & proni, & supini; soli ij qui pino inebriantur, retro, & suppini inclinantur. Rursus libro 11. ex eodem de Ebrietate. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης, αἱ ῥοδιακαὶ φησὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες, διά τε τὴν ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας προσφέρονται, καὶ διὰ τὸ θερμαινομένας τὸν οἶνον ἧττον ποιεῖν μεθύσκειν. σμύρνης γὰρ καὶ σχίνου, καὶ τῶν τοιούτων εἰς τὸν οἶνον ἐμβληθέντων, ἕψονται, καὶ παραχέονται εἰς οἶνον ἧττον μεθύσκουσιν. κἀν ἄλλῳ δὲ μέρει φησίν. αἱ ῥοδιακαὶ χυτρίδες γίνονται σμύρνης, σχίνου ἄνθους, κρόκου, βαλσάμου, ἀμώμου, κινναμώμου, συνεψηθέντων; ἀφ' ὧν τὸ πινόμενον τῷ οἴνῳ παραχυθὲν, οὕτω μέθας ἵστησιν, ὥστε καὶ τῶν ἀφροδισίων παραλύειν, τὰ πνεύματα πέπτον. Aristoteles in libro de ebrietate inquit. Ollulæ quæ Rhodiacæ appellantur; importantur in cōmessationes, tum propter voluptatem, tum etiam quòd vinum incalescentes, minorem efficiunt ebrietatem. Myrrhæ namque, & lentisco, aliisque rebus huiusmodi in vinum missis, concoquuntur, & infusæ vnio minus inebriant. Alia etiam parte ait. Rhodiacæ ollulæ fiunt myrrhæ, & lentisci floribus, croco, balsamo, amomo, cynamomo, simul coctis; e quibus quod bibitur vinum, perfusum, sic ebrietatem sistit, vt etiam venerem soluat, flatus concoquens. Eodem libro. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ποιητῶν, οὕτως γράφει. οὐκ οὖν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. Aristoteles in libro de Poetis sic scribit. Nonne, metricos, quos Sophronis mimos vocāt haud dicemus esse sermones & imitationes. Vel Alexamenis Teij, qui prius scripti sunt quàm Socratici dialogi. Eodem. νόμος γάρ ἐστιν ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, λόγος ὡρισμένος, καθ' ὁμολογίαν κοινὴν τῆς πόλεως; μηνύων πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστα. Lex enim est, vt ait Aristoteles. sermo deffinitus secundum communem ciuitatis consensionē, significans quo modo oporteat agere singula. Libro vero 13. καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δ' ἔφη τοὺς ἐραστὰς, εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν, ἢ τοὺς ὀφθαλμούς; ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν. Aristoteles quoque dixit Amatores, nullam in aliam amatorum corporis partē, inspicere, quàm in oculos. in quibus verecundia inhabitat. Eodem libro. τὸ ὅμοιον ἱστορεῖ γενέσθαι, καὶ Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ. γράφων οὕτως. Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορευόμενοι ἔκτισαν μασσαλίαν. Εὔξενος δ' ὁ φωκαεὺς Νάνῳ τῷ βασιλεῖ (τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα) ἦν ξένος. οὗτος ὁ Νάνος ἐπιτελῶν γάμους τῆς θυγατρὸς, κατὰ τύχην παραγενόμενον τὸν Εὔξενον, παρακέκληκεν ἐπὶ θοίνην. ὁ δὲ γάμος, ἐγίνετο τόνδε τὸν τρόπον. ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα, φιάλην κεκερασμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι, τῶν παρόντων μνηστήρων. ᾧ δὲ δοίη τοῦτον εἶναι νυμφίον. ἡ δὲ παῖς εἰσελθοῦσα, δίδωσιν εἴτε ἀπὸ τύχης, εἴτε καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τῷ Εὐξένῳ. ὄνομα τῇ παιδὶ, Πέττα. τούτου δὲ συμπεσόντος καὶ τοῦ πατρὸς ἀξιοῦντος ὡς κατὰ θεὸν γενομένης τῆς δόσεως ἔχειν αὐτὴν, ἔλαβεν ὁ Εὔξενος γυναῖκα. καὶ συνῴκει μεταθέμενος τοὔνομα Ἀριστοξένην. καὶ ἔστι γένος ἐν μασσαλίᾳ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου μέχρι νῦν πρωτιάδαι καλούμενον. πρωτις γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένου καὶ Ἀριστοξένης. Simile narrat Aristoteles accidisse, in Republica Massaliotarum sic scribens. Phocenses qui sunt in Ionia, mercatura vtentes, Massiliam condiderunt. Euxenus Phocensis, Nano regi (hoc illi nomen erat) fuit hospes. Hic Nanus, celebrans filiæ nuptias, forte fortuna præsentem Euxenum, ad conuiuium vocauit. Nuptiæ autem hoc pacto, fiebant. oportebat, a cœna, puellam introire, phyalam plenam, cui libuisset porrigere præsentium procorum. cui dedisset, illum esse sponsum.

Puella ergo ingressa, porrigit, seu sorte, siue aliam ob causam, Euxeno. nomen erat puellæ Petta. Hoc cum accidisset patreque instante (veluti sorte diuina, ea donatio facta esset) vt eam haberet: accepit eam Euxenus in vxorem. & cohabitauit. mutans ei nomen, vocansq; Aristoxenam. Estque genus Massiliæ ab iis hominibus, quod vsque ad hoc tempus, vocatur, Protiadę. Protis. n. fuit filius Euxeni & Aristoxenæ. Libro 14. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ μέθης, τὰ τραγήματα φησὶ λεγέσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων. τρωγάλια γάρ, ἐπιδορπισμὸν εἶναι. Aristoteles in libro de Ebrietate. Tragemata inquit dicuntur ab antiquis. Namque trogalia, esse a cœna gentaculum. & paulo post alium locum eadem de re addit ex libro eodem. τὸ μὲν οὖν ὅλον διαφέρειν τράγημα βρώματος, νομιστέον. ὅσον ἔδεσμα τρωγαλίου. τοῦτο γὰρ πάτριον τοὔνομα τοῖς ἕλλησιν. ἐπεὶ ἐν τοῖς τραγήμασι τὰ βρώματα παρατίθενται; διόπερ οὐ καλῶς ἔοικεν εἰπεῖν ὁ πρῶτος, δευτέρας προσαγορεύσας τραπέζας. οὗτος γὰρ ἐπιδορπισμὸς, τραγήματος τι ἐστὶ, καὶ δεῖπνον ἕτερον παρατίθεσθαι τραγήματα. Omnino putandum est differre, tragema a bromate. quantum edesma a Trogalio. Hoc enim patrium nomen Græcis est. Quandoquidem in tragemasi, apponuntur bromata. Quare non recte dixisse videtur is, qui primus secundam mensam vocauit. Hic enim epidorpismus tragema quoddam est. Et apponi, veluti alteram cœnam ipsum tragema. Libro vltimo. Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος φησὶν, οὐ γὰρ ἄν ποτε, Ἑρμίᾳ θύειν ὡς ἀθανάτῳ προαιρούμενος, ὡς θνητῷ μνῆμα κατεσκεύαζον, καὶ ἀθανατίζειν τὴν φύσιν βουλόμενος, ἐπιταφίοις ἂν τιμαῖς ἐκόσμησα τὸ. Sed enim Aristoteles ipse, in apologia (nisi notha sit ea oratio) ait. Namque si Hermiæ sacrificare vt immortali statuissem, veluti mortali sepulchrum minime struxissem. neque si naturam immortalitate donare voluissem, honoribus ea sepulchralibus ornata esset. Atque hactenus ex Atheneo. nam alia loca quæ satis multa ex Aristotele citat, in libris qui supersunt reperiuntur. Galenus eadem cum Athenæo, sub Antonino ætate vixit; ex eo loca quædam, afferemus, vel potius ex libris Galeno ascriptis. Nam quæ libris legitimis Aristotelis loca appellat, videntur omnia libris extantibus contineri. Itaque libro de Incantatione, locum ex Aristotelis libro de Lapide affert. Ait ergo Aristoteles in libro de lapidibus. Suspendens smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit a casu epilepsiæ suspecto. Vnde semper mandamus nobilibus, vt è collo filiorum suorum suspendatur. ne in hanc infirmitatem incidant. Item quodlibet genus hyacinthorum, suspendens collo, siue habens in digito, si intret in regionem pestiferam; & a maioribus petitiones eius complentur. Item Sardam 20. granorum hordei pondus portans è collo, seu in digito, non videbit terribilia in somno. Item Corneolam è collo, portans seu in digito, mitigat iram in contentione. Cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit. maxime in fœminis. Onyx suspensus, vel digito portatus augumentat in somno terribilia, & tristitiam & inter homines contentiosa. In pueris autem suspensus saliuam oris auget. Sanè Laertius ait, Aristotelem librum de Lapide scripsisse. An vero ex eo verba hæc desumpta sint, quæ potius Arabis cuiusdam, aut Arabicæ translationis esse videntur non audeo, vel affirmare vel negare. Quæ autem in philosophica historia Aetij Aristotelis dogmata citantur, diximus superius omnia præter id quod ibi attulimus ex Plutarcho ad verbum ferè ex scripta esse. Ad Laertium transeamus, qui multa itidem ex Aristotele affert. Est itaque in procemio locus ex Aristotelis magico. τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν οὐδ'

ἔγνωσαν

ἠγνοῆσαν φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μαγικῷ. Præstigiatorium vero vaticiniū non agnouerunt ait Aristoteles in magico. Quem tamen librum in catalogo Aristotelicorum postea non enumerat. Et mox. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας, καὶ πρεσβυτέρους εἶναι τῶν αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς, καὶ ὠρομάσδης. τῷ δ' Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. Aristoteles vero in primo de Philosophia, & antiquiores esse (magos scilicet) Aegyptiis. Et duo secundum ipsos esse principia, bonum dæmonem, & malum dæmonem. Et alteri nomen esse Iuppiter & Horomasdes, alteri Pluto & Arimanius. In Thalete vero. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχὰς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου. Aristoteles vero & Hippias tradunt, ipsis etiam inanimatis tribuere animas, coniicientem ex lapide magnetis, & Electro. In Socrate quoque φησὶ δ' Ἀριστοτέλης, δύο γυναῖκας αὐτὸν ἀγαγέσθαι: προτέραν μὲν Ξανθίππην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Λαμπροκλέα. δευτέραν δὲ Μυρτώ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου, θυγατέρα. ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν. ἐξ ἧς γενέσθαι Σωφρονίσκον, καὶ Μενέξενον. Inquit Aristoteles, duas vxores eum duxisse. Priorem quidem Xantippem; ex qua, illi natum Lamproclem. Secundam vero Myrto, Aristidis iusti filiam; quam etiam indotatam accepisse. ex qua natos esse Sophroniscum, & Menexenum. Eodem. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης Μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς Ἀθήνας, τά τε ἄλλα καταγνῶναι τοῦ Σωκράτους, καὶ δὴ καὶ βίαιον ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτῷ. Ait Aristoteles Magum quendam, e Syria Athenas venisse; ac omnia alia Socratis cognouisse. Nec non quòd violenta illi mors futura esset. Et paulo post. τούτῳ τις, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύλων καὶ Ὀνάτας. καὶ Σάγαρις Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης, ὁ κολοφώνιος. καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ, ὁ προειρημένος Ξενοφάνης. καὶ Πινδάρῳ, Ἀμφιμένης ὁ κῷος, Θάλητι δὲ, Φερεκύδης, καὶ Βίαντι Σάλαρος πριηνεὺς, Πιττακῷ; Ἀντιμενίδας, καὶ Ἀλκαῖος, Ἀναξαγόρᾳ, καὶ Σιμωνίδῃ, Τιμοκρέων. Huic quemadmodum narrat Aristoteles in 3. de Poetica: æmulabatur Antiolochus quidam Lemnius, & Antipho augur. vt Pythagora, Cydon, & Onatas. Et Sagaris viuo Homero, defuncto vero, Xenophanes Colophonius. Et Cercops Hesiododum viueret, post mortem antedictus Xenophanes. Et Pindaro, Amphimenes Cous. Thaleti, Phærecydes, Bianti, Salarus Prieneus, Pittaco, Antimenides, & Alcęus. Anaxagoræ, Sosibius, & Simonidi, Timocreon. In Xenophonte vero. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης, ὅτι ἐγκώμια, καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου, μυρίοι ὅσοι συνέγραψαν, τὸ μέρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι. Inquit Aristoteles quòd encomia & epithaphium, Grylli, mirum quot scripserunt, partim etiam patri gratificantes. In Platone. vero. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. Ait Aristoteles, orationis eius ideam esse inter poeticam & solutam. Eodem. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν στυρέα ἢ Τήιον. Aristoteles vero in primo de Poetis, Alexamenum Styrensem vel Teium (scilicet scripsisse dialogos) qui locus etiam ab Atheneo superius est allatus. In eo ipso. Διῄρει δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ τὰ πράγματα τοῦτον τὸν τρόπον. τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν, τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δ' ἐν σώματι, τὰ δ' ἐκτός. οἷον ἡ μὲν δικαιοσύνη, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ ἀνδρία, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν τῇ ψυχῇ. τὸ δὲ κάλλος, καὶ ἡ εὐεξία, καὶ ἡ ὑγίεια, καὶ ἡ ἰσχὺς ἐν σώματι. οἱ δὲ φίλοι καὶ ἡ τῆς πατρίδος εὐδαιμονία, καὶ ὁ πλοῦτος ἐν τοῖς ἐκτός. Diuidebat inquit Aristoteles, res etiā ipsas hoc modo. Bonorum quidem alia in anima, alia in corpore, alia extra. veluti iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia & talia, in anima. Pulchritu-

O

do vero, & bona habitudo, & ſanitas, & robur in corpore. amici vero & patriæ fœlicitas & diuitiæ in externis. Hanc bonorum diuiſionem puto Ariſtotelem deſcripſiſſe in libris de bono, ſeu de Philoſophia. Nam Suidas ait eum iis libris collegiſſe Platonis non ſcriptas opiniones. Sic enim ſcribit in Ἀγαθοῦ δαίμονος. ὅτι περὶ τ' ἀγαθοῦ, βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης, τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν ταὐτῷ κατατάττει, καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος Ἀριστοτέλης, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ψυχῆς, ἐπονομάζων αὐτὸ περὶ φιλοσοφίας. Quòd Ariſtoteles compoſuit librum de bono, in eoque diſponit Platonis opiniones non ſcriptas; eiusq; meminit ipſe, in primo de Anima, vocans eum de Philoſophia. Philoponus quoque meminit huius libri Phiſico 4. commenta. 28. His verbis, τὰς δ' ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος, αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης συνεγράψατο, colloquia autem Platonis non ſcripta, ipſe Ariſtoteles conſcripſit. Sed Laertij locos proſequamur. In Pythagora. ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὅς ἐστιν τοῦ κερατίνου διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδὲν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ. Nempe adorare ſolum altare in Delo Apollinis genitoris, quod eſt a tergo, ipſi cereo. Quia & frumenta & hordea, & placentæ, ſola apponantur in eo, ſine igne: Hoſtia vero nulla, vt ait Ariſtoteles in Deliorum Politia. Eodem Ἀριστοτέλης δὲ φησὶ μήτρας καὶ τρύγλης ἐνίοτε, ſcilicet, ἀπέχεσθαι. Ariſtoteles vero ait eum abſtinuiſſe a medulla & barbo quandoque. Eodem iterum. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων, παραγγέλλειν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἤτοι ὅτι ᾅδου πύλαις. ἀγόνατον γὰρ μόνον. ἤτοι ὅτι φθείρει. ἤτοι ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον. ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κληροῦνται γὰρ οὕτως. τὰ δὲ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι, μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν, ἢ ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τινός. Inquit Ariſtoteles in libro de Fabis, præcepiſſe eum a fabis abſtinere, vel quia pudendis ſint ſimiles, vel inferni portis. Nam ſine genibus ſolum. vel quia corrumpant. Vel quia vniuerſi naturæ ſint ſimiles. vel quia paucorum potentiæ ſint. Siquidem fabis vota ferunt. ea vero quæ cadunt, non interimi, vel quia aſſueſcant, non intemperanter commedere. vel quia in obitu alicuius. Qui ſanè locus ſatis eſt difficilis, et forte corruptus. Sed librum hunc de fabis ommiſit in catalogo librorum Ariſtotelicorum. In Empedocle Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἔτι τε Ἡράκλειτον, ἑξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετελευτηκέναι. Nam Ariſtoteles ait. Ipſum & Heraclitum ſexaginta annorum mortuos eſſe. Rurſus. Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ σοφιστῇ φησί. πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν. ἐν δὲ τῷ περὶ ποιητῶν φησίν, ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς, ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτάγμασι χρώμενος. καὶ διότι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα τήν τε τοῦ Ξέρξου διάβασιν, καὶ προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν. ἀδελφή τις αὐτοῦ ἢ θυγάτηρ. Ariſtoteles vero ait in Sophiſta, primũ Empedoclem Rhetoricam inueniſſe. Zenonem vero Dialecticam. In libro vero de Poetis ait. quod Empedocles Homericus fuerit & vehemẽs in elocutione, cum eſſet metaphoricus. atque aliis poeticæ artis præceptis vteretur. Et quòd cum ipſe alia quoque poemata ſcripſiſſet, ſcilicet Xerxis tranſitum, & procœmium in Apollinem, hæc poſtea combuſſerit ſoror eius quædam vel filia. Iterum eodem. φησὶ δ' αὐτὸν καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέναι, καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον. Dicit Ariſtoteles, ipſum liberum fuiſſe, et ab omni principatu alienum. In Protagora. καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας. Et primus quas vocant clitellas, quibus onera ferunt, inuenit vt Ariſtoteles ait in libro de educatione.

ne. In Pyrrhone quoque. Δημοφῶν οὖν ὁ Ἀλεξάνδρου τραπεζοποιὸς ἐν σκιᾷ ἐθάλπετο, ἐν ἡλίῳ δ' ἐρρίγει. Ἄνδρων δ' ὁ Ἀργεῖος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὥδευεν ἄποτος. Demophon Alexandri Mensarius, in vmbra calefiebat, in sole vero rigebat. Andron vero Argiuus, vt ait Aristoteles, per inaquosam lybiam impotus iter fecit. Laertium sequuntur Apollonius & Antigonus Græci authores, qui quo tempore floruerint incertum est., vt incertum quoque de Laertio. Apollonius itaque libello, quo mirabiles quasdam historias collegit, ca.6. scripsit πάλιν δ' ἐν Καυλωνίᾳ, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, γράφων περὶ αὐτοῦ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, λέγει καὶ τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ φησὶν, δάκνοντα θανάσιμον ὄφιν αὐτὸς δακνὼν ἀπέκτεινεν, καὶ τὴν γινομένην δὲ στάσιν τοῖς πυθαγορείοις προειπεῖν. διὸ καὶ εἰς Μεταπόντιον ἀπῆρεν ὑπὸ μηδενὸς θεωρηθείς. καὶ ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων, φωνῆς ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων. Πυθαγόρα χαῖρε. τοὺς δὲ παρόντας, περιδεεῖς γενέσθαι. ἐφάνη δέ ποτε καὶ ἐν Κρότωνι καὶ ἐν Μεταποντίῳ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ, ἐν θεάτρῳ δὲ καθήμενος ποτὲ ἐξανίσταται, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφαινε τοῖς καθημένοις, ὡς χρυσοῦν. Rursus in Caulonia vt ait Aristoteles scribens de ipso multa quidem etiam alia dicit. Et eum qui in Tyrrhenia ait mordentem serpentem, mortalem, ipse mordens interemit. Et factam seditionem Pythagoreis prædixisse. Quare & in Metapontum abiit, a nemine visus. Et ex fluuio qui apud Samum, eum transiens audiuit vocem magnam super homines. Pythagora Salue. Præsentes autem perterrefactos. Visus vero est aliquando Crotone & Metaponti eadem die atque hora, in Theatro sedens vt Aristoteles refert, surrexit & sessoribus demonstrauit fœmur suum aureum. Cap. 7. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασι τοὺς περὶ τὴν φυτείαν τῆς κριθῆς γινομένους χλωροτέρας ἴσχειν τὰ σώματα, μᾶλλον, ἢ περὶ τὸν πυρὸν κατὰ χολωμένους. Aristoteles in naturalibus problematis tradit eos qui hordeum plantant, pallidiora habere corpora quàm qui triticum est quidem problema. 25. sect. 25. & 10. vltime. quod simile quiddam habet sed loco φυτείας, habet ἐργασίαν. Illa plantationem hæc concoctionem significat. cap. 11. Ἀριστοτέλης ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς τῆς Καρίας σκορπίους γίνονται, οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι. τοὺς δ' ἐπιχωρίους παραυτὰ ἀποκτείνουσι. Aristoteles in barbaricis consuetudinibus narrat, in Caria scorpios nasci qui peregrinos si feriant, non admodum lædant, indigenas autem illico occidant. Quod etiam Antigonus cap. 18. refert. ca. vero 25. idem Apollonius. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ μέθης, Ἄνδρων φησὶν Ἀργεῖος, ἐσθίων πολλὰ, καὶ ἁλμυρὰ, καὶ ξηρὰ, δι' ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος, καὶ ἄποτος διετέλεσεν. ἔτι δὲ προσθείς, εἰς Ἄμμωνα διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ, ἄλφιτα ξηρὰ ἐσθίων μόνος οὐ προσηνέγκατο ὑγρὸν. τοῦτο δ' ἐποίησε δι' ὅλου τοῦ βίου. Aristoteles in libro de Ebrietate. Andron inquit Argiuus, per omne vitæ suæ tempus, siti, potuq; caruit: quamquàm cibis, & multis, & salsis, & siccis vesceretur. Idemq; ad Ammonem profectus per viam aquæ expertē, sicca farina vescens, nullum adhibuit humorem. Idq; per totam vitā fecit. cap. 27. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς ζωικοῖς (δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι ἡ μὲν περὶ ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν ζωικῶν) οἱ φθεῖρες φησὶν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐν ταῖς μακραῖς οὐ φθίνουσι νόσοις μελλόντων τελευτᾶν τῶν παχόντων, ἀλλ' ὅτι τὰ προσκεφάλαια ἀπίασιν, προλιπόντες τὴν κεφαλήν. Aristoteles in opere de ijs quę ad animalia pertinēt (duo enim sunt eius opera, vnum de animalibus, alterum de iis quæ ad animalia pertinēt (pediculos capitis tradit in lōgis morbis, nō tabescere interituris ægrotis: sed īueniri in puluinaribus ad q̄ trāseāt, desertis capitibus ęgrotorū. c. 28. Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ζωικοῖς, ὁ ῥύπος, φησὶν ἐν τοῖς ὠταρίοις γιγνόμενος πικρὸς ὤν, ὅταν τελευτᾶν μέλλωσιν ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις, γλυκὺς γίνεται τοῦτο δὲ φησὶν παρατετήρηται ἐπὶ πολλῶν γινόμενον. ἀποδίδωκε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν.

Aristoteles in iis quæ ad animalia pertinent, tradit, sordes quæ in auribus nascuntur, cum sint amaræ, morituris fieri dulces. idque in multis esse obseruatum. Et causam rei exponit in problematis naturalibus sectione, scilicet 32. proble. 4. Et cap. 39. Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς ἐκλογαῖς τῶν ἀνατομῶν, φησίν. ὄφις ὤφθη ἐν Πάφῳ πόδας ἔχων δύο ὁμοίως χερσαίῳ κροκοδείλῳ. Aristoteles in sellectis anatoniarum ait. Serpentem in Papho conspectum duos pedes habentem vt crocodilus terrestris. Antigonus etiam qui eiusdem argumenti libellum scripsit. cap. 24. sic ait ὁ δ' Ἀριστοτέλης καὶ ἐκ τῶν σισυμβρίων φησὶν σαπέντων, σκορπίους γίνεσθαι. Aristoteles etiam e Symbriis putrefactis ait, scorpios nasci. Eodem. ἐπιληψίας ἐστὶ φασὶν, ὧν ὁ Ἀριστοτέλης καταγράφει φάρμακον. Epilepsiæ enim esse remediū aiunt vt Aristoteles scribit. Scilicet galeotę corium. Sed Porphyrius in commentariis quæ in Ptolomæi musicen scripsit, ascribit prolixum satis fragmentum ex Aristotelis libro περὶ ἀκουστῶν de audibilibus. Quem librum, nemo alius, quod ego sciam nominauit. id fragmentum, ne quicquam desit huc adscribam. Est autem tale. Τὰς δὲ φωνὰς ἁπάσας συμβαίνει γίγνεσθαι καὶ τοὺς ψόφους, ἢ τῶν σωμάτων, ἢ τοῦ ἀέρος πρὸς τὰ σώματα προσπίπτοντος, οὐ τῷ τὸν ἀέρα σχηματίζεσθαι, καθάπερ οἴονταί τινες, ἀλλὰ τῷ κινεῖσθαι παραπλησίως αὐτὸν συστελλόμενον καὶ ἐκτεινόμενον καὶ καταλαμβανόμενον. ἔτι δὲ συγκρούοντα, διὰ τὰς τοῦ πνεύματος καὶ τῶν χορδῶν γιγνομένας πληγάς. ὅταν γὰρ τὸν ἐφεξῆς ἀέρα πλήττῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἐμπίπτον αὐτῷ, ὁ ἀὴρ ἤδη φέρεται βίᾳ, τὸν ἐχόμενον αὐτοῦ προωθῶν. ὁμοίως. ὥστε πάντῃ τὴν φωνὴν διατείνειν τὴν αὐτὴν, ἐφ' ὅσον συμβαίνει γίγνεσθαι καὶ τοῦ ἀέρος τὴν κίνησιν. διαχεῖται γὰρ ἐπὶ πλέονα ἡ βία τῆς κινήσεως αὐτοῦ γιγνομένης. ὥσπερ καὶ τὰ πνεύματα ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ ἀπὸ τῆς χώρας ἀποπνέοντα. τῶν δὲ φωνῶν, τυφλαὶ μέν εἰσι καὶ νεφώδεις, ὅσαι τυγχάνουσιν αὐτοῦ καταπεπνιγμέναι. λαμπραὶ δὲ οὖσαι, πόρρω διατείνουσι, καὶ πάντα πληροῦσι τὸν συνεχῆ τόπον. ἀναπνέομεν δὲ τὸν μὲν ἀέρα πάντες τὸν αὐτὸν, τὸ δὲ πνεῦμα καὶ τὰς φωνὰς ἐκπέμπομεν ἀλλοίας, διὰ τὰς τῶν ὑποκειμένων ἀγγείων διαφορὰς, δι' ὧν ἑκάστου τὸ πνεῦμα περαιοῦται πρὸς τὸν ἔξω τόπον. ταῦτα δέ ἐστιν ἥ τε ἀρτηρία καὶ ὁ πνεύμων καὶ τὸ στόμα. πλείστην μὲν οὖν διαφορὰν ἀπεργάζονται τῆς φωνῆς αἵ τε τοῦ ἀέρος πληγαὶ καὶ οἱ τοῦ στόματος σχηματισμοί. φανερὸν δὲ ὅτι. καὶ γὰρ τῶν φθόγγων αἱ διαφοραὶ πᾶσαι γίγνονται διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. καὶ τοὺς αὐτοὺς ὁρῶμεν μιμουμένους καὶ ἵππων φωνὰς καὶ βατράχων καὶ ἀηδόνων καὶ γεράνων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων σχεδὸν ἁπάντων, τῷ αὐτῷ χρωμένους πνεύματι καὶ ἀρτηρίᾳ, παρὰ τὸ τὸν ἀέρα διαφόρως ἐκπέμπειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ στόματος. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ὀρνέων ὅταν ἀκούσωσι, μιμοῦνται τὰς τῶν ἄλλων φωνὰς, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. ὁ δὲ πνεύμων ὅταν ᾖ μικρὸς καὶ πυκνὸς καὶ σκληρὸς, οὔτε δέχεσθαι δύναται τὸν ἀέρα πολὺν εἰς αὐτὸν, οὔτε ἐκπέμπειν πάλιν ἔξω, οὐδὲ τὴν πληγὴν ἰσχυρὰν οὐδὲ εὔρωστον ποιεῖσθαι τὴν τοῦ πνεύματος. διὰ γὰρ τὸ εἶναι σκληρὸς καὶ πυκνὸς καὶ συνδεδεμένος, οὐ δύναται λαμβάνειν τὴν διαστολὴν ἐπὶ πολὺν τόπον. οὐδὲ πάλιν ἐκ πολλοῦ διαστήματος συνάγων ἑαυτὸν, ἐκθλίβειν βίᾳ τὸ πνεῦμα. καθάπερ οὐδ' ἡμεῖς ταῖς φύσαις, ὅταν ὦσι σκληραὶ, καὶ μήτε διαστέλλεσθαι μήτε πιέζεσθαι δύνωνται ῥᾳδίως. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν τοῦ πνεύματος πληγὴν εὔρωστον, ὅταν ὁ πνεύμων αὐτὸν, ἐκθλίβῃ τὸν ἀέρα βιαίως. δῆλον δὲ τοῦτ' ἐστιν. οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων μορίων οὐδὲν ἐκ μικρᾶς ἀποστάσεως δύναται ποιεῖσθαι τὴν πληγὴν ἰσχυράν. οὔτε γὰρ τῷ σκέλει δυνατόν ἐστιν οὔτε τῇ χειρὶ πατάξαι σφοδρῶς οὔτε ἀπορρῖψαι πόρρω τὸ πληγὲν, ἐὰν μή τις αὐτῶν ἑκατέρῳ ἐκ πολλοῦ λάβῃ τῆς πληγῆς τὴν ἀπόστασιν. εἰ δὲ μὴ, σκληρὰ μὲν ἡ πληγὴ γίγνεται διὰ τὴν συντονίαν, ἐκβιάζεσθαι δὲ οὐ δύναται πόρρω τὸ πληγέν. ἐπεὶ, οὔθ' οἱ καταπέλται μακρὰν δύνανται βάλλειν, οὔθ' ἡ σφενδόνη, οὔτε τόξον, ἂν ᾖ σκληρὸν καὶ μὴ δύνηται κάμπτεσθαι. μηδὲ τὴν ἀναγωγὴν ἡ νευρὰ λαμβάνειν ἐπὶ πολὺν τόπον. ἐὰν δὲ μέγας ὁ πνεύμων ᾖ καὶ εὔτονος, πολὺν τὸν ἀέρα δύναται δέχεσθαι, καὶ τοῦτον ἐκπέμπειν πάλιν, ταμιευόμενος ὡς ἂν βούληται διὰ τὴν μαλακότητα, καὶ διὰ τὸ ῥᾳδίως αὐτὸν συστέλλειν. ἡ δὲ ἀρτηρία, μακρὰ μὲν ὅταν ᾖ καὶ στενὴ, χαλεπῶς ἐκπέμπουσιν ἔξω τὴν φωνὴν

καὶ

καὶ μετὰ βίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς τοῦ πνεύματος φορᾶς. φανερὸν δὲ ἐστι. πάντα γὰρ τὰ τοὺς τραχήλους ἔχοντα μακροὺς, φθέγγεται βιαίως. οἷον οἱ χῆνες καὶ γέρανοι καὶ ἀλεκτρυόνες. μᾶλλον δὲ τοῦτο καταφανές ἐστιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν. πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. ἔτι δὲ τὸ πνεῦμα διὰ τὴν στενοχωρίαν ὅταν ἐκτὸς θλιβόμενον εἰς τὸν ἔξω τόπον ἐκπέσῃ, παραχρῆμα διαχεῖται καὶ σκεδάννυται, καθάπερ καὶ τὰ ῥεύματα φερόμενα διὰ τὸν εὔριπον. ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν φωνὴν συμβαίνειν, μηδὲ διατείνειν ἐπὶ πολὺν τόπον. ἅμα δὲ καὶ δυσαμίλλητον ἀνάγκη πάντων τῶν τοιούτων εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ μὴ ῥᾳδίως ὑπηρετεῖν. ὅσων δὲ ἐστι μέγα τὸ διάστημα τῆς ἀρτηρίας, τῶν τοιούτων ἔξω μὲν περαιοῦσθαι συμβαίνει τὸ πνεῦμα ῥᾳδίως, ἐντὸς δὲ φερόμενον, διαχεῖσθαι διὰ τὴν εὐρυχωρίαν, καὶ τὴν φωνὴν γίνεσθαι κενὴν καὶ μὴ συνεστῶσαν. ἔτι δὲ μὴ δύνασθαι διαιρεῖσθαι τῷ πνεύματι τοὺς τοιούτους, διὰ τὸ μὴ συνερείδεσθαι τὴν ἀρτηρίαν αὐτῶν. ὅσων δὲ ἐστιν ἀνωμάλως καὶ μὴ πάντοθεν ἔχει τὴν διάστασιν ὁμοίαν, τούτοις ἀναγκαῖον ἁπασῶν μετέχειν τῶν δυσχερειῶν. καὶ γὰρ ἀνωμάλως αὐτοῖς ἀνάγκη τὸ πνεῦμα ὑπηρετεῖν καὶ θλίβεσθαι, καὶ καθ' ἕτερον τόπον διαχεῖσθαι πάλιν. βραχείας δὲ τῆς ἀρτηρίας οὔσης, ταχὺ μὲν ἀνάγκη τὸ πνεῦμα ἐκπέμπειν, καὶ τὴν πληγὴν ἰσχυροτέραν γίνεσθαι τὴν τοῦ ἀέρος, πάντας δὲ τοὺς τοιούτους ὀξύτερον φωνεῖν, διὰ τὸ τάχος τῆς τοῦ πνεύματος φορᾶς. οὐ μόνον δὲ συμβαίνει τὰς τῶν ἀγγείων διαφορὰς, ἀλλὰ καὶ τὰ πάθη τὰ περὶ αὐτὰ τὰς φωνὰς ἀλλοιοῦν. ὅταν μὲν γὰρ ὦσιν ὑγρασίας πλήρεις πολλῆς ὅ, τε πνεύμων καὶ ἡ ἀρτηρία, διασπᾶται τὸ πνεῦμα, καὶ οὐ δύναται περαιοῦσθαι εἰς τὸν ἔξω τόπον συνεχῶς, διὰ τὸ προσκόπτειν, καὶ γίνεσθαι παχὺ καὶ ὑγρὸν καὶ δυσκίνητον. καθάπερ περὶ τοὺς καταῤῥοὺς καὶ τὰς μέθας. ἐὰν δὲ ξηρὸν ᾖ τὸ πνεῦμα παντελῶς, σκληροτέρα ἡ φωνὴ γίγνεται καὶ διεσπασμένη. συνέχει γὰρ ἡ νοτὶς ὅταν ᾖ λεπτὴ, τὸν ἀέρα, καὶ ποιεῖ τινα τῆς φωνῆς ἁπλότητα. τῶν μὲν οὖν ἀγγείων αἱ διαφοραὶ καὶ τῶν παθῶν τῶν περὶ αὐτὰ γιγνομένων τοιαύτας ἑκάστας τὰς φωνὰς ἀποτελοῦσιν. αἱ δὲ φωναὶ δοκοῦσι μὲν εἶναι καθ' οὓς ἂν ἑκάσται γίγνωνται τόπους, ἀκούομεν δὲ πασῶν αὐτῶν ὅταν ἡμῖν προσπέσωσι πρὸς τὴν ἀκοήν. ὁ γὰρ ὠσθεὶς ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀὴρ, μέχρι μέν τινος φέρεται συνεχὴς, ἔπειτα κατὰ μικρὸν ἀεὶ διακινεῖται μᾶλλον καὶ τούτῳ γιγνώσκομεν πάντας τοὺς ψόφους καὶ τοὺς πόῤῥω γιγνομένους καὶ τοὺς ἐγγύς. δῆλον δὲ ἐστιν. ὅταν γάρ τις λαβὼν κέραμον ἢ αὐλὸν ἢ σάλπιγγα, προσθείς τε ἑτέρῳ πρὸς τὴν ἀκοὴν, διὰ τούτων λέγῃ, πᾶσαι δοκοῦσι αἱ φωναὶ παντελῶς εἶναι πλησίον τῆς ἀκοῆς, διὰ τὸ μὴ σκεδάννυσθαι τὸν ἀέρα φερόμενον, ἀλλὰ διατηρεῖσθαι τὴν φωνὴν ὁμοίαν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ὀργάνου. καθάπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς γραφῆς, ὅταν τις τοῖς χρώμασι τὸ μὲν ὅμοιον ποιήσῃ τῷ πόῤῥω, τὸ δὲ, τῷ πλησίον, τὸ μὲν ἡμῖν ἀνακεχωρηκέναι δοκεῖ τῆς γραφῆς, τὸ δὲ, προέχειν, ἀμφοτέρων αὐτῶν ὄντων ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐπιφανείας. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ψόφων τῆς φωνῆς, ὅταν ἡ μὲν ἤδη διαλελυμένη προσπίπτῃ πρὸς τὴν ἀκοὴν, ἡ δὲ τις συνεχὴς, ἀμφοτέρων αἱ τῶν ἀφικνουμένων πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον, ἡ μὲν ἀφεστηκέναι πόῤῥω δοκεῖ τῆς ἀκοῆς, ἡ δὲ, εἶναι σύνεγγυς, διὰ τὸ τὴν μέντοι πόῤῥωθεν ὁμοίαν εἶναι, τὴν δὲ πλησίον. σαφεῖς δὲ μάλιστα αἱ φωναὶ γίγνονται παρὰ τὴν ἀκρίβειαν τῶν φθόγγων. ἀδύνατον γὰρ, μὴ τελέως τούτων διηρθρωμένων, τὰς φωνὰς εἶναι σαφεῖς. καθάπερ καὶ τὰς τῶν δακτυλίων σφραγῖδας, ὅταν μὴ διατυπωθῶσιν ἀκριβῶς. διόπερ οὔτε τὰ παιδία δύναται διαλέγεσθαι σαφῶς, οὔτε οἱ μεθύοντες, οὔτε οἱ γέροντες, οὔθ' ὅσοι φύσει τραυλοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, οὔθ' ὅλως ὅσων εἰσὶν καὶ γλῶτται καὶ τὰ στόματα δυσκίνητα. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ χαλκεῖα καὶ τὰ κέρατα συνηχοῦντα ποιεῖ τοὺς ὑπὸ τῶν ὀργάνων φθόγγους σαφεστέρους, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς διαλέκτου πολλὴν ἀσάφειαν ἀπεργάζεται τὰ ἐκπίπτοντα τῶν πνευμάτων ἐκ τοῦ στόματος, ὅταν μὴ διατυπωθῶσιν ὁμοίως. οὐ μόνον δὲ ἑαυτῶν τινα παρεμφαίνουσιν ἀσάφειαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς διηρθρωμένους τῶν φθόγγων ἐμποδίζουσιν, ἀνομοίας αὐτῶν γιγνομένης τῆς περὶ τὴν ἀκοὴν κινήσεως. διὸ καὶ μᾶλλον ἑνὸς ἀκούοντες συνίεμεν, ἢ πολλῶν ἅμα ταυτὰ λεγόντων. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν χορδῶν. καὶ πολὺ ἧττον, ὅταν προσαυλῇ τις ἅμα καὶ κιθαρίζῃ, διὰ τὸ συγχεῖσθαι τὰς φωνὰς ὑπὸ τῶν ἑτέρων. οὐχ ἥκιστα δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν συμφωνιῶν φανερόν ἐστιν. ἀμφοτέρας γὰρ ἀποκρύπτουσι

πίπτουσι

πίπτεσθαι συμβαίνει τοὺς ἤχους ἐπ᾽ ἀλλήλων. ἀσαφεῖς μὲν οὖν φωναὶ γίγνονται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. λαμπραὶ δὲ γίνονται, καθάπερ ἐπὶ τῶν χρωμάτων. καὶ γὰρ ἐκεῖ τὰ μάλιστα δυνάμενα τὰς ὄψεις κινεῖν, ταῦτα ἐστὶ συμβαίνει τῶν χρωμάτων λαμπρότατα. τὸν αὐτὸν τρόπον, τῶν φωνῶν ταύτας ὑπολήπτεον εἶναι λαμπροτάτας, ὅσαι μάλιστα δύνανται προσπίπτουσαι κινεῖν τὴν ἀκοήν. τοιαῦται δέ εἰσιν αἱ σαφεῖς καὶ πυκναὶ καὶ καθαραί, καὶ πόῤῥω δυνάμεναι διατείνειν. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις αἰσθητοῖς ἅπασι τὰ ἰσχυρότερα καὶ πυκνότερα καὶ καθαρώτερα σαφεστέρας ποιεῖ τὰς αἰσθήσεις. δῆλον δέ. τὸ γὰρ τελευταῖον αἱ φωναὶ πᾶσαι γίγνονται κωφαί, τοῦ ἀέρος ἤδη διαχεομένου. δῆλον δέ ἐστι κἀπὶ τῶν αὐλῶν. τὰ γὰρ ἔχοντα τῶν δαυτέρων τὰς γλώττας πλαγίας, μαλακωτέραν μὲν ἀποδιδῶσι τὴν φωνήν, οὐχ ὁμοίως δὲ λαμπράν. τὸ γὰρ πνεῦμα φερόμενον, εὐθέως εἰς εὐρυχωρίαν ἐμπίπτει, καὶ οὐκ ἔτι φέρεται σύντονον, οὐδὲ συνεστηκός, ἀλλὰ διεσκεδασμένον. ἐν δὲ ταῖς σκληροτέραις γλώτταις ἡ φωνὴ γίγνεται σκληροτέρα καὶ λαμπροτέρα, ἂν πιέσῃ τις αὐτὰς μᾶλλον τοῖς χείλεσι, διὰ τὸ φέρεσθαι τὸ πνεῦμα βιαιότερον. αἱ μὲν οὖν λαμπραὶ τῶν φωνῶν γίγνονται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. παρὸ καὶ δοκοῦσιν οὐ χείρους εἶναι τῶν λευκῶν αἱ καλούμεναι φωναί. πρὸς γὰρ τὰ πάθη καὶ τὰς πρεσβυτέρας ἡλικίας μᾶλλον ἁρμόττουσιν αἱ τραχύτεραι, καὶ μικρὸν ὑποσυγκεχυμέναι, καὶ μὴ λίαν ἔχουσαι τὸ λαμπρὸν ἐκφανές. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν συντονίαν οὐχ ὁμοίως εἰσὶν εὐπειθεῖς. τὸ γὰρ βίᾳ φερόμενον, δυσαμίλλητον. οὐδὲ γὰρ ἐπιτεῖναι ῥᾴδιον ὡς βούλεται αὐτίς, οὔτε ἀνιέναι. ὅτι δὲ τῶν αὐλῶν γίγνονται αἱ φωναὶ λαμπραί, καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων, ὅταν τὸ ἐκπῖπτον πνεῦμα, πυκνὸν ᾖ καὶ σύντονον. ἀνάγκη γὰρ καὶ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος τοιαύτας γίγνεσθαι τὰς πληγάς, καὶ μάλιστα τὰς φωνὰς οὕτω διαπέμπεσθαι συνεστώσας πρὸς τὴν ἀκοήν, ὥσπερ καὶ τὰς ὀσμὰς καὶ τὸ φῶς καὶ τὰς θερμότητας. καὶ γὰρ πάντα ταῦτα ἀραιότερα γινόμενα πρὸς τὴν αἴσθησιν, ἀσημότερα γίγνεται. καθάπερ καὶ οἱ χυλοὶ κραθέντες τῷ ὕδατι καὶ ἑτέροις χυλοῖς. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ παρέχον αἴσθησιν, ἀσαφεῖς ἑκάστῳ ποιεῖ τὰς δυνάμεις. ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων ὀργάνων οἱ τῶν κεράτων ἦχοι πυκνοὶ καὶ συνεχεῖς πρὸς τὸν ἀέρα προσπίπτοντες, ποιοῦσι τὰς φωνὰς ἀμαυράς. διὸ δεῖ τὸ κέρας τὴν φύσιν ἔχειν τοῖς αὐξήσεως ὁμαλὴν καὶ λείαν καὶ μὴ ταχέως ἐκδεδραμηκυῖαν. ἀνάγκη γὰρ μαλακώτερα καὶ χαυνότερα γίγνεσθαι τὰ τοιαῦτα τῶν κεράτων. ὥστε τοὺς ἤχους διασπᾶσθαι καὶ μὴ συνεχεῖς ἐκπίπτειν δι᾽ αὐτῶν, μηδὲ γεγωνεῖν ὁμοίως διὰ τὴν μαλακότητα καὶ τὴν ἀραιότητα τῶν πόρων, μηδὲ πάλιν εἶναι δυσαυξῆ τὴν φύσιν, μηδὲ τὴν σύμφυσιν ἔχειν πυκνὴν καὶ σκληρὰν καὶ δύσφορον. καθ᾽ ὅ, τι γὰρ ἂν προσκόψῃ φερόμενος ὁ ἦχος, αὐτοῦ λαμβάνει τὴν κατάπαυσιν, καὶ οὐκ ἔτι περαιοῦται πρὸς τὸν ἔξω τόπον, ὥστε κωφοὺς καὶ ἀνωμάλους ἐκπίπτειν τοὺς ἤχους ἐκ τῶν τοιούτων κεράτων. ὅτι δὲ ἡ φορὰ γίγνεται κατὰ τὴν εὐθυπορίαν, φανερόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἴσων. καὶ ὅλως ἐπὶ τῶν ξύλων τῶν μεγάλων, ὅταν αὐτὰ βαστάζωσιν. ὅταν γὰρ κρούσωσιν ἐκ τοῦ ἑτέρου ἄκρου, κατὰ τὸ ἕτερον ὁ ἦχος φέρεται συνεχής, ἐὰν μή τι ἔχῃ σύντριμμα τὸ ξύλον. εἰ δὲ μή, μέχρι τούτου προελθών, αὐτοῦ καταπαύεται διασπασθείς. ἀνακάμπτει δὲ καὶ τοὺς ὄζους, καὶ οὐ δυνατὸς δι᾽ αὐτῶν εὐθυπορεῖν. καταδῆλον δὲ τοῦτό ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν χαλκείων, ὅταν ῥινῶσι τὰς ἀπηρτημένας σολίδας τῶν ἀνδριάντων, ἢ τὰ πτερύγια τῷ συμμύειν. διὸ ῥοῖζον καὶ πολὺν ἦχον ἀφιᾶσι καὶ ψόφον. ἂν δέ τις αὐτὰ ταινίᾳ διαδήσῃ, παύεσθαι συμβαίνει τὸν ἦχον. ἕως γὰρ τούτου προελθὼν ὁ τρόμος, ὅταν προσκόψῃ πρὸς μαλακόν, αὐτοῦ ποιεῖται τὴν κατάπαυσιν. πολὺ δὴ καὶ ἡ ὄπτησις ἡ τῶν κεράτων συμβάλλεται καὶ πρὸς εὐφωνίαν. μᾶλλον μὲν γὰρ κατοπτηθέντα, παραπλήσιον τὸν ἦχον ἔχουσι τῷ κεραμείῳ διὰ τὴν σκληρότητα καὶ τὴν σύγκαυσιν. ἐὰν δέ τις αὐτὰ καταδεέστερον ὀπτήσῃ, ἁπαλώτερον μὲν ἀφίησι διὰ τὴν μαλακότητα τὸν ἦχον, οὐ δύναται δὲ γεγωνεῖν ὁμοίως. διὸ καὶ τὰς ἡλικίας ἐκλέγονται. τὰ μὲν γὰρ τῶν γερόντων, ἐστὶ ξηρὰ καὶ πεπωρωμένα καὶ χαῦνα, τὰ δὲ τῶν νέων, ἁπαλὰ παντελῶς, καὶ πολλὴν ἔχοντα ἐν αὐτοῖς ὑγρασίαν. δεῖ δὲ εἶναι, καθάπερ εἴρηται, τὸ κέρας ξηρὸν καὶ πυκνὸν ὁμαλῶς καὶ εὐθύπορον καὶ λεῖον. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συμβαίνοι καὶ τοὺς ἤχους πυκνοὺς καὶ λείους καὶ ὁμαλοὺς φέρεσθαι δι᾽ αὐτῶν, καὶ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος τὰς πληγὰς γίγνεσθαι τοιαύτας. ἐπεὶ καὶ τῶν χορδῶν εἰσὶν αἱ λειότεραι, βέλτισται, καὶ τοῖς πᾶσιν ὁμαλώταται:

τατοι. καὶ τὴν κατεργασίαν ἔχουσι πάντοθεν ὁμοίαν, καὶ τὰς συμβολὰς ἀδήλους τῶν νεύρων. οὕτω γὰρ συμβαίνει καὶ ταύτας ποιεῖσθαι τὰς τοῦ ἀέρος πληγὰς ὁμοιοτάτας. δεῖ δὲ καὶ τῶν αὐλῶν εἶναι τὰς γλώττας πυκνὰς καὶ λείας καὶ ὁμαλάς, ὅπως ἂν καὶ τὸ πνεῦμα διαπορεύηται δι' αὐτῶν λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ μὴ διεσπασμένον. διὸ καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ζευγῶν καὶ τὰ πεπωκότα τὸ σίαλον, εὐφωνότερα γίγνεται. τὰ δὲ ξηρά, κακόφωνα. ὁ γὰρ ἀὴρ διὰ ὑγροῦ καὶ λείου φέρεται μαλακὸς καὶ ὁμαλός. δῆλον δέ, καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὅταν ἔχῃ νοτίδα πολὺ ἧττον προσκόπτει πρὸς τὰ ζεύγη καὶ διασπᾶται. τὸ δὲ ξηρόν, μᾶλλον ἀντιλαμβάνεται, καὶ τὴν πληγὴν ποιεῖται σκληροτέραν, διὰ τὴν βίαν. αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ἤχων γίγνονται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. σκληραὶ δέ εἰσι τῶν φωνῶν ὅσαι βιαίως πρὸς τὴν ἀκοὴν προσπίπτουσι. διὸ καὶ μάλιστα παρέχουσι τὸν τόνον. τοιαῦται δέ εἰσιν αἱ δυσκινητότεραι καὶ μετὰ πλείστης φερόμεναι βίας. τὸ γὰρ ὑπεῖκον ταχέως, οὐ δύναται τὴν πληγὴν ὑπομένειν, ἀλλ' ἀποπηδᾷ πρότερον. δῆλον δέ. τὰ γὰρ ἀπόγκα τῶν βελῶν βιαιοτάτην φέρεται τὴν φοράν, καὶ τὰ ῥεύματα φερόμενα διὰ τῶν εὐρίπων. καὶ γὰρ ταῦτα γίγνεται σφοδρότατα περὶ αὐτὰς τὰς στενοχωρίας, οὐ δυνάμενα ταχέως ὑπείκειν, ἀλλὰ ὑπὸ πολλῆς ὠθούμενα βίας. ὁμοίως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ περὶ τὰς φωνὰς καὶ τοὺς ψόφους. φανερὸν δὲ ἐστί. πάντες γὰρ οἱ βίαιοι, γίγνονται σκληροί. καθάπερ καὶ τῶν κιβωτίων καὶ τῶν στροφέων, ὅταν ἀνοίγωνται βιαίως, καὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ σιδήρου. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀκμόνων γίγνεται σκληρὸς καὶ μαλακός, ὅταν ἐλαύνωσι κατεψυγμένον καὶ σκληρὸν ἤδη τὸν σίδηρον. ἔτι δὲ ἀπὸ τῆς ῥίνης, ὅταν ῥινῶσι καὶ χαράττωσι τὰ σιδήρια καὶ τοὺς πρίονας. ἐπεὶ καὶ τῶν βροντῶν αἱ βιαιόταται γίγνονται σκληρόταται, καὶ τῶν ὑδάτων τὰ καλούμενα ῥαγδαῖα τὴν βίαν. ἡ μὲν γὰρ ταχυτὴς τοῦ πνεύματος, ποιεῖ τὴν φωνὴν ὀξεῖαν, ἡ δὲ βία, σκληράν. διόπερ οὐ μόνον συμβαίνει τοὺς αὐτοὺς ὁτὲ μὲν ὀξυτέραν, ὁτὲ δὲ βαρυτέραν, ἀλλὰ καὶ σκληροτέραν καὶ μαλακωτέραν, καίτοι τινὲς ὑπολαμβάνουσι, διὰ τὴν σκληρότητα τῶν ἀρτηριῶν, τὰς φωνὰς γίγνεσθαι σκληράς, διαμαρτάνοντες, τοῦτο μὲν γὰρ βραχύ τι συμβάλλεται παντελῶς. ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος γιγνομένη πληγὴ βιαίως ὑπὸ τοῦ πνεύμονος. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ σώματα. τῶν μὲν ἐστὶν ὑγρὰ καὶ μαλακά, τῶν δέ, σκληρὰ καὶ σύντονα. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πνεύμων. διόπερ τῶν μέν, μαλακὸν ἐκπίπτει τὸ πνεῦμα, τῶν δέ, σκληρὸν καὶ βίαιον. ἐπεὶ διότι γε τὴν ἀρτηρίαν αὐτὴν μικράν τινα συμβαίνει παρέχεσθαι δύναμιν, ῥᾴδιον συνιδεῖν. οὐδεμία γὰρ ἐστὶν ἀρτηρία σκληρὰ τοῖς αὐτοῖς ὁμοίως ἀλλ' οὐδὲν ἧττον δι' αὐτοῦ καὶ διὰ τούτων φερομένου τοῦ πνεύματος, οἱ μέν, μαλακῶς αὐλοῦσιν, οἱ δέ, σκληρῶς. δῆλον δὲ τοῦτ' ἐστὶ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς αἰσθήσεως. καὶ γὰρ ἂν ἐπιτείνῃ τὶς τὸ πνεῦμα βιαιότερον, εὐθέως ἡ φωνὴ γίγνεται σκληροτέρα διὰ τὴν βίαν, κἂν ᾖ μαλακωτέρα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς σάλπιγγος. διὸ καὶ πάντες, ὅταν κωμάζωσιν, ἀνιᾶσιν ἐν τῇ σάλπιγγι τὴν τοῦ πνεύματος συντονίαν, ὅπως ἂν ποιῶσι τὸν ἦχον ὡς μαλακώτατον. φανερὸν δὲ ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν ὀργάνων. καὶ γὰρ αἱ κατεστραμμέναι χορδαί, καθάπερ εἴρηται, τὰς φωνὰς ποιοῦσι σκληροτέρας, καὶ τὰ κατωπτημένα τῶν κεράτων. κἂν τις ἅπτηται τῶν χορδῶν ταῖς χερσὶ βιαίως καὶ μὴ μαλακῶς, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀνταπόδοσιν αὐτὰς οὕτω πάλιν ποιεῖσθαι βιαιοτέραν. αἱ δὲ ἧττον κατεστραμμέναι, καὶ τὰ ὠμότερα τῶν κεράτων, τὰς φωνὰς ποιεῖ μαλακωτέρας, καὶ τὰ μακρότερα τῶν ὀργάνων. αἱ γὰρ τοῦ ἀέρος πληγαί, καὶ βραδύτεραι καὶ μαλακώτεραι γίγνονται, διὰ τὰ μήκη τῶν τόπων. αἱ δ' ἐπὶ τῶν βαρυτέρων, σκληρόταται, διὰ τὴν κατάστασιν τῶν χορδῶν. δῆλον δ' ἐστί. καὶ γὰρ αὐτοῦ ὀργάνου σκληροτέρας συμβαίνει γίγνεσθαι τὰς φωνάς, ὅταν μὴ κατὰ μέσον τὶς ἅπτηται τῶν χορδῶν, διὰ τὸ μᾶλλον αὐτῶν τὰ πρὸς αὐτῷ τῷ ζυγῷ καὶ τῷ χορδοτόνῳ κατατετάσθαι. συμβαίνει δὲ καὶ τὰ ναρθήκινα τῶν ὀργάνων τὰς φωνὰς ἔχειν ἁπαλωτέρας. οἱ γὰρ ἦχοι προσπίπτοντες, οὐχ ὁμοίως ἀποπηδῶσι μετὰ βίας, τραχύνεσθαι δὲ συμβαίνει τὰς φωνὰς ὅταν ἡ πληγὴ μία γένηται τοῦ ἀέρος παντός, ἀλλὰ πολλαχῇ κατὰ μικρὰ διεσπασμένη. καθ' αὑτὸ γὰρ ἕκαστον τῶν τοῦ ἀέρος μορίων προσπίπτον πρὸς τὴν ἀκοὴν ὡς ἂν ἀπὸ πληγῆς ἑτέρας, οὐ διεσπασμένην ποιεῖ τὴν αἴσθησιν, ὥστε τὴν μέν, διαλείπειν τὴν φωνήν, τὴν δέ, προσπίπτειν βιαιότερον, καὶ γίγνεσθαι τὴν ἀφὴν τῆς ἀκοῆς ἀνομοίαν. ὥσπερ καὶ ὅταν τὶ τῶν τρα-

χέων ἡμῖν προσπίπτῃ πρὸς τὴν χρῶτα. μάλιστα δὲ τοῦτο συμφανές ἐστιν ἐπὶ τῆς ῥίνης· διὰ γὰρ τὸ τὴν τοῦ ἀέρος πληγὴν ἅμα γίγνεσθαι, κατὰ μικρὰ καὶ πολλὰ τραχεῖς οἱ ψόφοι προσπίπτουσιν ἀπ᾽ αὐτῆς πρὸς τὴν ἀκοήν. καὶ μᾶλλον, ὅταν πρὸς σκληρόν τι παρατρίβωνται. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἁφῆς, τὰ γὰρ σκληρὰ καὶ τραχέα βιαιότερον ποιεῖται τὴν αἴσθησιν. δῆλον δὲ τοῦτο ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ῥεόντων. τοῦ γὰρ ἐλαίου γίνεται πολὺ πάντων τῶν ὑγρῶν ὁ ψόφος ἀδηλότερος, διὰ τὴν συνέχειαν τῶν μορίων. λεπταὶ δὲ εἰσὶ τῶν φωνῶν, ὅταν ὀλίγον ᾖ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκπῖπτον. διὸ καὶ τῶν παιδίων γίγνονται λεπταί, καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν εὐνούχων. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν διαλελυμένων διὰ νόσον, ἢ πόνον, ἢ ἀτροφίαν. οὐ δύνανται γὰρ πολὺ τὸ πνεῦμα διὰ τὴν ἀσθένειαν ἐκπέμπειν. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν χορδῶν. ἀπὸ γὰρ τῶν λεπτῶν καὶ τὰ φωνία γίγνεται λεπτὰ καὶ στενὰ καὶ τριχώδη, διὰ τὸ καὶ τοῦ ἀέρος τὴν πληγὴν γίγνεσθαι κατὰ στενόν. οἵας γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἔχωσι τῆς κινήσεως αἱ τοῦ ἀέρος πληγαί, τοιαύτας καὶ τὰς φωνὰς συμβαίνει γίγνεσθαι προσπιπτούσας πρὸς τὴν ἀκοήν, οἷον, ἀραιὰς ἢ πυκνὰς, ἢ μαλακὰς ἢ σκληρὰς, ἢ λεπτὰς ἢ παχείας. ἀεὶ γὰρ ὁ ἕτερος ἀὴρ τὸν ἕτερον κινῶν ὡσαύτως, ποιεῖ τὴν φωνὴν ἅπασαν ὁμοίαν. καθάπερ ἔχει καὶ ἐπὶ τῆς ὀξύτητος καὶ τῆς βαρύτητος. καὶ γὰρ τὰ τάχη τὰ τῆς πληγῆς, τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις συνακολουθοῦντα, διαφυλάττει τὰς φωνὰς ταῖς ἀρχαῖς ὁμοίας. αἱ δὲ πληγαὶ γίνονται μὲν τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῶν χορδῶν, πολλαὶ καὶ κεχωρισμέναι, διὰ δὲ μικρότητα τοῦ μεταξὺ χρόνου, τῆς ἀκοῆς μὴ δυναμένης συναισθάνεσθαι τὰς διαλείψεις, μία καὶ συνεχὴς ἡμῖν ἡ φωνὴ φαίνεται. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν χρωμάτων. καὶ γὰρ τούτων τὰ διεστηκότα δοκεῖ πολλάκις ἡμῖν συνάπτειν ἀλλήλοις, ὅταν φέρωνται ταχέως. τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο καὶ περὶ τὰς συμφωνίας. διὰ γὰρ τὸ περισυγκαταλαμβάνεσθαι τοὺς ἑτέρους ἤχους ὑπὸ τῶν ἑτέρων, καὶ γίγνεσθαι τὰς καταπαύσεις τῶν ἅμα, λανθάνουσιν ἡμᾶς αἱ μεταξὺ γιγνόμεναι φωναί. πλεονάκις μὲν γὰρ ἐν πάσαις ταῖς συμφωνίαις ὑπὸ τῶν ὀξυτέρων φθόγγων αἱ τοῦ ἀέρος γίγνονται πληγαὶ διὰ τὸ τάχος τῆς κινήσεως. τὸν δὲ τελευταῖον τῶν ἤχων ἅμα συμβαίνει προσπίπτειν ἡμῖν πρὸς τὴν ἀκοὴν καὶ τὸν ἀπὸ τῆς βραδυτέρας γιγνόμενον. ὥστε τῆς ἀκοῆς οὐ δυναμένης αἰσθάνεσθαι, καθάπερ εἴρηται, τὰς μεταξὺ φωνὰς, ἅμα δοκοῦμεν ἀμφοτέρων τῶν φθόγγων ἀκούειν συνεχῶς. Παχεῖαι δ᾽ εἰσὶ τῶν φωνῶν τοὐναντίον, ὅταν ᾖ τὸ πνεῦμα πολὺ καὶ ἀθρόον ἐκπῖπτον. διὸ καὶ τῶν ἀνδρῶν εἰσι παχύτεραι καὶ τῶν τελείων αὐλῶν. καὶ μᾶλλον ὅταν πληρώσῃ τις αὐτοὺς τοῦ πνεύματος. φανερὸν δὲ ὅτι. καὶ γὰρ ἂν πιέσῃ τὰ ζεύγη, μᾶλλον ὀξυτέρα ἡ φωνὴ γίγνεται καὶ λεπτοτέρα. κἂν κατασπάσῃ τις τὰς σύριγγας, κἂν δὲ ἐπιλάβῃ, παμπλείων ὁ ὄγκος γίγνεται τῆς φωνῆς διὰ τὸ πλῆθος τοῦ πνεύματος. καθάπερ καὶ ἀπὸ τῶν παχυτέρων χορδῶν. παχεῖαι δὲ γίγνονται καὶ τῶν σφαγιζόντων καὶ τῶν βραγχιώντων, καὶ μετὰ τοὺς ἐμέτους, διὰ τὴν τῆς ἀρτηρίας, καὶ διὰ τὸ μὴ ὑπεξάγειν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ προσκόπτουσαν ἀνειλεῖσθαι τὴν φωνὴν καὶ λαμβάνειν ὄγκον. καὶ μάλιστα διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ σώματος. λιγυραὶ δὲ εἰσὶ τῶν φωνῶν, αἱ λεπταὶ καὶ πυκναί, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεττίγων καὶ τῶν ἀκρίδων καὶ τῶν ἀηδόνων, καὶ ὅλως ὅσαις λεπταῖς οὔσαις μηδεὶς ἀλλότριος ἦχος παρακολουθεῖ. ὅλως γὰρ οὐκ ἔστιν οὔτ᾽ ἐν ὄγκῳ φωνῆς τὸ λιγυρὸν, οὔτ᾽ ἐν τόνοις ἀνειμένοις καὶ βαρέσιν, οὔτ᾽ ἐν ταῖς τῶν φθόγγων ἁφαῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ὀξύτητι καὶ λεπτότητι καὶ ἀκριβείᾳ. διὸ καὶ τῶν ὀργάνων τὰ λεπτὰ καὶ σύντονα καὶ μὴ ἔχοντα κέρας, τὰς φωνὰς ἔχει λιγυρωτέρας. ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἦχος καὶ ὅλως ὅταν ἀπό τινος γιγνόμενος παρακολουθῇ, συγχεῖ τὴν ἀκρίβειαν τὴν τῶν φθόγγων. σαθραὶ δὲ εἰσὶ καὶ παρερρυηκυῖαι τῶν φωνῶν, ὅσαι μέχρι τινὸς φερόμεναι συνεχεῖς, διασπῶνται. φανερώτατον δὲ τοῦτό ἐστιν ἐπὶ τοῦ κεράμου. πᾶς γὰρ ὁ ἐκ πληγῆς ῥαγεὶς, ποιεῖ τὸν ἦχον σαθρὸν, διασπωμένης τῆς κινήσεως κατὰ τὴν πληγὴν, ὥστε μηκέτι γίγνεσθαι τοὺς ἐκπίπτοντας ἤχους συνεχεῖς. ὁμοίως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἐρρωγότων κεράτων καὶ ἐπὶ τῶν χορδῶν τῶν παρανενευρισμένων. ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν τοιούτων μέχρι μέν τινος ὁ ἦχος φέρεται συνεχής, ἔπειτα διασπᾶται, καθ᾽ ὅ, τι ἂν ᾖ μὴ συνεχὲς τὸ ὑποκείμενον, ὥστε μὴ μίαν γίγνεσθαι πληγὴν, ἀλλὰ διεσπασμένην, καὶ φαίνεσθαι τὸν ἦχον σαθρόν. σχεδὸν γὰρ παραπλήσιαι τυγχάνουσιν οὖσαι ταῖς τραχείαις. πλὴν ἐκεῖναι μὲν εἰσὶν ἀπ᾽ ἀλλήλων κατὰ μικρὰ μέρη διεσπασμέναι, τῶν δὲ σαθρῶν αἱ πλεῖσται τὰς μὲν ἀρχὰς ἔχουσι

συνεχεῖς

συνεχεῖς, ἔπειτ' εἰς πλείω μέρη τὴν διαίρεσιν λαμβάνουσι. δασεῖαι δέ εἰσι τῶν φωνῶν ὅσαις ἔσωθεν τὸ πνεῦμα εὐθέως συνεκβάλλομεν μετὰ τῶν φθόγγων. ψιλαὶ δέ εἰσι τοὐναντίον, ὅσαι γίγνονται χωρὶς τῆς τοῦ πνεύματος ἐκβολῆς. ἀπορρήγνυσθαι δὲ συμβαίνει τὰς φωνὰς ὅταν μηκέτι δύνωνται τὸν ἀέρα μετὰ πληγῆς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ὁ περὶ τὸν πνεύμονα τόπος αὐτῶν ὑπὸ τῆς διαστάσεως ἐκβληθῇ. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς ὤμους ἐκλύεσθαι συμβαίνει τὸ τελευταῖον συντόνως, οὕτως καὶ τὸ περὶ τὸν πνεύμονα τόπον. κοῦφον γὰρ ἔξω φέρεσθαι τὸ πνεῦμα, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι βίαιον αὐτοῦ τὴν πληγήν. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ τετραχύνθαι τὴν ἀρτηρίαν αὐτῶν ἰσχυρῶς, οὐ δύναται τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεσθαι συνεχές, ἀλλὰ διεσπασμένον, ὡς ἀπερρωγυίας γίγνεσθαι τὰς φωνὰς αὐτῶν. καί τινες οἴονται διὰ τὴν τοῦ πνεύμονος γλισχρότητα, τὸ πνεῦμα οὐ δύνασθαι περαιοῦσθαι πρὸς τὸν ἔξω τόπον, διαμαρτάνοντες. φθέγγονται μὲν γάρ, ἀλλ' οὐ δύνανται γεγωνεῖν. διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι μετὰ συντονίας τὴν τοῦ ἀέρος πληγήν, ἀλλὰ μόνον φωνοῦσιν, ὡς ἂν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ φάρυγγος τὸ πνεῦμα βιαζόμενον. τῶν δ' ἰσχνοφώνων, οὔτε περὶ τὰς φλέβας, οὔτε περὶ τὰς ἀρτηρίας ἐστὶ τὸ πάθος, ἀλλὰ περὶ τὴν κίνησιν τῆς γλώττης. χαλεπῶς γὰρ αὐτὴν μεταφέρουσιν, ὅταν ἕτερον δέῃ φθόγγον εἰπεῖν. διὸ καὶ πολὺν χρόνον τὸ αὐτὸ ῥῆμα λέγουσιν, οὐ δυνάμενοι τὸ ἑξῆς εἰπεῖν. ἀλλὰ συνεχῶς τῆς κινήσεως καὶ τοῦ πνεύμονος αὐτῶν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁρμὴν φερομένου διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν βίαν τοῦ πνεύματος. ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ σῶμα ὅλον τῶν τρεχόντων βιαίως, χαλεπόν ἐστιν ἐκ τῆς ὁρμῆς εἰς ἄλλην κίνησιν μεταστῆσαι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ κατὰ μέρος. διὸ καὶ πολλάκις τὸ μὲν ἑξῆς εἰπεῖν οὐ δύνανται, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο λέγουσι ῥᾳδίως, ὅταν ἄλλην ποιήσωνται τῆς κινήσεως ἀρχήν. δῆλον δὲ ὅτι. καὶ γὰρ τοῖς ὀργιζομένοις τοῦτο συμβαίνει πολλάκις διὰ τὸ βίαιον αὐτῶν γίγνεσθαι τὴν τοῦ πνεύματος φοράν.

Voces vero oẽs accidit fieri, & sonos, vel corporibus, vel aere ad corpora incidẽte. non quia aer figuretur, vt putant quidam, sed quia moueatur similiter seipsum colligens, & extendens, & comprehendens. Adhæc collisus ob spiritus & chordarum factas percussiones. Quando enim consequentem aerem percusserit spiritus incidens ipsi, aer iam fertur vi, proximum sibi impellens similiter. Ita vt vndique vocem extendat eandem, in quãtum accidit fieri aeris motum. Diffunditur enim ad plura vis motus ipsius facti; Sicuti etiam spiritus a fluuiis, & a planitiæ exspirantes. Vocum vero, cæcæ quidem sunt & nubilosæ, quæcunque sunt ibi suffocatæ. Lucidæ vero si sint, procul protendunt, & omnem implent continuum locum. Respiramus quidem aerem omnes eundem spiritum vero & voces emittimus varias. ob subiectorũ vasorũ differentias, per quas, cuiusque spiritus transmittitur ad exteriorem locum. Hæc autem sunt, arteria, & pulmo, & os. Plurimam ergo differentiam efficiunt vocis, tum aeris percussiones, tum oris figurationes. manifestum vero idest. Etenim sonorum differentiæ omnes fiunt ob hanc causam. Et eosdem videmus imitantes, & equorum voces, & ranarum, & lusciniarum & gruum, & aliorum animalium ferè omnium, eodem vtentes spiritu & arteria, eo quia aerem differenter emittant ex ore. Multæ vero auium cum audierint, imitantur aliorum voces, ob dictam causam. Pulmo autem cum fuerit paruus, & densus & durus, neque suscipere potest aerem multum in se, neque emittere rursum extra, neque percussionem fortem, nec robustam facere spiritus. Quia enim cum sit durus & densus & colligatus, non potest accipere dilatationem ad multũ locum; neque rursus ex multo interuallo colligens seipsum, expellere ui spiritum. Quemadmodum neque nos follibus, quando fuerint duri, neque dilatari, neque comprimi possunt facile. Hoc enim est, quod facit spiritus percussionem validam,

quando pulmo ex multò interuallo colligens seipsum, expellit aerem violenter. Manifestum vero hoc est. Neque enim aliarum partium vlla, ex parua distantia potest facere percussionem validam. Neque enim cruri possibile est, neque manui percutere robuste, neque proijcere procul percussum, nisi quis ipsis vtrisque ex multo, accipiat plagæ distantiam. Si autem non, dura quidem fit percussio ob intensionē; proiicere vero non potest procul percussum. Cum neque catapultæ longe possunt iacere, nec funda, nec arcus, si fuerit durus, nec possit flecti. Neque reductionem neruis accipere ad multum locum. Si vero magnus pulmo fuerit & mollis, & validus, multum aerem potest suscipere, & hunc emittere rursus, recondens vt voluerit, ob mollitudinem, & quia facile seipsum constringat. Arteria vero, si longa fuerit & arcta, difficulter emittit extra vocem, & vi multa, ob longitudinem lationis ipsius spiritus. Manifestum vero est. Omnia enim quæ longos habent collos, sonant violenter, veluti anitræ & grues, & galli. Magis vero id perspicuum in ipsis. Omnes enim difficulter implent bombyces, & cum contentione multa, ob longitudinem distantiæ. Ad hæc vero spiritus ob angustiam loci, cum extra pulsus, in externum locum excidit, statim diffunditur, & dispergitur. Sicuti etiam fluxus lati per Euripos. Ita vt non possit vox accidere, neque extendi ad multum locum. Simul vero etiam difficile conditur, necesse est omnium talium spiritus, et non facilè subministratur. Quorumcunque vero magna est distantia arteriȩ, talium quidem extra transmittere contingit spiritùm facilè: intus vero latus, diffundi ob amplitudinem loci, & vocem fieri vacuam & non consistentem. Adhæc non possunt diuidi spiritu tales, quia non confirmatur arteria ipsorum. Quorum vero est inæqualiter & non vndequaque habent distantiam similem, hos necesse est omnibus participare difficultatibus. Etenim inæqualiter ipsis necesse est spiritum ministrari & pelli, & per alium locum diffundi rursus. Breui vero arteria existente, celeriter quidem necesse est spiritum emittere & percussionem validiorem fieri aeris: omnes vero tales acutius sonare, ob celeritatem lationis spiritus. Solum vero accidit, vasorum differentias, sed etiam pulsiones omnes voces alterare. Quando enim fuerint humiditate multa pleni pulmo & arteria, distrahitur spiritus, & non potest transmitti in externum locum continue, quia impingit, & fit crassus & humidus & difficulter mobilis. Sicuti circa catarrhos, & ebrietates. Si vero siccus fuerit spiritus, omnino asperior fit vox, & distrupta. Continet enim humiditas & fit tenuis aerem, & facit quandam vocis simplicitatem. Vasorum ergo differentiæ, & passionum quæ circa ipsa fiunt, tales singulæ efficiunt. Voces vero, videntur quidem esse, secundum quos singulæ fiunt locos. audimus vero ipsas omnes quando nobis incidunt ad auditum. Impulsus enim a percussione aer, quadamtenus fertur continuus, deinde paulatim semper dimouetur magis, & hoc, cognoscimus omnes sonos, & procul factos, & propè. Clarum vero est. Quando quis accipiens vas figulum, vel tibiam, vel tubam, apponatque alteri ad auditum, per hæc loquatur, omnes videntur voces omnino esse propè auditum. quia non dispergitur aer latus. sed conseruatur vox similis ab ambiente organo. Sicuti ergo etiam in pictura quando quis coloribus hoc quidem simile fecerit longinquo, aliud vero propinquo, id quidam nobis videtur, recessisse picturæ, hoc vero eminere: vtrisque tamen ipsis existentibus in eadem superficie. Sic etiam in sonis vocis, quando hæc quidem iam resoluta incidit ad auditum, illa vero continua. ambabus

balbus ipsis aduenientibus ad eundem locum, hæc quidem abesse procul videtur ab auditu, altera vero esse propè. quia illa quidem longinquæ similis sit, hæc verò propinquæ. Claræ vero maxime fiunt voces, quia exacti sint soni. Impossibile enim est, non perfecte his dearticulatis, voces esse claras. Quemadmodum etiam annulorum sigilla, si non exculpantur exacte. Quare neq; puelli possunt loqui clare, neque ebrij, neque senes, neque quicunque natura balbi sunt, neque omnino quorumcunque sunt linguæ & ora difficulter mobilia. Sicut enim & ærea, & cornea consonantia, faciunt organorum sonos clariores, ita & in locutione, multā obscuritatē efficiunt excidentes spiritus ex ore, quando exculpantur similiter. Non solum vero sui ipsorum quandam demonstrant obscuritatem, sed etiam dearticulatos sonos impediunt, non simili ipsorum facto motu circa auditum. Quare etiam magis vnum audientes intelligimus, quam simul multis idem dicentibus. Sicuti etiam in chordis. & multò minus, si quis accinat ad tibiam simul & ad citharam, quia confundantur voces ab aliis. Non minime vero hoc in symphroniis clarum est. Vtrosque enim occultari accidit sonos ab inuicem. Obscuræ ergo voces fiunt ob dictas causas. Lucidæ vero fiunt, sicuti in coloribus. Ibi enim, qui maxime possunt visum mouere, hos accidit colorum esse lucidissimos. Eodem modo, vocum has existimandum est esse luculentissimas, quæcunque possunt accedentes mouere auditum. Tales vero sunt claræ & densæ, & puræ & procul valentes protendere. Etenim in aliis sensibilibus omnibus, fortiora, & densiora, & purgatiora, clariores faciunt sensus. Clarum idest. Vltimo enim voces omnes fiunt surdæ, aere iam diffuso. Clarum est, etiam in tibiis. Secundarum enim quæ habent linguas obliquas, molliorem reddunt vocem, non similiter tamen lucidam. Spiritus enim latus, statim in amplitudinem loci excidit & non amplius fertur validus, nec consistens, sed dispersus. In durioribus vero linguis vox fit durior & clarior, si presserit quis eas magis ad labia, quia spiritus feratur violentius. Lucidæ ergo voces fiunt propter dictas causas. Vnde etiam videntur non peiores esse albis, quæ dicuntur pullæ. Passionibus enim & senioribus ætatibus magis accommodantur, asperiores. Et paulo subconfusæ, nec valde habentes luciditatem apparentem. Simul vero ob intensionē non similiter sunt persuasiuæ. Quod enim infertur, non facilè conditur. Neque enim intendere facilè est vt quis velit, neque remittere. In tibiis vero fiunt voces lucidæ & aliis organis, quando excidens spiritus densus fuerit & validus. Necesse enim etiam externi aeris tales fieri percussiones, & maxime voces ita emitti, constitutus ad auditum sicuti odores & lucem & caliditates. Etenim hæc omnia rariora dum apparent sensui, debiliora fiunt. sicuti & succi temperati aqua & aliis succis. Id enim quod sui ipsius præbet sensum, obscuras cuique facit vires. Ex aliis vero organis, cornuum soni, densi & continui ad aerem incidentes faciunt voces obscuras. Quare oportet cornu habere germen auctionis æquale & læue, & non statim excurrens. Necesse enim est molliora, & laxiora fieri talia cornua. Ita vt soni distrahantur & non continue excidant per ipsa, neque vociferari similiter ob mollitiem & raritatem pororum. Neque rursus habere difficile auctu germen, neque adnascentiam habere densam, & duram, & molestam. Ad quod enim impinget latus sonus, ibi accipit pausam neque amplius transmittitur ad externum locum. Ita vt surdi & inæquales excidant soni ex talibus cornibus. Quod vero latio fiat recto tramite clarum est ex in telis, &

omnino lignis magnis, quando ipsa examinant. Quando enim percutiunt ex altero extremo ad alterum fertur sonus continuus, nisi quod habeat foramen, lignum. quod si non, vsque ad hoc progressus, ibi desinit distractus. Circumflectit vero etiam ramos, &c. non potest per ipsos recta ire. Manifestum vero hoc est etiam in æreis, quando limant dependentes vestes rugosas statuarum, vel alas comprimeno, vnde stridorem & multum sonum edunt & strepitum. Si quis vero ea fascia cingat, cessare accidit sonum. Vsque hic enim progressus tremor, quando impingit in molle, ibi facit pausam. Multum vero, etiam tostio cornuum confert ad bonitatem soni. Magis enim tosum, similem sonum habet figulino ob duritiem, & adustionem. Si quis vero ea minus quàm oporteat torreat, delicatiorem emittit, propter mollitiem sonum, non potest tamen vociferari similiter. Quare & ætates seligunt. Senum. n. sunt sicca, & porosa & laxa. Iuuenum vero, delicata omnino, & multam habentia in se humiditatem. Oportet autem esse vt dictum est, cornu siccum & densum æqualiter, & recti tramitis & læue. Sic enim maxime acciderit, etiam sonos densos & læues & æquales ferri per ipsa, & externi aeris percusiones fieri tales. Quandoquidem & chordarum læuissimæ sunt optimæ & omni ex parte æquales: & structuram habent vndique similem, & connexiones obscuras neruorum. Sic enim accidit etiam has facere aeris percusiones simillimas. Oportet vero tibiarum quoque linguas, densas, & læues æquales esse vt & spiritus transuehatur per ipsas, læuis, & æqualis, & non distractus. Quare & iuga humefacta, & quæ saliuam imbiberunt meliorivoca fiunt. Sicca autem peiorivoca. Aer enim per humidum & læue fertur, mollis & æqualis. Clarum autem. Etenim ipse spiritus. quando habet humiditatem, multo minus impingit ad iuga, & distrahitur. Siccus vero magis retinetur, & percusionem facit duriorem propter violentiam. Differentiæ ergo sonorum fiunt propter dictas causas. Duræ vero voces sunt, quæcunque violenter ad auditum incidunt. quare etiam maxime præbent tonum. Tales vero sunt, quæ difficilius mouentur, & cum maxima feruntur vi. Quod enim cedit cito, non potest percusionem sustinere, sed resilit prius. Clarum vero est. Grauissima enim tela violentissimam feruntur lationem; & fluxus lati per Euripos. Hij enim fiunt vehementissimi circa angustias, cum non posint cito cedere. sed a multa impelluntur violentia. Similiter id accidit etiam circa voces & sonos. Clarum vero est. Omnes enim violenti fiunt duri. sicuti etiam scrinia & aluæ quando aperiuntur violenter & æris, & ferri. Etenim ab incudibus fit durus & mollis, quãdo percutiunt infrigidatum iam & durum ferrum. Adhæc etiam a lima, quando limant & insculpunt ferramenta & serras. Quandoquidem & tonitruorum violentissimi, fiunt durissimi. & imbrium qui appellantur ragdęi, ob violentiam. Celeritas enim spiritus facit vocem acutam. uis vero duram. Quare non solum accidit eosdem, quandoque acutiorē, quandoque grauiorem, sed etiam duriorem & molliorem. Etiamsi aliqui existiment ob duritiem arteriarum, voces fieri duras, errantes. Hoc enim parum quid confert omnino. sed spiritus facta percusio violenter a pulmone. Sicuti enim etiam corpora, aliorum quædam sunt humida & mollia. aliorum vero, dura & intensa. eodem modo etiam pulmo. Quare ex his quidem mollis excidit spiritus, ex illis vero durus & violentus. Quandoquidem, cur arteriā paucam quandā accidat præbere potentiam, facile est videre. Nulla enim est arteria dura, sicuti tibiæ. nihilominus per id & per hæc lato spiritu, hi molliter quidem tibiis

tibiis sonant, illi vero duriter. Clarum vero id est etiam ab ipso sensu. Etenim si quis intendat spiritum violentius, statim vox fit durior ob violentiam etsi sit mollior. Eodem modo etiam in tuba. Quare omnes quando, bacchantur, remittunt in tuba spiritus intensionem, vt faciant sonum quàm mollissimũ. clarũ vero etiam est in organis. Etenim contortę chordæ, sicuti dictum est, voces faciunt duriores, & ambusta cornua, si quis tangat chordas manibus violenter & non molliter, necesse est etiam redditionem ipsam ita rursus facere violentiorẽ. minus vero cótortę & crudiora cornua, voces faciunt molliores, & longiora organa. Aeris enim percussiones, & tardiores & molliores fiunt ob longitudines locorum in grauioribus vero durissimę ob constitutionẽ chordarum. manifestũ vero est. Eiusdem.n.organi, duriores accidit fieri voces, quando quis in medio tetigerit chordas, quia ipsarum magis ea quæ ad iugum & chorditensiũ, intensa sunt. Accidit autem ẽt ferulacea organa voces habere delicatiores. Soni enim incidentes, non similiter resiliunt cum violentia. Asperescere vero accidit voces, quando percussio vna fiat aeris totius, sed vi multa paulatim distracta. Per seipsas.n.singulę aeris partes incidentes ad auditum, veluti a percussione altera, non distractum facit sensum, ita vt hæc defficiat vocem, illa vero incidat violentius, & fieri tactionem auditus similem. Sicuti etiam quãdo aliquid asperum nobis incidat ad cutem. maxime vero id clarũ est in lima. Quia enim aeris percussio simul fit, secundũ parua & multa asperi soni incidunt ab ipsis ad auditum. Et magis quando ad durum aliquid affricentur. Quemadmodum etiam in tactu. Dura.n.& aspera violentiorem faciunt sensum. Clarũ autem idest etiã in fluxibus. Olei enim multo omnium humidorum sonitus manifestior, ob continuitatem partium. Tenues vero sunt voces, quando paucus sit spiritus excidens. Quare & puellorum fiunt tenues & mulierum, & Eunuchorum, similiter & solutorum ob morbum, vel laborem vel inediam. Non enim possunt multum spiritum ob imbecillitatem emittere. Clarum vero est etiam in chordis, a tenuibus enim etiam voculæ fiunt tenues, & angustæ, & capillaceæ, quia ẽt percussio aeris fit per angustum. Qualia enim principia habuerint motus, aeris percussiones, tales etiam voces accidit fieri incidentes ad auditum. vt raras vel densas, vel molles, vel duras, vel tenues, vel crassas. Semper enim alter aer, alterum mouens eodem modo, facit vocem omnẽ similem. Quemadmodum etiam habet in acuitate & grauitate. Etenim celeritates percussionis alię aliis consequẽtes, conseruant voces principiis similes. Percussiones vero fiunt quidẽ aeris a chordis, multę & separatę: ob paucitatẽ vero intermedij tẽporis, auditu non valẽte coaudire interiectiones, vna & cótinua nobis vox apparet: veluti ẽt in coloribus. Etenim horũ, distantes videntur sępe nobis coniungi adinuicẽ, quando feruntur celeriter: hoc idẽ accidit ẽt in symphoniis. Quia.n.preoccupantur alij soni ab aliis, & fiunt interualla eorum quę simul, latent nos intermedię factę voces. Plerunq;.n.in omnibus symphoniis ab acutioribus sonis, aeris fiunt percussiones ob velocitatẽ motus. Vltimũ vero sonorũ simul accidit incidere nobis ad auditũ, & eum qui a tarditate fit. ita vt non valente auditu sentire, vti dictũ est, intermedias uoces, simul uidemur utrosq; sonos audire cótinue. Crassę uero uoces sunt e cõtra, qñ spiritus fuerit multus & stipatus excidẽs. Quare & uirorum sunt crassiores & perfectarũ tibiarum, & magis qñ quis impleat eas spiritu. Clarum idest. Etenim si comprimat iuga, magis acutior uox fit & tenuior. Et si quis trahat fistulas, uel apprehendat, amplior fit moles uocis, ob multitudinem

spiritus. Sicuti etiam a crassioribus chordis. Crassæ vero fiunt, & inquit tal- lentium, & raucescentium, & post vomitus ob arteriæ inæqualitatem, & quia non subducatur, sed ibi impacta vox contorqueat & accipiat vocem. Et maxime ob humiditatem corporis. Stridulæ vero sunt voces, tenues & densæ, veluti in cicadis, & locustis, & lusciniis, & omnino quascunque, tenues cum sint, nullus alienus sonus consequitur. Omnino enim non est in mole vocis, stridulum neque intonis remissis & grauibus. Neque in sonorum tactibus, sed magis in acutie, & tenuitate, & exactione. Quare etiam organa tenuia & contenta, & non habentia cornu, voces habent stridentiores. Sonus enim ab aquis, & omnino quando ab aliquo factus cõsequitur, continet exactionem sonorum. Flaccidę vero voces & defluxæ quęcunque quadam tenus latæ continuæ, distrahuntur. Clarissimum autem id est in figulo. Omnis enim qui ex percussione dirumpitur, facit sonum flaccidum, distrahente motu percussionem, ita vt nõ amplius fiant excidentes soni continui. Similiter id accidit, & in fractis cornubus, & in chordis eneruatis. In omnibus enim his quadam tenus, sonus fertur continuus, postea distrahitur, qua non fuerit continuum subiectum. Ita vt non vna fiat percussio. sed distractum, & apparere sonum flaccidum. Ferè.n. similes sunt asperis. Præterquàm quòd illæ sunt ab inuicem per paruas partes distractæ. Flaccidarum vero plurimæ, principia quidem habent continua, postea in plures partes diuisionem accipiunt. Hirsutæ vero voces sunt quibuscunque intrinsecus spiritum illico eiicimus cum sonis. Nudæ vero econtra, quæcunque fiunt absque spiritus eiectione, Disrumpi enim accidit voces, quando non amplius valent aerem cum percussione emittere. Sed locus ipsorum circa pulmonem a distantia eiiciatur. Sicuti enim vasa & humeros dissolui accidit vltimo intense, sic etiam locum circa pulmonem. Leuis enim extra fertur spiritus, quia non fiat violenta eius percussio. Simul vero etiam quia aspera reddita est arteria ipsorum valde, non potest spiritus extra ferri continuus, sed distractus, vt distractę sint voces ipsorum. Et quidam putant ob pulmonis lubricitatem, spiritum non posse transmitti circa externum locum; errantes. Sonant enim, non tñ possunt vociferrari, quia non fiat cum intensione aeris percussio, sed solum sonant, veluti ab ipso pharynge spiritus sit violentatus. Iis vero, qui gracilem habent vocem, nec circa venas, nec circa arterias est passio, sed circa motum linguæ. Difficulter enim ipsam transferunt, quando alterum sonum oportet dicere. Quare multo tempore idem verbum dicunt, non valentes consequens dicere. Sed continue motu & pulmone ipsorum ad eundem impetum lato, ob multitudinem & violentiam spiritus. Sicut enim etiam totum corpus currentium violenter durum ex impetu in alium motum transferre, eodem modo & secundum partem. Quare multoties consequens dicere non possunt, sed id quod post hoc facile, quando aliud motus fecerint principium, clarum id est. Etenim iratis hoc accidit multoties quia violenta ipsorum fit spiritus latio. Macrobius quoque latinus author, incertus tamen quo vexerit tempore, etiam si constet ex ipsomet eum post Plotinum & Porphyrium fuisse, aliqua affert. quæ huc subiungam. Libro itaque primo Saturn. ita ait. Nam Aristoteles, qui θεολογούμενα scripsit, Apollinem & Liberum patrem, vnum eundemque deum esse, cum multis aliis argumentis asseuerat, tum etiam, apud Ligyreos in Thracia ait esse adytum Libero consecratum, ex quo redduntur oracula. Sed in hoc adyto vaticinaturi, plurimo mero sumpto, vti apud Clarium,

aqua

aqua pota, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in facris quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur, Bacchico ritu. Item Bœotij Parnafum montem, Apollini confecratum effe memorantes fimul tamẽ in eodem, & oraculum Delphicum, & fpeluncas Bacchicas, vni Deo confecratas colunt. Vnde, & Apollini & Libero patri, in eodem monte res diuina celebratur. Libro quinto afferebat locum ex libro 2. de Poetis. Sed is in excuffis exemplaribus deeft. Libro autem 7. ait. Legiffe apud Græcum philofophum memini (ni fallor ille Ariftoteles fuit) in libro quem de ebrietate compofuit. mulieres raro in ebrietatem cadere. crebro fenes. Nec caufam vel huius frequentię, vel illius raritatis adiecit. Rurfus eodem. Quam non pigebit, authore Ariftotele, qui in phyficis quæftionibus fuis, hanc pofuit, & in hunc fenfum ni fallor abfoluit. Omnis aqua inquit, habet in fe aeris tenuisfimi portionem, quo falutaris eft. Habet enim terream fęcem, quæ eft corpulenta poft terram. In calce vero operis totius. Ariftoteles vero author eft, vulnera quæ ex æreo mucrone fiunt minus effe noxia, quàm quæ ex ferreo, faciliusque curari, quia ineft inquit æri uis quædam remedialis, & ficcifica, quam demittit in vulnere. Cenforinus quidam, in libello de Natali die, ex Ariftotele ait fe accepiffe. cap. de annis maioribus. Eft præterea annus, quem Ariftoteles maximum potius quàm magnum appellat, quem folis, & lunæ vagarumque quinque ftellarum, orbes conficiũt. Olympiodorus vero, non is qui in Ariftotelis Meteoros, commentaria edidit, fed iunior alius Platonicus (cuius apud nos funt commentaria, in Platonis Phædonem, Philębum, & Gorgiam) praxi 66. in Phædonem fic fcripfit, δηλοῖ δ' ὁ τῇδε ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι μόναις τρεφόμενος, ὃν ἱστόρηκεν Ἀριστοτέλης, ἰδὼν αὐτός. Declarat autem, & is qui folis radiis folaribus nutriebatur, quem Ariftoteles narrat fe vidiffe. Idem in Gorgiam praxi. 41. apponit verfus quofdam Ariftotelis. ex elegiis ad Eudemum.

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν κεκροπίης δάπεδον.
Εὐσεβέως σεμνῆς, φιλίης ἱδρύσατο βωμόν. Sexameter deeſt.

Ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.
Ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοις λόγων.
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων, ἅμα γίνεται ἀνήρ
Οὐ νῦν δ' ἐστὶ λαβεῖν, οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.
Veniens in illuftrem Cecropiæ folum
Pie, venerandæ amicitiæ erexit altare
Viri quem neque laudare fceleftis eft fas.
Qui folus vel primus mortalium oftendit clare
Et vita propria, & methodis fermonum
Quod & bonus, & fœlix fimul fit vir
Quod nunc non eft accipere vlli hæc vnquam.

Apud Suidam etiam funt loca aliquot quæ hic adiiciam. Ac primo in voce Ἄνακτες. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Κυπρίων Πολιτείᾳ φησὶ, καλοῦνται δὲ οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως ἄνακτες. οἱ δὲ ἀδελφοὶ καὶ γυναῖκες ἄνασσαι. καὶ ἀνάκτορα τὰ ἱερὰ βασίλεια. καὶ ἀνακτορείαν, δεσποτείαν, καὶ ἀνακτόριον ἱερὸν, καὶ ἀνακτόρων, ἱερατειῶν. Ariftoteles inquit in Cypriorum Republica. Vocantur quidem regis filij & fratres, anactes. Sorores vero & vxores, anafsæ. Et anactora, facra, & re-

gia. Et anactoria dominium. Et anactorium sacrum. Et anactoriorum Sacrificiorum. In dictione vero peripolos. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ περὶ τῶν ἐφήβων οὕτω φησί. τὸν δ' ἕτερον ἐνιαυτὸν ἐκκλησίας ἐν τῷ θεάτρῳ γινομένης λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν, καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις. Aristoteles in Atheniesium Repub. de ephebis sic ait. Secundo anno comitiis in Theatro habitis, accipientes scutum & lanceam a populo, circumeunt regionem & perstant in custodiis. Aristophanis quoque innominatus interpres, in Nubibus, locum quendam Aristotelis affert his verbis. Ἀριστοτέλης δὲ περὶ Κλεισθένους φησί, κατέστησε καὶ δημάρχους, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκλάροις. καὶ γὰρ τοὺς δήμους αὐτῶν ναυκλαριῶν ἐποίησαν, οἱ πρότερον ναύκλαροι; εἴτε ὑπὸ Σόλωνος κατασταθέντες, εἴτε καὶ πρῶτον. οὗτοι δὲ τὴν πομπὴν τῶν παναθηναίων ἐκόσμουν. Aristoteles de Clisthene inquit; constituit, etiam populi principes, qui eandem sortiti sunt curam cum prioribus Nauclaris. Etenim populum ipsorum nauclariorum effecerant priores nauclari, seu a Solone constituti, seu etiam antea? Isti autem festum Panathenæorum adornabant. Et rursus eadem comędia. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν Πολιτείᾳ, φησὶν, ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἱ τινὲς ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν νῦν Ἀρκάδων, πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην. διὸ καὶ προσωνομάσθησαν προσέληνοι. Aristoteles in Tegeatarũ Rep. ait, qđ Barbari Arcadiã incoluerunt, qui expulsi sunt ab Arcadibus qui nũc sunt, antequã luna oriretur. ideoq; sunt vocati Antelunares. Clemens quoq; Alexandrinus libro 6. Aristotelem citat authorem. Dicit etiam Aristoteles, omnes homines, vti dæmonibus, qui eos sequuntur, eo tempore quo migrant in corpus. propheticam hanc accipiens doctrinam; & eam ponens in suis libris, non confitens vnde hanc sumpsisset orationem. Libro autem secundo dixerat. Aristoteles autem id quod consequitur scienciam, iudicium, quod vero sit hoc quidpiam, dicit esse fidem. Sed Theodoretus libro primo Græcarum paßionum hanc sententiam sic retulit. Quando & Aristoteles fidem esse ait scientiæ indicatorium. Libro vero 5. habet hæc verba. Nicomachi porrò filius Aristoteles, Luna tenus putauit Dei prouidentiam rebus præesse. At ea omnia quæ infra Lunam subsidunt, minus Deum curare, sed eorum gubernationem tradidisse fatorum necessitati, cui quidem tantum tribuebat vt non solum diuitias, paupertatem, prosperam valetudinem, morbos, seruitutem, bellum, pacemq; diceret ab hac mortalibus dispensari, sed virtutem quoque, vitiumq; contribui. Hanc vero eius opinionem, Cynicus Oenomaus apertissime accusauit. Libro quoque 12. post historiam ollarum oleacearum subiungit. Puto autem illos haud ita prorsus mentiri. Huiusmodi enim rebus fœlicitatem Aristoteles finiebat. Quippe qui solitus esset dicere, non alia forme ratione, posse quemquam fieri beatum, quàm prospero, ac iucundo corporis statu; externarumque rerum affluenti copia. Sine his enim aiebat, virtutem nihil vtilitatis afferre. Hæc autem Atticus Platonicus in iis quæ contra Aristotelem scribit, manifeste ostendit. Quæ igitur contra Aristotelem dicuntur, multorum sermone confirmantur. Stobæus vero in suo Anthologio multa Aristotelis refert ex variis libris qui nõ reperiuntur. Ea omnia nos huc transcribemus, ne videamur rem vllam ad fragmentorum titulum pertinentem, volentes ommisisse. Itaque sermone primo recitat Aristotelis hymnum in virtutem, qui etiam extat apud Laertium in eius vita. Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ θήραμα κάλλιστον βίῳ σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς καὶ ἀκάμαν-

τας

τας τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις καρπὸν ἐς ἀθάνατον, χρυσοῦ τε κρείσσονα καὶ γονέων μαλακαυγητοῖο θ' ὕπνου σοῦ δ' οὕνεκα ἐκ διὸς ἡρακλῆης λήδας τε κοῦροι ἀνέτλασαν ἔργοις ἀναγορεύοντες δύναμιν. Σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεύς, Αἴας δ' αΐδαο δόμους ἦλθον, Σᾶς δ' ἕνεκεν φιλίου μορφᾶς, Ἀταρνέως ἔντροφος ἀελίου χήρωσεν αὐγάς. Τοὶ γὰρ ἀοίδιμος ἔργοις ἀθάνατοι δέ μιν αὐξήσουσι μοῦσαι μναμοσύνας θυγατέρες διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι. Hæc ſic verterunt. O virtus ardua, laborioſaque generi humano pulcherrima vitæ inuentio tuam o virgo ob venuſtatem etiam mori in Græcia optabilis habetur mors (ac labores vehementes & indeffeſos perpeti: talem pectori inſeris fructum immortalem auro potiorem, & parentibus & leniſsimo ſomno tua vero gratia Hercules, Ioue ſatus Ledeq; filij multa perpeſſi ſunt ſuis factis, quid poſſint declarantes tui quoque deſiderio, Achilles & Aiax Plutonis ad regiam deſcenderunt. Tuam quoque ob amabilem formam, Atarnei alumnum ſolis priuauit luce. Itaque decantabitur ob egregia facta immortaleſque ipſum euehent Muſæ Mnemonſynes filiæ quæ Iouis hoſpitalis honorem & reuerentiam augent. Sermone 3. Ἀριστοτέλης εἶπεν. ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα, ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι, ὡς γίνεται. Ariſtoteles dixit, quandoquidem res non fiunt vt volumus, velimus eas, vt fiunt. Quam ſententiam etiam Epictetus vſurpauit. Sermone 20. οὐχ ὁρᾶς, ὅτι τῶν ἐν ὀργῇ διαπραττομένων ἁπάντων ὁ λογισμὸς ἀποδημεῖ, φεύγων τὸν θυμὸν ὡς πικρὸν τύραννον. Nonne vides, quòd ab omnibus, quæ per iram committuntur, ratio recedit, fugiens iracundiam, tanquã acerbum Tyrannum. Et rurſus. ὥσπερ καπνὸς δηδάκνων τὰς ὄψεις, οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ πρὸ ποδῶν ἐν τοῖς ποσίν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ, καὶ τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄπονον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προσλαβεῖν. Vt fumus mordicans oculos, non ſinit videre, qđ ad pedes eſt, ſic ira oboriens, rationem offuſcat, & quod ex ea futurum erat, non ſinit ſine labore mentem potiri. Iterum. ὁ θυμὸς ἐστὶ πάθος θηριῶδες μὲν τῇ διαθέσει, συνεχὲς δὲ τῇ λήψει, σκληρὸν καὶ βίαιον τῇ δυνάμει, φόνων αἴτιον, συμφορᾶς συμμάχος, βλάβης συνεργὸς καὶ ἀτιμίας, χρημάτων ἀπώλεια, ἔτι τε καὶ φθορᾶς ἀρχηγόν. Ira quidem, paſsio eſt ferina, diſpoſitione vero continua, acceptione dura, & violenta potentia cædium cauſa, calamitatis ſotia, damni adiutrix, & infamiæ, pecuniarum pernicies, & præterea perditionis dux. Sermone quoque 43. δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων, μὴ διὰ τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης, τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. Oportet prudentes principes, non ob principatus, ſed ob virtutem admirabiles ſe reddere, vt fortuna immutata, eiſdem laudibus digni cenſeantur. Quod ex epiſtola quadam ad Philippum, paululum immutando ſumpſit, quæ mox ſubiicietur. Et paulo poſt ex Ariſtotelis diatribis αἱ πλεῖσται στάσεις διὰ φιλοτιμίαν ἐν ταῖς πόλεσι γίνονται. περὶ τιμῆς γὰρ οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' οἱ δυνατώτατοι διαμφισβητοῦσι. Plurimæ ſeditiones propter ambitionem in vrbibus fiunt. Non enim plebeij homines de honoribus, ſed potentiſsimi certant. Sermone vero 91. κρεῖττον πρὸς εὐδαιμονίαν ἐλάττω κεκτῆσθαι, ἢ πολλὰ μετὰ φθόνου. καὶ γὰρ καλλίων, καὶ ἡδίων οὗτος ὁ βίος. Melius eſt ad fœlicitatem pauciora poſsidere, quàm multa cum inuidia. Eſt enim honeſtior, & iucundior hæc vita. At 96. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή. Quid enim eſt homo, imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunę ludicrum, iacturæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina, reliquũ vero pituita & bilis, quæ

tamen dicteria Aristotelis Stagiritę an sint non satis audeo affirmare. Sed quæ sermone 84. loca ex libro de Nobilitate affert, Aristotelis istius nostri esse satis fidēter affirmarim. nam librum sub hoc titulo Diogenes quoque agnoscit. ὅλως δὲ περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. εἰκότως γε ἔφην τοῦτο σὺ διαπορεῖς, καὶ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ παρὰ τῶν σοφῶν, τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δ' οὐ λέγεται σαφῶς. Εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως, λέγω δὲ τοῦτο πότερον τῶν τιμίων, ἐστὶ καὶ σπουδαίων, ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς ἔγραψε κενόν τι πάμπαν, ἐκεῖνος γὰρ αντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, εὐγενείας μὲν οὖν ἧς ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνὸν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δ' ἀλήθειαν, οὐδὲν διαφέροντας τοὺς ἀγενεῖς τῶν εὐγενῶν. Ἀμφισβητεῖται δὲ καθάπερ καὶ περὶ τοῦ πηλίκον ἀγαθόν ἐστι, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων, εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι καθάπερ καὶ Σωκράτης, διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δὲ φασὶν ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι. καίτοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι. Θέογνις δ' ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας. ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ. μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς πλουσίοις. ἢ πρὸς Διός, οὐχ αἱρετώτερός ὁ πλουτῶν αὐτὸς, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; πῶς οὐκ εἶπε καὶ δέοιτ' ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις, μᾶλλον ἢ τοῖς εὐγενέσιν. εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοὶ, κρείττους δ' οἱ νῦν. οὐκ οὖν ὁμοίως κἂν τὶς ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι κρεῖττον γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος, καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων προγόνων. ὀρθῶς ἔφη λέγεις. Ἆρ' οὖν οὐκ, ἐπειδὴ μηδετέρως τούτων, ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον; τίνα τοῦτον; ἐνίοτε σκεπτέον δ' ἔφη. τὸ εὖ σημαίνει τι δήπου τῶν ἐπαινετῶν, καὶ σπουδαίων; οἷον τὸ εὐπρόσωπον, καὶ τὸ εὐόφθαλμον. ἀγαθὸν γάρ τι ἢ καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. πάνυ γε εἶπεν. οὐκ οὖν εὐπρόσωπον μὲν ἐστὶ τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου. εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν. οὕτως εἶπεν. Ἀλλὰ μὴν ἐστὶ γένος, τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον, ἀλλ' οὐ σπουδαῖον. πάνυ γε εἶπε. σπουδαῖον τέ γε φαμὲν, ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι. ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. οὕτως εἶπε. δῆλον ἄρ' ἐστὶν, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια, ἀρετὴ γένους. De nobilitate autem planè dubito quosnam oporteat appellare nobiles. nec immerito me dubitarę dixi. nam & apud vulgus, & apud sapientes quædam in dubium vocantur, & quædam non apertè declarantur. Ac statim ea quæ ad facultatem attinent. Dico autem id, vtrū honorabilium sit & bonorum, vel vt Lycophon Sophista scripsit, nouum quiddam omnino. Ille enim comparans eam aliis bonis. nobilitas igitur, cuius pulchritudo obscura, in verbis vero grauitas. Veluti ad opinionem sit electio ipsius, secundum veritatem autem nihil differre, ignobiles a nobilibus. Dubitatur autem, sicut quantum ea sit bonum, ita quosnam oporteat nobiles appellare. Si enim eos qui ex bonis parentibus sunt, nobiles esse existimant veluti, & Socrates. Etenim propter Aristidis virtutem, & filiam ipsius esse generosam. Simonidem vero aiunt interrogatum, quinam nobiles? respōdisse, ij qui ex antiquis diuitibus. Quem sermonē, non recte reprehendunt. Theognis vero poeta, hos versus fecit. Nobilitatem quidem laudant mortales. Magis tamen curant diuites. Vel per Iouem, nonne eligibilior est is qui ipse est diues, eo, cuius abauus, aut progenitorum quispiam diues fuit, & ipse sit pauper. Quid ni, ait; ac debeat magis curare diuites quàm nobiles. Antiqui enim nobiles, præsentes autem potentiores. Nonne similiter ac si quis opinetur, non eos, qui ex antiquis diuitibus, nobiles esse, sed eos qui ex bonis antiquis. Præstantior enim est virtus recens, quàm antiqua. & particeps est quisq; patris magis quam ab aui, aut alterius cuiusdam aliorum progenitorum. Recte inquit dicis. Nonne

est

ergo, posteaquam in horum neutrorum videmus nobilitatem, videndū est alio modo? quonam modo? speculandum est ait, dictio εὐ bene aliquando significat aliquid laudabilium, bonorumque, veluti cum dicitur εὐπρόσωπον, εὐόφθαλμον, bonum enim aut pulchrum secundum hūc sermorum. Prorsus inquit. Nonne ergo εὐπρόσωπον dicitur, id quod faciei habet virtutē. εὐόφθαλμον vero quod oculi virtutem habet? Sic est inquit. Nonne & genus, aliud bonum aliud malum, & non bonum? Prorsus ita ait. Bonum vero vnumquodque dicimus, secundum propriam virtutem. ita quoq; & genus bonum? Ita, ait. Clarum ergo, dixi, quòd nobilitas est virtus generis. Iterum sermone 86. Ex eodem Aristotelis libro de Nobilitate. φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν διατί ποτε οἱ ἐκ παλαιοῦ πλουσίων, ἢ οἱ ἐκ παλαιοῦ σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν συνεγγὺς τ' ἀγαθὰ κεκτημένων, αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὤν, ἢ πάππου σπουδαίου τετυχηκὼς, ὥστ' εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. καί τινες εἰρήκασιν οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενος τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης. οὐχὶ τὸν ἐκ παλαιοῦ σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς. τὸ δ' οὐκ ἐστίν. ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προστιθέντες. τὰ δ' αἴτια εἴπομεν, τυχεῖν ὅτι ἡ μὲν εὐγένεια ἐστὶν ἀρετὴ γένους. ἡ δ' ἀρετὴ σπουδαῖον. σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει. ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν πολλὰ παρασκευάζειν οἷάπερ αὐτή. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει, καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεὰς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄντε ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος· ἄντε ἵππων, ἵπποι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. ὥστε εὐλόγως, οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοὶ, ἀλλ' οἱ ἐκ παλαιοῦ πλουσίων, ἢ ἐκ παλαιοῦ ἀγαθῶν, εὐγενεῖς εἶεν ἄν. ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τἀληθῆ, ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. οὐ μὴν, ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν, εὐγενεῖς πάντως. ἀλλ' ὅσοι τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὥστε τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρχὴ τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις, ἀρχὴ τοῦ γένους, καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου ὄντες. οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους. οὐ γὰρ δι' αὑτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν. Clarum itaque est inquam, id de quo iam dudum dubitamus. quam ob causam, ij qui ex antiquis diuitibus, ac ex antiquis bonis nati, nobiliores videntur esse, iis qui recenter hęc bona possederunt. Ipse enim propinquior, bonus cum sit, quàm si bonum auum teneat. Itaque fuerit nobilis, bonus vir. Ac quidam ita dixerunt syllogismo refellere fingentes nobilitatem vt Euripides dixit. Non quòd ij nobiles sint, qui ex antiquis sint bonis nati, dicens sed siquis vir, simpliciter sit bonus. Id vero non est. Sed quęrūnt, ij qui adiiciunt, antiquam virtutem. Causas autem diximus. Idest, quòd nobilitas est generis virtus. Virtus autem bonum; bonum vero genus est, in quo multi boni ingeniti sunt. Accidit autem id quando ingeneratur principium bonum in genere. Principium enim talem habet facultatem vt multa pariat sibi similia. Hoc.n. principij opus est, facere quale est ipsum, alia multa. Quando ergo ingeneratur generi vnus quispiam, ita bonus, vt habeat, id bonum ab eo, multa propago, id genus necesse est bonum esse. Erunt enim multi boni homines, si genus sit hominum. Si vero equorum equi. similiter etiam in aliis animalibus. Ratione igitur recta, non diuites, neq; boni, nobiles fuerint, sed qui ex antiquis & diuitibus & bonis orti sint. Ratio enim verum quęrit. Omnium autem principium a supernis. neque etiam ij qui a bonis progenitoribus, omnino nobiles,

ſed quicunque progenitorum authores ſunt. Quando igitur ipſe bonus, non vero habeat facultatem eam a natura, vt pariat multos ſibi ſimiles, non habet vt principium talem facultatem. Sed ſi habeat, principium generis eſt. Et qui ex hoc genere ſunt, nobiles ſunt, non quando pater nobilis fuerit, ſed quando au thor. Non enim propter ſe, eum pater genuit bonum, ſed quia ex tali genere erat. Præter hæc ſæpe ex Chriis Ariſtotelis loca affert, quæ nos huc afferenda nequaquam duximus. Liquido enim conſtat eas non eſſe Ariſtotelis noſtri, quia Sermone 55. vnam affert Zenonis Stoici Philoſophi. Is enim iuuenis audiuit Cratem Thebanum vt Laertius narrat, floruit autem Crates in docendo, Olympiade centeſimadecimaquarta. Ariſtoteles vero ſequenti Olympiade vita eſt functus, quo tempore Zeno auditor cum eſſet nondum Stoicam ſectam conſtituerat. ideo alterius cuiuſpiam Ariſtotelis putandæ ſunt.

Adiiciam huc epiſtolas aliquot quas reperi ad Philippum. Οἱ τὰς ἡγεμονίας ἀναλαμβάνοντες πρὸς εὐεργεσίαν τῶν ἀρχομένων, οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης ἀλλ' οὐδ' ὑπὸ τῆς φύσεως προηγμένοι, ταῖς ἀρχαῖς ἐμπιστεύονται, αἳ μεταπίπτειν εἰώθασιν, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς μέγα φρονοῦσιν, εὖ καὶ σφόδρα σοφῶς πολιτευόμενοι. οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις βέβαιον, καὶ ἰσχυρόν. οὐδ' ὁ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἥλιος τραχείᾳ ῥοπῇ συναλλάσσει καὶ μεταφέρει. ποικίλλουσα τοὺς βίους ἅπαντας καθάπερ τραγῳδίας ὑποκρίσει ταῖς ἡμετέροις κακοῖς ἡ φύσις μετασκευάζεται; εἴπερ μὴ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας. ὅτι τὸν ἄλλον τρόπον ὥσπερ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἕκαστον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀνθεῖν ποτὲ συμβαίνει καὶ τὰς ἀκμὰς ἐν χρόνοις τισὶν ἀναλαμβανομένους πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρειν. διὸ πειρῶ μηδὲ τῆς Ἑλλάδος τυραννικώτερον προΐστασθαι, μηδὲ τοῖς λήμμασι σιβαρώτερον. τὸ μὲν γὰρ προπετείας ἐστὶ σημεῖον, τὸ δὲ ὁμολογουμένης ἀβουλίας τεκμήριον. δεῖ γὰρ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων, μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τῶν ἀρχῶν θαυμάζεσθαι. ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. τὰ δ' ἄλλα εὖ πρᾶττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν, σῶμα δὲ πρὸς ὑγείαν ἄγων καὶ ἐπιμελούμενος.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οἱ πολλοὶ τῶν φιλοσόφων τὴν εὐεργεσίαν θεῷ ἰσότιμον παρεσκεύασαν· ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν χάριτος ἀμοιβὴ καὶ δόσις συνέχει τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους, τῶν μὲν διδόντων, τῶν δὲ λαμβανόντων, τῶν δ' αὖ πάλιν ἀνταποδιδόντων. διὸ καλὸν καὶ δίκαιον ἐστὶ πάντας μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας ἐλεεῖν. Οἶκτος μὲν γὰρ ἡμέρου ψυχῆς ἐστὶ σημεῖον. χαλεπότης δ' ἀπαιδείας. αἰσχρὸν γὰρ καὶ σχέτλιον ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν περιορᾶν. ὅθεν ἐπαινῶ, καὶ τὸν ἡμέτερον γνώριμον Θεόφραστον, λέγοντα τὴν χάριν ἀμεταμέλητον εἶναι. καὶ καλὸν καρπὸν φέρειν, τὸν παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἔπαινον. διόπερ δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀνθρώπων εἰς πολλοὺς αὐτὴν κατατίθεσθαι, νομίζοντας χωρὶς τῆς εὐφημίας ἔρανόν τινα τοῦτον αὐτοῖς ὑπάρξειν ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων, καὶ εἴγε μὴ πάντας, ἀλλ' ἕνα τῶν εὐεργετημάτων ἀποδώσειν τὴν χάριν. Ὅθεν πειρῶ πρόθυμος μὲν εἶναι ταῖς εὐεργεσίαις, ἔποχος δὲ τοῖς θυμοῖς. τὸ μὲν γὰρ βασιλικόν τε καὶ ἥμερον· τὸ δὲ βάρβαρόν τε καὶ συγητόν. τὰ δ' ἄλλα καθὼς ἂν δοκιμάζῃς πρᾶττε, μὴ παρορῶν τὰς λυσιτελεῖς ψήφους.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οἱ διαφέροντες τῶν βασιλέων ἐπὶ φρονήσει, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄστρων ψαύοντες, εὐεργετοῦσιν, οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι καιρούς, ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες τὸ

τῆς

τῆς τύχης ἄστατον. θησαυρίζουσι τὴν χάριν πρὸς ἑκάτερα. ἐν μὲν ταῖς εὐπραγίαις τιμῆς ἐκλόβροι μεταλαμβάνειν, τιμὴ γὰρ οἰκεῖον ἀρετῆς ἐστὶν ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασι, βοηθείας, αἱ γὰρ συμβοραὶ τ' ἀναγκαῖα κρίνουσι τῶν καλῶν πρότερον. σαφέστατος γὰρ εὐνοίας ἔλεγχος ὁ τῆς τύχης καιρὸς. ἀπαιτεῖ γὰρ οὐ λόγους, ἀλλὰ πράξεις δεόντως. ἡ γὰρ τῶν εὐνοούντων ὄψις. ὥσπερ ἐν πελάγει χειμαζομένῳ παρεφάνη γῆ. πᾶσα γὰρ ὡς ἔοικεν ἐν ἐρήμῳ πεσοῦσα τύχη, σκοπὸς ἀληθὴς ἔγκειται τοῖς πολεμεῖν, ἢ ἀδικεῖν ἢ συκοφαντεῖν αἱρουμένοις. μόνη δὴ ἡ τῶν σπουδαίων δι' αὐτὴ τὸ τῆς τύχης εὐκίνητον οὐκ ἀπαρνεῖται. φέρουσα δ' ἀλόγως πᾶν τὸ προσπίπτον τῶν κατὰ Πλάτωνα κρειττόνων εὖ διατίθεται. διὸ καὶ τὴν ταχύτητα τῶν πραγμάτων ἀναλαβοῦ, καὶ τὸν κύκλον τῆς μεταπτώσεως ἡγοῦ. καὶ τὰς ἐν τῷ ζῆν ψήφους λογίζου. πολλὰ γὰρ ἡ ταυτομάτου φορὰ κομάζει τῷ βίῳ, καὶ ῥοπὰς αὐτονόμους ποιεῖ. τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι μετάνοιαν δίδου, τοῖς δ' εὐνοοῦσι τὰς χάριτας προχείρους νέμε, ταῦτα γὰρ πράττων οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δι' ὅλου σωτηρῶν ἀσφαλέστατα καὶ ἀκινδυνότατα τῆς ἡγεμονίας ἕξεις μέλαθρα. ὡς μὲν ὑπὲρ μεγάλων ὀλίγα, ὡς δὲ πρὸς σε, πάντα σχεδὸν εἴρηται.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ.

Ἀπορῶ τινῶν ἢ ποίων ἀρχὴν με λάβοι πρὸς σε. ἐφ' ἃ γὰρ ἐπισκοπῶν ἐπιβάλλω τῇ διανοίᾳ, πάντα μοὶ φαίνεται μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, καὶ λήθης οὐδὲν ἄξιον ὁρῶ. μνήμης δ' οἰκεῖα καὶ προτρέψεως, ὡς οὐδὲν οὐδεὶς ἀμαυρώσει χρόνος. αἱ γὰρ καλαὶ τῶν διδασκάλων παραινέσεις, καὶ προτρέψεις, θεατὴν ἔχουσι τὸν αἰῶνα. διὸ πειρῶ, τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν ἀλλ' εἰς ἐνεργεσίαν κατατίθεσθαι πρὸς ἀρχήν. οὗ οὐδὲν μεῖζον τῶν ἐν βίῳ ὑπάρχειν πέφυκε. διὸ καὶ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως, πολλάκις ὑπὸ τοῦ χρόνου διαλυόμενον, ἄφθαρτον διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων κέκτηται τὴν μνήμην. τούτων οὖν ἔννοιαν ἔχε. οὐ γὰρ ἀλογίστως ἤχθης, ὡς ἔνιοι. οἱ ἀτόπως καὶ τὰς γνώμας διετέθησαν. σοὶ καὶ γένος ἔντιμον, καὶ βασιλεία πατρῷος, καὶ παιδεία βέβαιος, καὶ δόξα περίβλεπτος. καὶ ὅσον ταῖς ἀφορμαῖς τῆς τύχης, διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν καλῶν προστάτειν σε δεῖ. τὰ δ' ἄλλα πράττε τὰ συμφέροντα, ἐπὶ τέλει δὲ τὰ δόξαντα.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΩ.

Ἡ πρόχειρος ἀδικία τῆς πολυχρονίου χάριτος λυσιτελέστερον πέφυκεν ὑπάρχειν. ἡ μὲν γὰρ ὀλιγοχρόνιον ἔχει τὴν μνήμην καὶ τὴν βλάβην. ἡ δὲ γηράσκει ὥς ἂν πεποιημένη τὴν δυσμένειαν, ἔργον ἀοίδιμον παρασκευάζειν, καὶ τοὶ πολλάκις δ' ὀρθῶς λογισάμενοι γαληνισμὸν, εὑρόμενοί πη. καὶ μερίσαντες πλημμελείας σάλον καὶ διανοίας εἰδόμενοι πορθμόν. διὸ φημὶ δεῖν τὴν ἑταιρείαν μάλιστα μὲν μὴ ἀδικεῖν εὐδοκεῖν καὶ εὔλογον ἔχειν πρόφασιν. εἰ δὲ μή τε ἀκουσίως τοῦτο πράξασαν, θᾶττον διαλύεσθαι τὴν ἔχθραν. τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἴσως ὑπὲρ ἄνθρωπον. τὸ δὲ πλανηθέντα διαστήσασθαι ἣν ἐπιφέρει τις μέμψιν, καλῆς καὶ σφόδρα ἐνσταθούσης κρίσεως ἴδιον. τὰ δ' ἄλλα ἔρρωσο.

AD PHILIPPVM.

QVI ducatus ſuſcipiunt ad beneficentiam ſubditorum non a fortuna ſed neque a natura proacti principatibus confidunt, qui recedere cōſueuerunt. Sed ob virtutes magna ſapiunt. Rectè & valde ſapienter ciuitatem regentes. Nihil enim eorum quæ inter homines, ſtabile, & robuſtum. neq; vſq; ad veſperam ſol veloci motu altera & transfert. Varians vitas oēs ſicuti tragedias, fictione noſtris malis natura tranſmutatur. niſi fallimur a veritate. quod alium modum, veluti eorum quę terra germinant vnumquodq; & hoīes florere aliquando ac-

cidit. Et ſtatus in temporibus quibuſdam recipientes multum ab aliis differre. Quare tenta, neque Græciæ Tyranni more pręeſſe, neque deliriis violentius. Alterum enim pręcipitantię eſt ſignum, alterum confeſsæ inſcitiæ teſtimonium. Oportet enim mētem habentes, potentes, non ob principatus, ſed per principatus in admiratione haberi. Ne fortuna recidente, earumdem laudum digni habeantur. alia recte habeas. animum ad Philoſophiam, corpus vero ad ſanitatem ducens diligenter.

AD EVNDEM.

PLERIQVE Philoſophorum beneficentiam Deo dignam aſtruxerunt. Vt enim ſimpliciter dicam gratiæ permutatio, ac datio continet hominum vitam, aliis dantibus, aliis accipientibus, aliis rurſus reddentibus. Quare honeſtum & iuſtum eſt omnes infortunatos miſericordia proſequi. Miſeratio enim manſueti animi eſt ſignum. aſperitas vero ineruditi. Turpe enim & impium eſt virtutem infortunatam negligere. Vnde laudo etiam noſtrum diſcipulum Theophraſtum, dicentem, gratiam non pœnitendam eſſe. Et bonum fructum ferre, laudem ab iis qui beneficio ſunt affecti. Quare oportet, mente præditos homines, in multos eam deponere, exiſtimantes ſine etiam laude, beneficium quoddam tale illis futurum in mutationibus rerum. ac etiam, etſi non omnes, vnum tamen aliquem beneficiorum retributurum gratiam. Quare adnitere promptus eſſe in beneficiis. Et cohibe iras. Illud enim regium, & manſuetum, hoc vero Barbarum & odibile. alia vero, vti exiſtimaueris age, non negligens vtiles calculos.

AD EVNDEM.

EXCELLENTES Reges prudentia, & celſitudine aſtra tangentes beneficia conferunt, non ad præſentia regentes tempora, ſed etiamcontemplantes fortunæ inſtabilitatem, Theſaurizant gratiam ad vtrumque. In bona enim fortuna, honore volentes petiri, honor enim proprium virtutis eſt: in caſibus vero aduerſis, auxilio. Aduerſitates enim neceſsitatem indicant bonorum priorū. Clariſsima enim beneuolentię demōſtratio, fortunæ tempus. Repetit enim non verba, ſed opera decenter. Beneuolentium enim aſpectus, vti in pelago pericli tanti, apparuit terra. Omnis enim ut uidetur, in deſerto cadens fortuna, ſcopus uerax propoſitus eſt, iis qui uel bellum, uel iniuriam, uel calumniam inferre eligunt. Sola uero proborum corruſcatio fortunæ inſtabilitatem, non recuſat. ferenſque rationabiliter omnem caſum, maior ſecundum Platonem, recte diſponit. Quare celeritatem rerum caue, & circulum recidentiæ ducas. Et calculos uitę reputa. Multa.n.caſus latio, infert in uitam, & pondera ſpontanea facit. ignorantibus pœnitentiam da, beneuolis uero gratias promptas tribue. Hęc enim agens non ſemel, ſed ſemper conſeruans, ſecuriſsime, & extra periculum, imperij habebis domos. vt quidem de magnis pauca: ut uero ad te, omnia fere dicta ſunt.

AD ALEXANDRVM.

DVBITO, quorum nam, uel qualium principium me capiat ad te. In

quęcunque

quęcunque enim respiciens mentem conijcio, omnia mihi videntur magna & admirabilia, & obliuione nihil dignum video. Memoriæ vero propria & adhortationis. quorum nihil, ullum obscurabit tempus. Bonæ enim præceptorum admonitiones, & adhortationes, spectatorem habent æternitatem. Quare adnitere principatum, non in iniuriam, sed in beneficentiam componere. Cuius nihil maius, eorum quæ in vita natum est. Quare & mortalis natura, sæpe a necessitate dissoluta, incorruptibilis ob magnitudinem operum consequitur memoriam. Horum ergo cogitationem habeas. Non enim irrationabiliter educatus es vt quidam, qui absurde etiam mentes disposuerunt. Tibi & genus honorabile, & regnum auitum, & disciplina stabilis, & gloria admirabilis. Et quantum occasionibus fortunæ excellis, tantum & virtutibus honestorum primum te esse oportet. Reliqua vero age, quidem vtilia, perfice vero quæ videbuntur.

AD THEOPHRASTVM.

PROMPTA iniustitia, vertere gratia vtilior solet esse. Hæc enim habet breuis temporis memoriam, & noxam. Illa vero senescit, veluti faciat odiū, opus perpetuum construere. Etsi sæpe, dono reputantes, placiditatem inuenimus alicubi, & partientes tempestatis fluctus, & cogitationis videmus traię ctionem. Quare aio oportere societatem, maxime quidem non iniuria afficere, sed bene facere, & rationabilem habere prætextum. Quod nisi inuite faciat, citius dissoluitur odium. Neminem enim iniuria afficere, forte supra hominem. Sed postquàm erratum est, seruare eam quam quis fert reprehensionem, boni ac valde bene constituti iudicij est proprium, alia. Vale.

ARISTOTELICORVM

ARISTOTELICORVM
LIBRORVM
EXTANTIVM, PER GENERA
DISTRIBVTIO.

LIBER OCTAVVS.



RISTOTELIS libri Zacharia facundissime, non minus hi qui eius nomine nostris temporibus feruntur, quàm etiam illi qui a Diogene enumerantur expositi nobis sunt confuse nimium; ita vt Laertiani nullo prorsus ordine, nulla coherentia iungantur. Illi vero, priores quamquàm videantur consecutione quadam hęrere, vt Logici seorsum a Physicis, hi a Moralibus cudantur, tamen qua serie Logici, Physici, & Morales inter se disponantur, maxime dubium ac anceps est. Eaque res non minimum negotii, scholis nostratium Peripateticorum exhibet. De ordine igitur eorum, aliquid tibi tradere instituimus, vti in hac etiam parte, quę non parui est momenti in Aristotelica philosophia, opem aliquam ingenio, studioque tuo afferamus, omniaque impedimenta, remoras omnes, qua a nobis fieri potest, tibi remoueamus. Authorem igitur, habemus grauissimum Plutarchum, loco sępe ex Sylla citato; Andronicum Rhodium ἀπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας. Exscripta aquisisse, in medium produxisse, & perscripsisse eos qui nunc feruntur indices. Quales autem hi indices fuerint videtur Porphyrius indicasse cum in vita Plotini sic scripsit. μιμησάμενος δ' Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον καὶ Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικὸν, ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν. ὁ δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸ συναγαγών. οὕτω δὲ καὶ ἐγώ. Imitatus Apollodorum Atheniensem, & Andronicum Peripateticum; quorum ille, Epicharmum Comicum, in decem collegit tomos: iste vero Aristoteles, & Theophrasti libros, in tractatus distribuit, proprias suppositiones in idem conducens. Ita & ego. Ex quo loco apparet Andronicum ita distribuisse horum philosophorum libros, & proprias suppositiones, & materias, in idem conduceret, scilicet (vt ego quidem intelligo) Logicos omnes in tomum vnum, Physicos in alterum, Morales in tertium & reliquos itidem. Sic enim Porphyrius Andronici exemplum secutus, Plotini libros in Eneadas distribuit vt in vnam quamque, cognatas tractationes congereret. Quod & ipse attrestatus est eo loco, & re ipsa conspicitur. Sed hæc Andronici distributio, ad nos non peruenit, neq; ab vllo Aristotelicorum interpretum perscripta nobis est. nisi forte sit ea quàm Ammonius, & Simplicius prædicamentorum prolegomenis tradiderint. Verba Ammonij non ascribam ob nimiam prolixitatem; sententiam vero breuiter referam. Quòd Aristote-

lis

lis libri fuerint alii particulares, vt Epistolę; alij vniuersales, vt Physica. alij medij, vt Politia & Historia animalium. Rursus omnium horum, alii fuerint Hypomnematici, alii Syntagmatici. Illorum alios fuisse ait vnius speciei, quotcunque de vno Theoremate scripsit. Alios varios, quotcunque de pluribus. Syntagmaticorum vero, alios ex propria persona fuisse, & Acroamaticos, Dialogicos, & Exotericos. Illorum rursus alios Theoreticos & contemplatiuos. vt Physicos, Mathematicos, Theologicos. Alios practicos, veluti Ethicos, Oeconomicos, Politicos. Alios denique Organicos, veluti eos qui ante methodum; deque ipsa methodo essent, & de iis quæ ad methodum conferrent. Hęc itaque est Ammonij, Aristotelicorum librorum partitio. Quàm eius auditor Simplicius, loco citato, ad vnguem est secutus; præter paucula quedam. Inter quæ est quod adiicit ex Alexandri sententia Hypomnematicos libros, fuisse ab Aristotele conscriptos, ad propriam memoriam, quos postea maiore labore perficeret. Atque ideo non esse studio digna, neque ex eis Philosophi dogmata confirmari, sensisseque Alexandrum, confuse eos neque ad vnum Scopum, scriptos fuisse. Sub hos igitur indices, si volles, poteris tibi Aristotelis libros omnes conferre, tum eos qui extant, tum Laertianos, tum etiam eos, quos ex diuersis authoribus, nos in secundum harum discusionum librum tibi contulimus. Quem laborem totum, quia nullius tibi vsus feret, non est necesse huc conferre: Satis erit, si libros eos qui ad nostram ætatem peruenerint, in commodiores, vt mihi videtur, classes, tibi distribuero. Plerique omnes, qui hanc rem scriptis tractarunt, non plures quàm quatuor librorum Aristotelicorum ordines constituerunt; Logicos scilicet, Physicos, Metaphysicos, & Morales. Qui vero libri his non continerentur, extra ordinem esse sunt arbitrari. Nos vero alios ordines constituimus, dicimusque octo eorum librorum ordines, seu genera esse omnia. Logicum, videlicet, De Ente, De sapientia Mathematicum, Naturale, Medicum, Morale, Artificiale. Eaque genera octo ita sese ordine consequi, vt modo sunt a nobis nominata. Logicisque ordinis esse librum Periherminias, Analytica de syllogismo. Demostratiua Analytica, Topica, Elenchos. Ordinis vero, De Ente esse, eum qui est tertius Metaphysicorum, quartus. Categoriæ, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus. Ad sapientiam pertinere libros primum Metaphysices, idest, maius A. secundum, decimum, vndecimum, duodecimum, & tertiumdecimum, eosque qui contra Xenophanem, & Zenonem, & Gorgiam, inscribuntur ad Mathematicum, pertinet liber solum de lineis indiuisibilibus problemata 15. & 19. sectionum. Ad physicum libri quinque de principiis, scilicet, primus Physicus, & is qui hactenus fuit A minus Metaphysicorum 2. Physicus 3. & 4. Tres de motu quintus, scilicet qui fuit auscultationis Physicę sextus, & octauus. Libri de Coelo, & reliqui satis noti, & problematum sectiones omnes hæ. 11.12.13.14. 16.17.20.22.23.24.25. 26.31. Ad Medicum vero ordinem pertinent problematum sectiones hę.1.2.3.4.5.6.7. 8.9. Post quas, sequi aio librum Physiognomicum: deinde ordinem Moralem, cuius sunt Ethica, Oeconomica, Politica, Poetica, & Rhetorica, & problematum sectiones 18. 27. 28. 29. vltimo loco Artificialium genus, in quo sunt mechanica. Esse autem tot ordines si dubites, poterit a me probari, quòd neminem putem dubitare posse, factionē qualem Mechanicus docet liber, a locutione esse diuersam, quam tradunt libri

Poeticorum & Rhetoricorum. quas locutiones inter ciuiles actiones recte annumerare debemus. Nemo enim est antiquorum Rhetorum, qui oratorum orationes non vocet λόγους πολιτικοὺς Sermones ciuiles. quod etiã Plato, quod Aristoteles ipse non semel; quod Anaximenes, quod omnes reliqui sunt secuti. Quinimo Rhetoricam artem ait Aristoteles subire figuram Polituces sic scribẽs primo Rhetorico. cap. 2. ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν, οἷον παραφυές τι, τῆς διαλεκτικῆς εἶ), καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν· διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική. Itaque accidit Rhetoricam, veluti germen quoddam esse dialectices; & eius tractationis, quæ est de affectibus; quàm iustum est vocare Politicam; quare etiam subit sub figuram polituces ipsa Rhetorica. Quod autem etiam Poetica pars quædam vel germen sit Polituces, clarum est ex octauo Polituces libro, quo puerorum institutio tractatur, ostenditurque ad eam rem Musicam maxime, vel conferre vel nocere. Musices autem pars proculdubio Poetica est. Namque ipsius sunt proprii τὰ μέλη cantius, qui Musicæ pars est. Quod 8. Politicorum, cap. vltimo. testatur his verbis. ἐπειδὴ τὴν μὲν μουσικὴν ὁρῶμεν διὰ μελοποιΐας καὶ ῥυθμῶν οὖσαν, τούτων δ᾽ ἑκάτερον οὐ δεῖ λεληθέναι τινὰ ἔχει δύναμιν πρὸς παιδείαν, καὶ πότερον προαιρετέον μᾶλλον τὴν εὐμελῆ μουσικὴν, ἢ τὴν εὔρυθμον. Postequam Musicam videmus per melopœiam esse, & rhythmos; horum autem vtrunque non oportet ignorare, quàm facultatem habeat ad educationem; & vtrum præeligenda sit musica ea quæ boni sit cantus, aut quæ boni rhythmi. Et paulo post. ἐπεὶ δὲ τὴν διαίρεσιν ἀποδεχόμεθα τῶν μελῶν, ὡς διαιροῦσί τινες τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ μὲν ἠθικὰ τὰ δὲ πρακτικὰ, τὰ δ᾽ ἐνθουσιαστικὰ τιθέντες. Quandoquidem recipimus diuisionem cantuum, quemadmodum diuidunt quidam, in philosophia, vt alij sint Ethici, alij Practici, alij vero Enthusiastici. Sed id maxime confirmant verba hæc capitis eiusdem. φαμὲν δὲ οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν, καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν, καὶ καθάρσεως, τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δὲ ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον. Dicimus vero non vnius vtilitatis causa oportere musica vti, sed etiam plurium gratia. Etenim educationis causa, & purgationis. Quid autem dicamus purgationem, nunc quidem simpliciter, rursus vero dicemus clarius in libris de Poetica. Manifestum est igitur, ad Politicam pertinere, puerorum educationem; ad hanc vero facere musicam; huius partem esse cantum; hanc vero poeticam esse; quæ etiam ad purgationem animi faciat: quod musices itidem pars quædam est, & vtilitas. Cumque his duobus Poetica ad Musicam nectatur; illa vero ad educationem faciat puerorum, hæc Polituces pars sit, Poetica omnino ad Politicam pertinebit. Atque ideo de purgatione tractaturum si policetur in libris de Poetica, quæ ea ratione politicos sequi debent. Ac propterea recte ex Aristotelis sententia dicemus Poeticam quoque ὑποδύεσθαι subire Politicam vt ipse de Rhetorica dixit. Quæ quamquam dicatur esse ἀντίστροφος, ὁμοίωμα, παραφυές, conuertibilis, similitudo, germen dialectices, ea ratione dictum idest, quatenus enthymemate vtitur, qui syllogismus est, De syllogismo autem tractare Dialectices munus aut totius, aut partis eius alicuius est, vt ipse primo capite primi libri scripsit. Qua ratione forte persuasus Galenus, Rhetoricam videtur inter Logicos libros posuisse non semel in libris de Placitis Hippocr. & Platonis, inter quæ hæc sunt verba libro 2. ἀλλ᾽ ὃν ἐξ ἀρχῆς τὸ προκείμενον ἐν τούτῳ τῷ γράμματι, τὰς τέτταρας διαφορὰς ἐπιδεῖξαι τῶν λημμάτων, ἐκάλει δὲ

ἐκάλει δὲ

ἐκάλουν δὲ τὸ μὲν πρῶτον γένος αὐτῶν, ἐπιστημονικόν τε καὶ ἀποδεικτικόν. τὸ δὲ δεύτερον γυμναστικὸν, καὶ ὡς ὁ Ἀριστοτέλης ὀνομάσειε, διαλεκτικόν. τὸ δὲ τρίτον πιθανόν τε καὶ ῥητορικὸν. τὸ τε τέταρτον σοφιστικὸν. Sed fuit á principio, propositum in hoc scripto, quatuor differentias ostendere lemmatum. Vocabam autem primũ quidem genus, scientificum, & demonstratiuum. Secundum vero, Gymnasticum, & vt Aristoteles vocaret dialecticum; Tertium vero, persuasibile & Rhetoricum. Quartum autem sophisticum. Quæ quidem opinio Galeni propria est, non tamen Aristotelis; qui quatenus ad enthymemata ait quidem similitudinem ac germen Rhetoricam esse ipsius dialectices. Quod vnum tantum (de tribus) probationum genus est. Reliqua duo, qu ad mores ac affectus attinentę, ad politicem pertinere ipse asserũt, eamq; ὑποδύεσθαι subire non dialectices figuram, sed politices affirmauit. Quare nos quoq; Aristotelicos libros, ex Aristotelis voluntate ac sententia, ordinare iustum est. Ideoque Rhetoricos & Poeticos libros sub Politico ordine collocabimus. Hinc vero comprehendere ciuilia instituta, & domestica, & etiam moralem disciplinam nemo est qui iure ambigere possit. Nam educatio puerorum ad ciuilem spectat: hęc autem non nisi ad animos ciuium virtutibus formandos facit: itaque & id ad ciuilem spectat, vt etiam ipse loco superius ex Rhetorica citato manifestum fecit; quando docuit probationes, ex moribus, & affectibus desumptas Politicum genus subire. Hoc vero genus, a Medico genere proculdubio distat: cũ illud animos, hoc corpus curet. Hoc itidem a Physico genere differre clarum est. Nam ipse, primo cap. libri de Sensu testatus est, physicum principia tantũ sanitatis & morbi considerare, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. Physici vero, & circa sanitatem & morbum prima videre principia. Medici autem, a primis principiis reliqua. Differt etiam Physicum genus a Mathematico. Ea enim distinxit ipse; 6, Metaph. 1. capite. ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ περὶ ἀχώριστα μὲν ἀλλ᾽ οὐκ ἀκίνητα. τῆς δὲ μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν, οὐ χωριστὰ δ᾽ ἴσως, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ὕλῃ. Physica namque circa inseparabilia quidem, sed immobilia. Sed mathematices, quædam circa immobilia, sed forte non separata, sed vt in materia. Quod, quid & quomodo esset, lib. 2. de Natura ca. 2. expressit clarius. μετὰ τοῦτο θεωρητέον τίνι διαφέρει ὁ μαθηματικὸς τοῦ φυσικοῦ, καὶ γὰρ ἐπίπεδα καὶ στερεὰ ἔχει τὰ φυσικὰ σώματα, καὶ μήκη καὶ στιγμὰς, περὶ ὧν σκοπεῖ ὁ μαθηματικός. Post hæc speculandũ, qua re diferat mathematicus a Physico; etenim superficies & solida, habent naturalia corpora, & longitudines, & puncta, de quibus considerat mathematicus. Et paulo post περὶ τούτων μὲν οὖν πραγματεύεται καὶ ὁ μαθηματικὸς, ἀλλ᾽ οὐχ ᾗ φυσικοῦ σώματος πέρας ἕκαστον, οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖ ᾗ τοιούτοις οὖσι συμβέβηκε, διὸ καὶ χωρίζει. χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει, τῆς κινήσεώς ἐστι. καὶ οὐδὲν διαφέρει οὐδὲ γίνεται ψεῦδος χωριζόντων. De his ergo tractat, & Mathematicus, sed non quatenus, naturalis corporis terminus quodque est, neque accidentia considerat, quatenus eis talia cum sint, accidunt: ac propterea separant. Separabilia namque cogitatione, a motu sunt. Nec quicquam differt, neque falsum fit, separantibus. Itaque recte dicimus; Mathematicum a Naturali differt Theologus. Nam is quidem separatas, atque immobiles substantias contemplatur. Hanc enim tertiam contemplatricem scientiam constituit ipse, eodem libro sexto Metaphysicorum. Sub his verbis. ἡ δὲ πρώτη, περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. Prima vero circa separabilia, & immobilia. ὥστε τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματικὴ, φυσικὴ, θεολογική.

Itaque tres erunt Philosophiæ contemplatrices. Mathematica, Physica, Theologica. Cum hac eandem esse, eam quæ ens quatenus ens contemplatur, ipse statim testatur; εἰ μὲν οὖν μὴ ἐστί τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκείας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. εἰ δὲ ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη, καὶ καθόλου, οὕτως ὅτι πρώτη. καὶ περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὄν. Si igitur non est aliqua alia substantia præter eas quæ natura constant; Physica esset prima scientia. Si vero est quædam substantia immobilis ipsa prior, & philosophia prima, & vniuersalis, ita quòd prima. Et de ente, vti ens huius est contemplari &, quid est, & inexistentia vniuersaliter vti ens. Quę quidem sententia, quod scilicet scientia de ente, eadem sit cum ea quæ primas, & separatas, & immobiles substantias contemplatur, magnas in se habere videtur difficultates. Quas priusquam dissoluam, annotandum est, quid Nicolaus Damascenus Peripateticus, ipso Aristotele vel Theophrasto vt postea apparebit, non multo minor; ac Plutarchus Cheroneus, grauissimus & ipse, & doctissimus author, de Metaphysicis libris iudicarunt. Nicolaus igitur, qui Augusto Cæsari fuit charissimus, forteque Andronicum Rhodium audiuit, Metaphysicorum librorum ordinem improbauit. Quod Auerrois testatur, procemio decimi libri ex Alexandro vti reliqua eius procemij, eo testimonio desumpto. Eius verba sunt. Ex his igitur dictis patet quid nam contineat vnusquisque liber huius scientiæ, ex libris qui Aristoteli adscribuntur. Et quòd procedunt ordine peroptimo, & quòd nihil in eis contingit præter ordinem, quemadmodum inuenimus Nicolaum Damascenum esse opinatum in libro suo; propterea quòd ipse declarauit, vt opinatus est, hanc scientiam debere doceri, præstantiori ordine. Plutarchus vero, Nicolao non longe inferior, de his ipsis libris in Alexandro, hæc verba scripsit, ἀλλ᾽ ὡς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία, πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν οὐδὲν ἔχουσα χρήσιμον, ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ᾽ ἀρχῆς γέγραπται. Vere enim metaphysica tractatio ad doctrinam & disciplinam nihil habens vtile, præmonstratio iam eruditis, a principio est perscripta. Cur autem nihil ad doctrinam vtile eam habere vir tantus iudicauerint in causa, vt ego existimo, fuit, horum librorum confusio, quam Nicolaus vidit & reprehendit. confusio inquam duarum harum scientiarum, de Ente, ac de Primis substantiis. Vel potius trium scientiarum de Principiis substantiarum, de Principiis scientiarum ac de Ente. Neque enim Alexandri; seu Auerrois ordo, me satis persuadet; nec satis valide Nicolai sententia redarguitur. Neque etiam cum librorum horum connexione, quæ nulla est concordat. Neque vero cum id dico, in Aristotelem sum blasphemus. Quem puto libros hos cum multis aliis a se non satis reuisos, nec castigatos, Theophrasto emendandos reliquisse. Qui suæ potius, quàm præceptoris gloriæ studens, eos neque reuidit, neque emisit sed Neleo moriēs reliquit. Vel si Aristoteles eis manum vltimam admouit, Apelliconis eos tū arrogantia, tum inscitia corrupit. Sed confusionē hanc alius erit cōmostrandi locus. satis est nūc cōmemorare, primis capitibus Aristoteli propositū fuisse, de Sapiētia tractare. Quæ circa principia prima versatur quod ipse manifeste his verbis expressit οὗ δ᾽ ἕνεκα νῦν ποιούμεθα τὸν λόγον τοῦτ᾽ ἐστίν. ὅτι τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν, περὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες. Cuius vero gratia in præsentia sermonem facimus, idest, quod eam scientiam quæ sapientia vocatur, circa primas causas & principia omnes existimant. Et paulo post.

ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περὶ τινὰς αἰτίας, καὶ ἀρχάς ἐστιν ἐπιστήμη, δῆλον. Quod quidem sapientia circa quasdam causas, & principia scientia sit, clarum est. Quod autem hanc scientiam nunc & propositum quærere, statim his verbis declarat ἐπεὶ δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν, τοῦτ' ἂν εἴη σκεπτέον ἡ περὶ αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχάς ἐπιστήμη, σοφία ἐστίν. Cum ergo hanc scientiam quæramus id erit considerandum, circa quales causas, & circa qualia principia, scientia, Sapientia sit. Et rursus cap. eodem. ἐξ ἁπάντων οὖν τῶν εἰρημένων ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην πίπτει τὸ ζητούμενον ὄνομα. δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικήν. Ex omnibus ergo dictis, in hanc scientiam cadit, nomen quod quęrimus. Oportet enim hanc, primorum principiorum & causarum, esse contemplatricem. Inter quas causas Deum esse ait; ὅ τε γὰρ θεὸς δοκεῖ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις. Deus etenim videtur causa esse omnibus & principium quoddam. & initio 3. capitis ἐπεὶ δὲ φανερὸν, ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτιῶν δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην. Posteaquàm clarum est quod a principio causarum, oportet capere scientiam. Ex quibus omnibus locis, procul omni dubio patet, propositum Aristoteli fuisse pręsente tractatione, scientiam quęrere, quę sapientia nominatur. Eamque esse eam, quæ principiorum & causarum est scientia, non qualiumcumque, sed primarum & quę sunt a principio, è quarum numero Deus est. Atque ideo eam 5. lib. Theologiam appellauit; dixitque esse substantiarum separatarum & immobilium; quę idem cum primis illis principiis & causis sunt. Quod etiam libro 10. cap. 6. disseruit dum ait de tribus contemplatiuis scientiis disputatur, περὶ τὸ χωριστὸν ἄρα ὂν καὶ ἀκίνητον, ἑτέρα τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἐπιστημῶν ἐστί τις, εἴπερ ὑπάρχει τις οὐσία τοιαύτη, λέγω δὲ χωριστὴ, καὶ ἀκίνητος, ὅπερ πειρασόμεθα δεικνύναι, καὶ εἴπερ ἐστί τις τοιαύτη φύσις ἐν τοῖς οὖσιν, ἐνταῦθα ἂν εἴη που καὶ τὸ θεῖον καὶ αὕτη ἂν εἴη πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. δῆλον τοίνυν ὅτι τρία γένη τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν ἐστὶ, φυσικὴ, μαθηματικὴ, θεολογική. Circa separatum igitur ens, & immobile, alia ab vtrisque scientiis, est quędam; si quidem existit talis aliqua, substantia. Dico vero, separata & immobilis, quod tractabimus demonstrare. Et si sit talis aliqua natura in entibus: ibi erit etiam diuinum, & ipsum erit primum, & principalissimum principium. Clarum itaque est, tria genera contemplatiuarum scientiarum esse; Physicã, Mathemalicam, Theologicã. Hanc autem esse pręstantissimam quia pręstantissimum subiectum habeat. Quod sic expressit. βέλτιστον μὲν οὖν τὸ τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν γένος. τούτων δ' αὐτῶν ἡ τελευταία λεχθεῖσα, περὶ τὸ τιμιώτερον γάρ ἐστι τῶν ὄντων: βελτίων δὲ καὶ χείρων ἑκάστη λέγεται, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐπιστητόν. Optimum ergo est, contemplatricium scientiarum genus. Harum vero ipsarum, quæ vltima est dicta. Quia est circa pręstantissimum entium. melior vero & peior quęque dicitur, secundum proprium scibile. Itaque diximus propositum horum librorum a principio fuisse, sapientiam tradere. Eam vero esse scientiam principiorum, & causarum primarum. Idest separatarum, & immobilium causarum. In quibus est τὸ θεῖον diuinum, quod prestantissimum omnium entium est, ac ideo hęc scientia omnium pręstantissimę est, vocaturque Theologia, quia diuinum τὸ θεῖον, & τὸν θεὸν Deum contemplatur. Qui autem Deum, τὸ θεῖον & pręstantissimum entium, omnia entia nequaquam dicit; sed aliquid entium; scilicet id, quod inter entia, atq; in entium numero, & prestantissimum. Hoc est entium partem pręstantissimam & primam. Quę principium & causa aliorum omnium entium est. Atq; qui ens, vt ens tractat, aliam quam hanc rem tractat. Nam qui ens, vti ens di-

est, tum primas & præstantissimas substantias, tum naturales & sensibiles; tum etiam mathematicas quantitates; & reliqua omnia, reliquis prædicamentis comprehensa, complectitur. Longe ergo aliud est, ens vti ens, à principio primo; Namq; illud, omnia entia, omnium entiũ genera cõprehendit; hoc vero genus aliquod entium est. potestq; dici de hac principiorum scientia, quod ipse dixit de medicina & gymnastica & aliis ἑκάστη γὰρ τούτων περιγραψαμένη τι γένος αὐτῇ, περὶ τοῦτο πραγματεύεται ὡς ὑπάρχον καὶ ὄν. οὐχ ᾗ δὲ ὄν. ἀλλ' ἑτέρα τις αὕτη παρὰ ταύτας τὰς ἐπιστήμας ἐστὶν ἐπιστήμη. Vnaquæque enim harum circumscribens vnum aliquod genus sibi, circa id tractat, vt existens, & ens: non vero quatenus ens; sed alia quædam hæc est scientia, ab aliis his scientiis. Quæ sententia est libro 10. cap. 6. Quo eodem capite, de mathematicis inquit. τῶν μὲν γὰρ μαθηματικῶν ἑκάστη περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον ἐστίν, ἡ δὲ καθόλου, κοινὴ περὶ πάντων. Mathematicarum enim quæque circa vnum quoddam genus determinatum sunt, vniuersalis vero communis circa omnes. Itaque sunt scientiæ quæ vnum genus determinatum tractant; est etiam vna vniuersalis scientia quæ omnia entia, & ens vti ens pertractat: hanc autem ab illis diuersam esse. Quod itidem principio Γ. ἐστὶν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. αὕτη δ' ἐστὶν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή. οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν. ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμόμεναι, θεωροῦσι περὶ τοῦ τὸ τὸ συμβεβηκός. οἷον αἱ μαθηματικαὶ τῶν ἐπιστημῶν. Est scientia quædam quæ contemplatur ens vt ens. et ea quæ huic per se insunt. Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est. Nulla namque aliarum considerat vniuersaliter de ente vt ens. Sed partem eius aliquam secantes contemplantur circa eã, quod illi accidit. Veluti mathematicæ Scientiæ. Hanc eandem sententiam, principio quinti repetit his verbis. αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων, δῆλον δὲ ὅτι ᾗ ὄντα. ἔστι γάρ τι αἴτιον ὑγιείας καὶ εὐεξίας, καὶ τῶν μαθηματικῶν εἰσὶν ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα, καὶ αἴτια. καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ἐπιστήμη διανοητική, ἢ καὶ μετέχουσα διανοίας, περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν, ἢ ἀκριβεστέρας ἢ ἁπλουστέρας. ἀλλὰ πᾶσαι αὗται περὶ ἕν τι, καὶ γένος τι περιγραψάμεναι περὶ τοῦτο πραγματεύονται, ἀλλ' οὐχὶ περὶ ὄντος ἁπλῶς, οὐδὲ ᾗ ὄν. Principia & causę quæruntur entium, clarum autem quod vti entia. Est enim quędam causa sanitatis, & bonę habitudinis, & Mathematicarum sunt principia, & Elementa, & causæ, & omnino omnis scientia cogitatiua, aut cogitationis particeps, circa causas est & principia, vel exactiora, vel simpliciora. Sed omnes hę circa vnum quid; & genus quodam circumscribentes, circa id versantur, sed non circa ens simpliciter, neque vti ens. Quod autem Theologia entis partem sibi secat, ac genus vnum sibi circumscribit, de eoque agit, ipse hoc eodem cap. asseruit ἡ δὲ πρώτη περὶ χωριστὰ, καὶ ἀκίνητα. Prima vero circa separata & immobilia, quod itidem 10. lib. cap. 6. superius attulimus. Quòd si hęc Aristotelis sententia est, atque ea scientia, quę prima, Theologia, & Sapientia nominatur vnum entis genus circumscribens, vnam entis partem sibi secat, principia scilicet prima, et causas primas entium, quę immobiles & separatę sunt: cur nam subiunxit huiusce eiusdem etiam esse de Ente vti ens tractare, quę est vniuersalis illius munus quę vniuersum ens considerat, & est omnibus entibus communis. Neque enim cum superiore sententia id concordat cum diceretur eam separatas & immobiles substantias considerare, quę una entis pars sunt. cum hęc totum & uniuersum ens consideret. Illa primarum separatarum, immobilium substantiarum sit. hęc uero ens uti ens contemplatur

quid-

quid sit, & quæ illi per se insunt, vt principio 3. scripsit. & 10. cap. 2. τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει καὶ περὶ τὸ ὄν. τὰ γὰρ τούτῳ συμβεβηκότα καθ' ὅσον ἐστὶν ὄν, καὶ τὰς ἐναντιώσεις αὐτοῦ ᾗ ὄν, οὐκ ἄλλης ἐπιστήμης ἢ φιλοσοφίας θεωρῆσαι: Hunc ad modum habet & circa ens; etenim ea quæ huic accidunt, inquātum ens, & contrarietates ipsius vti ens, nullius alterius scientiæ est contemplari quàm Philosophiæ. Quod quidem subcontrarium videtur illi sententiæ quam eodem cap. quinti libri subintulit εἰ μὲν οὖν μὴ ἐστί τις ἑτέρα οὐσία παρὰ τὰς φύσει συνεστηκυίας, ἡ φυσικὴ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη. εἰ δ' ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ φιλοσοφία πρώτη. Si igitur non est alia substantia præter eas, quæ natura constant, Physica erit prima scientia, Si vero est quædam substantia immobilis, ipsa prior est, & Philosophia prima. Ea scilicet quæ de illa tractat. Sed hanc rem non est difficile soluere. vt ex eius sententia dicamus. Primam Philosophiam esse hanc quæ de primis substantiis agit, quæ etiam Theologia & Sapientia ab eo est appellata. At ea quæ ens, eiusque accidentia atque contrarietates considerat simplici nomine ac sine vlla vel primæ vel secundæ adiectione, philosophia nominetur, quod post hac nos obseruabimus. Hæ autem sunt & subiectis generibus, & eorum passionibus longæ distinctæ, nisi tu ens hoc loco intelligas, Platonico, Parmenidio, & Pythagorico more; ens scilicet id esse quod reuera sit, ideas, substantias immateriales, immobiles, immutabiles. Sed hunc sensum Aristoteles vbique respuit, ensq; id dicit esse, quod omnibus prædicamentis est commune. Ex qua sententia longe aliud efficitur ens, a substantiis illis. Ideoque longe aliud genus subiicitur huic primæ Philosophiæ, atque illi Philosophiæ quæ ens vti ens agitat. Ac proinde non recte, non consonanter subiiciuntur quinti libri, eodem cap. hęc verba, καὶ καθόλου οὕτως πρώτη, καὶ περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὂν ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα καθόλου ᾗ ὂν & vniuersaliter sic prima, & de ente vti ens, huius est contemplari, & quid est, & quæ insunt vniuersaliter vti ens. Quæ verba libro 10. c. 6. vbi eandem scientiárum diuisionem tractat, eisq; generum subiectorum, omnino reticuit, eorumque sententiam ommisit. Quare, si Aristoteli obtemperemus, qui libris demonstratiuis prohibuit trāsitum de genere in genus; credamusque eum hosce libros integre emendatos Theophrasto reliquisse; hanc particulam quinti libri, qua eidem illi scientiæ quæ de primis substantiis agit; considerationem entis vti ens tribuit, superfluam esse necesse est. Atque ab Apelliconte, vel Tyrannione, vel librariis inductam credendum. A quibus Strato, Aristotelicos libros corruptos, erroribusque repletos, fuisse narrauit. Hunc itaque solum locum, prætereuntes, confusionem hanc Aristotele indignam tollamus, distinguamusque duas has, & generibus, generumque propriis passionibus, differentes sciencias; dicamus quem alteram vniuersalissimam esse scientiam de Ente, philosophiamq; vocari: alterā vero scientiam de principiis esse, quam Sapientiam, seu de separatis substantiis & primis, Theologiam, & primam Philosophiam, ipse vocauit. Hanc ab eo traditam esse asserimus lib. 1. & 2. 10. 11. 12. & 13. eorum qui Metaphysici hactenus sunt appellati. Nam postquàm duobus primis capitibus proposuit se de sapientia dictu rum, eiusq; conditiones ac qualitates descripsit 3. caput incipiens sic ait. ἐπεὶ δὲ φανερὸν ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην. Posteaquàm clarum est, quod causarum primarum oporteat scientiam capere; prosequitur toto libro inquisitionem earum causarum, examinans antiquorum opiniones. Minus autem Alpha, cum principio suo ad finem primi non cohæreat, fineq; suo de natura agere.

proponat, de qua 2. lib. nihil omnino agatur, recta vtiq; ratione ex numero horũ librorum eiicietur: videturq; post primum Physicum collocandus. Secundi vero de Sapientia initium aptissime cũ fine primi cõiungitur. nam finis secundi sic habet. ὅσα δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν· τάχα γὰρ ἐξ αὐτῶν εὐπορήσαιμέν τι, πρὸς τὰς ὕστερον ἀπορίας. Quecunque vero de his ipsis dubitaret quispiam recurramus iterum. Forte enim ex ipsis aquiremus aliquid, quod faciat ad posteriora dubia. initium vero secundi ἀνάγκη πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην ἐπιστήμην ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. Necesse est ad quæsitam scientiam inuadere nos primum, circa quæ dubitare oportet prius: quo toto libro nihil aliud agit quam quæstiones nectere decem & octo. quas postea non prius, quã 10. libro soluere aggreditur cuius initiũ, recte cũ fine secundi connectit. Sic enim habet huius finis. εἰ μὲν οὖν καθόλου αἱ ἀρχαί, ταῦτα συμβαίνει, εἰ δὲ μὴ καθόλου, ἀλλ' ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, οὐκ ἔσονται ἐπιστηταί. καθόλου γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι πάντων· ὥστε ἔσονται ἀρχαὶ ἕτεραι, πρότεραι τῶν ἀρχῶν, καθόλου κατηγορούμεναι, ἄνπερ μέλλῃ ἔσεσθαι αὐτῶν ἐπιστήμη. Si ergo vniuersalia sint principia, hæc accidunt: Si vero non vniuersalia, sed vt singularia, non erunt scibilia. Quoniam Scientiæ omnium vniuersales. Itaq; erunt principia alia, priora, de principiis vniuersaliter prædicantia si futura sit eorum Scientia. Initium autem decimi tale est. ὅτι μὲν ἡ σοφία περὶ ἀρχὰς ἐπιστήμη τίς ἐστι, δῆλον ἐκ τῶν πρώτων. Quòd quidem sapientia sit circa principia, Scientia quędam: clarum est ex primis. Et statim propositas eo libro dubitationes, resumit prosequiturq; eodem fere ordine: & solutiones cuique eorum accommodat. 11. vero libro περὶ δὲ τῆς οὐσίας ἡ θεωρία. τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητοῦνται. De substantia autem, est contemplatio, substantiarum namque principia, & causæ quęruntur. quarum nam substantiarum; materialium scilicet atque sensibilium. Deus enim omnium causa est: vt ipse 2. cap. primi libri asseruit. Vt recte concludatur, cum qui prima principia inquirat, Deum inquirere; hic enim omnium primus est: est enim principium, & causa, aliarum substantiarum separatarum. Hæ cœlorum sunt principia. Cœli elementorum, elementa mixtorum omnium. Qui vero substantiarum principia inquirit, entium quoque quærit principia. omniumque extantium rerũ. Nam entia omnia decem prædicamentis cõtinentur. quorum fundamentum, & principium substantia est. Quod ipse & 3. initio & ex tibi & alibi sæpe affirmauit, vti etiam initio quinti. αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων. Principia & causæ quæruntur entium. Quod vero adiicit δῆλον δὲ ὅτι ᾗ ὄντα, manifestum vero quatenus entia, etiamsi difficultatem nostræ sententiæ adferre videatur, attamen si cum initio tertii conferatur, plana omnia efficientur. Scribit enim ibi διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. τὸ δ' ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς, ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν. Propterea & nobis entis vt ens primas causas est accipiendũ. Ens autem dicitur quidem multipliciter; sed ad vnum, & vnam aliquam naturam. Et cum dixisset id vnum substantiam esse, ad quam omnia alia entia referrentur, subiungit hæc. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι ᾗ ὄντα. πανταχοῦ δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται καὶ δι' ὃ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτο ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον. Manifestum ergo, quod entia vt entia, vnius est speculari. Vbiq; autem principaliter Scientia est primi, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Si igitur, idest substantia, substantiarum principia & causas oportebit habere philosophum. Ex quo loco, tum

etiam

etiam aliis clarum esse videtur; tantundem esse, entis vt ens habere scientiam, vel principia eius & causas inquirere, ac si substantias quis dicat scientiam habere, eiusque causas quærere, & principia. Si vero hunc ad modum intelligatur. Pythagorico & Parmenidio more ens intelligemus. Entiaque contemplari vt entia, nihil aliud erit quàm substantias separatas & intelligibiles causas, nostratium harum substantiarum speculari. Eademque erit entis contemplatio, cum sapientia, atq; Theologia. Quòd si entis vt ens, Scientiam, intelligamus, pro scientia entis vniuersalissimi, omnibus entibus communi, proculdubio ab illa longe erit diuersa, ab eaque tantum differet, quantum totum a parte, commune, a proprio differunt, ac id quod de re vniuersa tractat, ab ea, quod de vna re aliqua. Talis entis scientiam comprehensam, & tractatam ab Aristotele dicimus, libris 3.4.5.6.7.8. & 9. & præterea libro Prædicamentorum. Sed inter hanc tractationem multa quæ ad Logicã pertinẽt cum inseruisse asserimus, vt libri quarti cap.7. & 8. libri 6. cap.4.5.10.11.12.13 15.17. Libri item 7. cap.6. Et libri 8. cap.12. & libri 9. cap.6.10.11.12. Quæ capita omnia proculdubio logici sunt generis, etiamsi his libris confuse interposita sint. Quam ob causam proculdubio Nicolaus non dubitauit, hos libros confusos appellare, debereq; eorum doctrinam meliori ordine doceri asseruit. Quos nos itidem non dubitabimus, in tres scientias distinguere. nam capita modo citata, Logica sine vllo dubio sunt. Reliqua eorum librorum ad entis scientiam pertinent; Sex vero reliquis libris ad Sapientiam referuntur. Itaque vt tandem post multam quæstionem, ad propositam initio nobis rem, regrediamur, Aristotelicos libros octo superius enumeratis generibus distingui indubitanter asserimus: etiamsi Marinus Neapolites referat in Proclo, Magnum Synianum, Proclum instituisse in quinque Aristotelicorum librorũ generibus, Logico, Ethico, Politico, Physico, Theologico ordine quo ea recensemus. Sed nos octo genera esse asserimus, eaque genera hoc ordine cohere debere affirmamus. Vt Logicus ordo antesignanus oĩbus sit, sequatur, Scientia de Ente seu Philosophia tertio loco Sapientia, postquam Mathematica, post hæc naturalis Philosophia, huic succedat medicina, hanc sequatur ciuilis Philosophia eiusq; partes: postremo omnium loco, effectricium artium scientia collocetur, libro Mechanico cõprehensa. Atq; hoc eodem ordine Problemata, quia (etiamsi ea Aristotelica non esse putemus) leuis quędam sunt philosophia, distribuantur. Logicam autem omnes anteire, non erit difficile probatu, quam Aristoteles ipse id præcepit 3. Metap. ca. 3. his verbis. ὅσα δ' ἐγχειροῦσι τῶν λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὃν τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. δεῖ γὰρ περὶ τούτων ἥκειν προεπισταμένους ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν. Quæcumq; vero intentant decentium aliqui veritatem quomodo oporteat, suscipere, ob inscitiam analyticorum id faciunt. Oportet enim hæc præscientes accedere, non autem audientes quærere. Est enim omnibus hominibus natura innata. Neque enim est aliud Logica, quàm λόγου, idest rationis vsus. quæ omnis in coniunctione & disiunctione terminorum, propositionum, argumentationum, methodorum, ordinũ versatur. Logica autem, hæc omnia, doctrina quadam est complexa. neq; aliud quicquam docet quàm rationis hosce discursus; variis propositionum, inductionum, exemplorum, enthymematum, syllogismorum demonstratiuorum, probabilium, apparentium, methodorum, diuisionum, deffinitionum nominibus appellatos. Neq; vlla est res, aut scientia, de qua nos vel cogitamus, vel differimus vel scribimus, quæ hi-

sue rationis actibus & instrumentis non vtatur. Estque omnino omnibus scientiis communis, vniuersalissima. Quia etiam vniuersalitatis ratione, omnes alias scientias antecedere debet. Ipsamq; adeo vniuersalissimam entis scientiam. quæ ens vniuersalissimum quidem contemplatur, sed contemplationis, idest rationis instrumentis & indiget & vtitur. Neque vllam de Ente considerationem habere potest, nisi hæc rõnis instrumenta adhibeat. Itaq; Logici libri præcedunt. Sequunturq; qui de Ente tractant. Ens enim vniuersalissimum est. Vniuersaliora autem ex Aristotelis doctrina etiam priora sunt, quod ipse 1. Posteriorum tradidit his verbis. λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον. ἔστι δὲ πορρωτάτω μὲν τὰ καθόλου μάλιστα. Dico vero ad nos priora & notiora, quę sunt sensui viciniora. Simpliciter vero priora & notiora quæ longius sunt. Longissimi vero sunt, maxime vniuersalia. & multis aliis præterea locis. Post ens eadem itidem ratione tractatio principiorum vniuersalissimorum consequetur. Sunt enim principia hęc, ente uniuersalia minus, ideoq; illo posteriora; quatenus vero, aliis entis partibus causæ sunt vt sint, illas præcedunt; eo modo scilicet quo principia & causæ ea præcedunt, quæ ex ipsis procedunt. Mathematicum vero genus, ipse tum 5. Metaph. tum etiam 11. medium inter Theologicum & Physicum collocauit; vtpote qui res cum physico quidem communes considerat; sed mentis tamen, a physicis & rebus & passionibus, abstractione: atque huic abstractarum substantiarum considerationi similes habet considerationes. Hunc ergo sequitur physicus. Physicum Medicus, dicente ipso initio libri de Sensu, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. Physici vero, & de sanitate & morbo, prima videre principia, & quæ deinceps sequuntur verba. Nullum tamen huius generis retinemus librũ. Medicus vero, temperamenta humani corporis inter præcipua considerat; ab his vero; animi mores pendent: proinde post medicum ordinem qui corporis curam gerit, is ordo sequi debet qui animi mores curat & instituit: qui ciuilis dicitur. Cuius partem philologicum esse supra ostendimus, qui sermoni vacat curando atque efficiendo. post quem is ordo sequetur, qui manibus efficere aliquid docet. In quo genere mechanicorum librum habemus solummodo.

ARISTOTELICORVM LIBRORVM IN SINGVLIS GENERIBVS DISTRIBVTIQ.

LIBER NONVS.



ENERA Aristotelicorum librorum superiore libro tibi Zacharia ingeniosissime, exposuimus, eorumque seriem & consecutionem ostendimus Aristotelicam: præsente animus est commonstrare, quo ordine in singulis generibus, singuli cuiusque generis libri sint disponendi. Non enim hæc minima est, inter Aristotelicorum interpretum controuersias. Namque Adrastus ex antiquorũ expositorũ numero clarissimi nominis, a Categoriis in Logico genere incipiens, post eas Topicos libros statuit; qđ Simplicius testatur his verbis, quæ sunt in prolegomenis Categoriarum. ἐπειδὴ οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ὁ μετὰ τὰς κατηγορίας εὐθὺς τὰ τοπικὰ τάξας βιβλία, ἀλλ' Ἄδραστος ὁ Ἀφροδισιεὺς ἀνὴρ τῶν γνησίων περιπατητικῶν γεγονώς, ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας μετὰ τὴν τῶν κατηγοριῶν βίβλον τὰ τοπικὰ βούλεται τετάχθαι. Quandoquidem non de plebe is vir est, qui post Categorias statim posuit libros Topicos, sed Adrastus Aphrodisieus, vir è germanis Peripateticis in libro de ordine Aristotelicæ Philosophiæ, post Categoriarum librum, Topica vult poni. Atque ideo, ijsdem prolegomenis ait, à quibusdam Categorias inscriptas fuisse, πρὸ τῶν τοπικῶν. ante Topica. καὶ γάρ οἱ μὲν πρὸ τῶν τοπικῶν, ἐπέγραψαν τὸ βιβλίον. Etenim alij quidem ante Topica librum inscripserunt. Adrastum hunc innuens. Qui autem hunc ordinem, in Logicis libris instituerit, vt prædicamenta prima essent quod omnibus interpretibus placuit; post liber de interpretatione deinde Analytica de syllogismo, postea de Demonstratione, deinde Topica, postremo Elenchi, sequerentur incertus sanè author est. Quem tamen ordinem & nos parte aliqua probamus, dicimusque plus dimidia parte Aristotelicum esse; scilicet vt antecedant Analytica de syllogismo, sequantur reliqua de Demonstratione, Topica, Elenchi. huncq; Aristoteli propositum fuisse ordinem, primo capite Analyticorum dicimus. Cum ait πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί, καὶ τίνος ἡ σκέψις, ὅτι περὶ ἀπόδειξιν, καὶ ἐπιστήμης ἀποδεικτικῆς. Primum dicere de quo & cuius, sit consideratio, quòd de Demonstratione, & de demonstratiua Scientia. Et paulo post. τί μὲν οὖν πρότασις, καὶ τίνι διαφέρει συλλογιστικὴ, καὶ ἀποδεικτικὴ, καὶ διαλεκτικὴ δὲ ἀκριβείας μὲν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται. Quid igitur propositio, & quo differunt, syllogistica, & demonstratiua, & dialectica, exacte quidem in sequentibus dicetur. In quibus verbis, primam syllogisticam posuit, deinde demonstratiuam, postea Topicam. vt innueret quo etiam ordine libri qui de his propositionibus tractant, constitui deberent. Apertissime autem cap. 2. pri-

ni Analytici ait prius de ſyllogiſmo, poſtea de Demonſtratione agendum. ὕστερον δὲ λεκτέον περὶ ἀποδείξεως. πρότερον γὰρ περὶ συλλογισμοῦ λεκτέον, ἢ περὶ ἀποδείξεως, διὰ τὸ καθόλου μᾶλλον εἶναι τὸν συλλογισμόν. Poſtea vero dicendum de Demonſtratione. Prius enim de ſyllogiſmo dicendum quàm de demonſtratione, quia vniuerſale magis eſt ſyllogiſmus. deinde 2. cap. Elenchorum clare oſtendit, qui libri Apodicticos ſequantur his verbis. περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν, ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς εἴρηται, περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον, περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν καὶ ἐριστικῶν, νῦν λέγομεν. De didaſcalicis quidem & demonſtratiuis in Analyticis dictum eſt. De dialecticis vero, & tentatiuis in his quæ prius. (ſcilicet ante hos) de certatiuis vero, & contentioſis nunc dicamus, ſcilicet hoc Elenchorum libro. Quibus verbis, tum etiam rationibus multis ab interpretibus allatis hic ordo aeneus eſto. Liber vero de interpretatione, etiamſi ab interpretibus, Latinis, Arabibus, Græcis pro Ariſtotelico recipiatur, atque etiam a Galeno, pro Ariſtotelico commentariis ſit expoſitus; placet tamen nobis Andronici opinio, qui eum de Ariſtotelicorum numero eiecit. Cur autem id placeat rōnes ſuperiorum librorum tertio ex poſuimus. Quòd ſi eum retinere volueris, poterit Analyticis anteponi, vel vt Ariſtotelicus vel vt alienus, quemadmodum & Porphyrij Iſagoge Ariſtotelis organicis libris omnibus anteponitur. Categorias autem ponere inter Logicos libros, negamus ex Ariſtotelis doctrina poſſe omnino fieri. Sed dicimus inter libros de Entis ſcientia collocandas. Eſt enim Entis ſcientia quædam, quod Ariſtoteles libris de Philoſophia teſtatur ſæpe. veluti ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν. Eſt quædam ſcientia, quę ſpeculatur ens vt ens. Hanc autem a Logica differre neminem puto ambigere poſſe, ſi intelligat aliud eſſe inſtrumentum, a ſcientia, vel arte, cuius inſtrumentum eſt. Ideoque tractationem de propoſitionibus, de ſyllogiſmis ex propoſitionibus conſtitutis, eorumque ſpeciebus. deque methodis, vel inueſtigandæ, vel oſtendendæ, in ſcientiis omnibus veritatis, vitandæque falſitatis; atque de modis probabiliter in iis differendi longe differre aſſerimus, a rebus ipſis, quas his inſtrumentis tractamus. Logica enim vti diximus, propoſitiones, ſyllogiſmos, eiusque ſpecies tractat; diuiſiones, compoſitiones, analyſes, ac deffinitiones circa quæ δεῖ ἥκειν προπεπαιδευμένους, ἀλλ' μὴ ἀκούοντας ζητεῖν. Oportet accedere inſtructos antea, ſed non quærere tunc cum audiunt. Quòd ipſe primo Sapientiæ admonuit cap. 3. Entis vero ſcientia, ens ipſum vniuerſale, & quatenus ens conſiderat, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. Et quæ huic inſunt per ſe. Hæc autem ſunt, vnumplura, idem, alterum, ſimile, diſſimile, æquale, inęquale; ſtatus, motus: prius, poſterius; genus, ſpecies; totum, partes: actus, potentia, diſpoſitio, habitus, priuatio: oppoſita, contraria; principium, cauſa, elementum, natura, neceſſarium, vt plurimum, per accidens, ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, actio, paſſio, vbi, quando, ſitus, habere, perfectum, terminus, ſimul, ſecundum quod, ex quo, mancum, falſum, verum, accidens, axiomata ſcientiarum. Hæc enim omnia, quæ non ſine diligentia per libros de Philoſophia ſparſa a me collecta ſunt, voluit eſſe, τὰ ἴδια, τὰ καθ' αὑτὸ ὑπάρχοντα τῷ ὄντι ᾗ ὄν. propria, & per ſe inexiſtentia enti vt ens. quę procul omni dubio, differunt ab iis, quæ Logica pertractat. Quòd ſi liber Categoriarum, reuera genera entis, & quaſdam entis proprietates tradit, ſine vlla dubitationē, de Logica eſt eximendus, atque inter libros de Ente reponendus. Recteque antiquiores

quiores quosdam puto ei titulum scripsisse περὶ γενῶν τοῦ ὄντος de generibus entis, vt Simplicius testatur. Nam cum ens ipsum diuidit, cum substantiam in suas species partitur, proprietatesque omnes assignat: idemque prosequitur, in Categoriis quantitatis, qualitatis, ad aliquid; non nomina, non conceptus mentis, diuidit, aut assignat, sed res ipsas perse; etiamsi (quod fuit multorum erroris causa) verbo λέγεται dicitur & τῶν λεγομένων eorum quæ dicuntur, vsus aliquoties sit, cum de synonimis, homonymis, paronymis loqueretur. Quæ si argumentum faciant, eum de vocibus agere. non faciunt eum etiam de conceptibus agere. Nam conceptus ipsi οὐ λέγουσι non dicunt. Quin etiam quia verbo ἐστὶ est, vsus est cum de rebus ipsis loqueretur, argumentum erit eum non de vocibus sed de rebus egisse. Ait enim τῶν ὄντων, τὰ μὲν καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δ' οὐδενί ἐστιν. Entium, alia quidem de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto vero nullo sunt. Et rursus οὐσία δ' ἐστὶ. substantia est. sic etiam τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μὲν ἐστὶ διωρισμένον, τὸ δὲ συνεχές. Quanti aliud est discretum, aliud continuum. Ac forte si quis omnes has voces ἐστὶ, λέγεται, est, dicitur, omnibus his capitibus obseruet, plura, est, inuiet quàm, dicitur. Sed id quomodocunque fit, nihil ad rem facit: facit sanè plena tractatio substantię, quantitatis, qualitatis, relationis, actionis, passionis, vt ostendat eum de rebus ipsis, non autem de vocibus, aut conceptibus egisse. nisi quis dicat 3. lib. Metaphysico, eum de vocibus etiam tractasse. Ibi enim vtitur etiam verbo hoc λέγεται. τὸ δὲ ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς. Ens quidem dicitur multipliciter. Et rursus. οὕτω δὲ καὶ τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς μὲν, ἀλλὰ πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. Sic vero est ens dicitur multipliciter quidem, sed omne ad vnum principium τὰ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαι, ὄντα λέγεται. alia quidem, quod substantię, entia dicuntur. ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων. vel eorum quæ ad substantiam dicuntur. Et multa alia præter hæc loca, in quibus hoc vel verbo vel nomine est vsus, reperientur; non tamen verum est eum hoc libro de vocibus egisse. Cum ergo de Ente vt Ens tractare, non sit tractare de vocibus: ens autem diuidatur in substantiam, quantitatem, qualitatem, cætera. Sic enim Philosophiæ 2. cap. 7. καθ' αὑτὸ δὲ λέγεται (τὸ ὂν) ὅσαπερ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας. Ens per se dicitur, quotcunque significant figurę Categorię. Eas figuras sic enumerat ἐπεὶ οὖν τῶν κατηγορουμένων, τὰ μὲν τί ἐστι σημαίνει, τὰ δὲ ποιόν, τὰ δὲ ποσόν, τὰ δὲ πρός τι, τὰ δὲ ποιεῖν ἢ πάσχειν, τὰ δὲ πού, τὰ δὲ ποτέ, ἑκάστῳ τούτων τὸ εἶναι ταὐτὸ σημαίνει. Quando igitur, eorum quæ prædicantur, alia quidem quid est significant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia agere, & pati, alia vbi, alia quando, singulo horum esse idem significat. necessario est dicendum librum Categoriarum qui de his plenam tractationem continet, non de vocibus esse; sed de rebus quoniam & hic, vbi ens ipsum distinguitur, verba, λέγεται, κατηγορούμενον, σημαίνει dicitur, prædicatorum, significant, quæ vocum sunt, inserta sunt. Neque est ideo dicendum, hic Aristotelem de uocibus egisse. Itaque librum Categoriarum cum de rebus tractet, entis scilicet generibus; secure de Logico genere eximemus; quod non ens, non eius genera continet, sed instrumenta, quibus ens, entisque genera & species dispiciuntur. Si uero ex Logico genere, eum librum eximimus, quo nam loco reponemus? inter eos scilicet qui entis, uti ens & eorum quæ illi perse insunt, considerationem profitentur. Sunt autem ex iis qui Metaphysici hactenus nuncupati sunt, is qui Latinis quartus Grę cis tertius fuit, & qui eum sequitur, vsque ad decimum; uidelicet is ipse tertius,

quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus. Quos nos post hac, de Philosophia, Aristotelico scilicet nomine appellabimus, quibus pro octauo hunc ipsum prædicamentorum librum adnumerabimus. Vel si diligentius hęc Aristotelis verba obseruabimus, quæ sunt primo quem diximus de Ente. cap. 2. (ὥστε δὴ πολλαχῶς διῄρηται τὸ ὂν ἕκαστον, οὕτως ἀπόδοτέον πρὸς τὸ πρῶτον ἐν ἑκάστῃ πῶς πρὸς ἐκεῖνο λέγεται. Itaque diuiso, quotupliciter vnumquodque dicitur, sic reddendum est ad primum in vnoquoque prædicamento, quo modo ad illud dicatur) videbit hic liber tertio loco collocādus, post diuisiões scilicet singulorum quę secundo libro tractata sunt. Prius enim singula sunt distinguenda quotupliciter scilicet ens, & substantia, & quantitas, & qualitas dicatur, (quod sane 2. libro fecit,) postea videndum quomodo ad primum vniuscuiusque prædicamenti, scilicet ad substantiam, quantitatem & reliqua, singula quę sub primo sunt referuntur: quod hoc libro prædicamentorum est executus. Itaque vt aliquis ordo continuatur, quem tamen Aristoteles, minime his libris curasse videtur; puto tertio loco reponendū, vt tertius de Ente vel Philosophię inscribatur. Non autem Categoriarum, quandoquidem hæc inscriptio Aristotelica non est, sed a quibusdam vt testatur Simplicius, loco supra citato posita, καὶ γὰρ οἱ μὲν πρὸ τῶν τοπικῶν ἐπέγραψαν τὸ βιβλίον. οἱ δὲ περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος ἄλλοι δὲ περὶ τῶν δέκα γενῶν, ἄλλοι δὲ κατηγορίαι δέκα, ἄλλοι δὲ κατηγορίαι ὥσπερ καὶ νῦν φέρεται. Etenim alii ante Topica librum inscripserunt, alij de generibus entis, alij de decem generibus, alij Categorię decem, alij Categorię, vt nunc fertur. Quibus verbis satis clare apparet hunc titulum non Aristotelis, sed aliorum quorundam interpretum esse. Sumpta scilicet occasione, a nomine Categorię quod his libris de Philosophia fere trigesies est insertum, nunquam tamen Categoriarum liber, vel his libris vel aliis est appellatus. Reiectis igitur omnibus his titulis, qui Aristotelis non sunt, tertio loco philosophiæ hunc librum reponentes, tertium de Philosophia post hac nominabimus. In parte secundi libri, omnia ea capita, quæ post prędicamenta nominata sunt reiiciendo: quia sint quorundam multiplicium distinctiones, quas & Ammonius, & Simplicius, testantur ab interpretibus quibusdam antiquis, non pertinere ad prędicamentorum negotium, iudicatum esse. Vt ergo horum librorum ordinem integrum constituamus, primus de philosophia liber esto is cuius initium est ἔστιν ἐπιστήμη τις, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν. Est Scientia quędam quæ contemplatur ens vt ens. Secundus esto is, qui eum sequitur multipliciter dicta distinguens; cuius pars sint ea capita quæ post prędicamenta nuncupata sunt; etiamsi aliqua, vt caput de priori, & de habere, duplicia euadant. Tertius locetur is qui categoriarum hactenus fuit. quem reliqua quinque sequantur, quo ordine non satis sanè ordinato, sunt constituti. Atque hoc librorum genus, post Logici generis libros sequetur, rationibus ijs quas superiore volumine adduximus. Hos deinde sequētur libri de Sapientia, vel Theologia vel prima Philosophia: quàmquàm ne confundantur hæc duo genera vti Aristoteles semel tantum confudit, abstinendum est hoc nomine de philosophia, nisi de prima adijciamus. Quæ quidem ideo prima, dicta est ab Aristotele, quia primas & æternas substantias contemplatur. illa vero, alia ratione prima appellata est, quatenus scilicet prima scientia est, quia ens contemplatur; quòd ratione vniuersalitatis, omnium primum est. Sed nos vti diximus, ambiguitatem nominum vitantes, libros Scientiæ de Ente Philosophiam nuncupabimus. Hos vero de primis substantiis & principiis, libros

bros Sapientiæ, vel Theologiæ appellabimus. Quos dicimus statim libros Philosophiæ sequi debere. Quorum primus sit is, qui primus Metaphysicus fuit. Secundus qui dubitationes varias nectit. Tertius qui Græcis, Decimus, Latinis, Vndecimus fuit, Quartus is, qui eum proxime sequitur, Quintus & Sextus, qui duo vltimi fuerunt. Eximimus autem ex hoc ordine eum, qui minor A Græcis est inscriptus: quia, scilicet in fine proponit se de natura velle differere. quod huius negotii non est, sed ad naturalem philosophiam pertinet. Quo autem loco sit collocandus postea apparebit. Hos libros, de Sapientia, sequantur tres alii, huiusce met generis, scilicet ij qui contra Xenophanem, contra Zenonem, & contra Gorgiam scripti sunt. Hoc scilicet ordine quo sunt a me nominati quia Xenophanes Parmenidis præceptor, Parmenides autem Zenonis fuit; Gorgias vero Zenone etiam iunior est. Post libros de Sapientia sequerentur omnes mathematici, si qui superessent. In quo genere: non nisi vnum, temporum iniuria nobis reliquit; eumque tandem vix recognitum a Paraphrasi Georgij Pachymerij, quę eius loco, in Græcis Aristotelis codicibus omnibus, adhuc est impressa. Est tamen seorsum impressus legitimus liber de Lineis insecabilibus. Post Mathematicum genus, generis naturalis, non minus quàm quinquaginta & duo libri sequentur; in quibus Aristotelis ingenium, maxime enituit. De quorum ordine, maxima semper fuit inter Peripateticos omnes controuersia. Quam rem, propositum est hoc loco, quàm diligentissime discutere: non equidem interpretum, qui nimis multi sunt, opiniones, & argumenta recensendo, aut reprobando; sed quod nam Aristotelis fuerit propositum, demonstrando. Ac sanè vt nemo fere est qui, Physicos libros octo præcedere non affirmet: consequi quatuor de Cœlo; post vero sequi, duos de Generatione & corruptione; quibus proxime iungantur Meteorologici, non concedat; atque in hac re omnes ad vnum concordes esse videantur, sic ab his, maxima inter omnes fuit semper dissensio. Namque Simplicius procemio Physicorum, post Meteorologicos, disponit libros de Metallis si superessent; de Historia animalium, de Generatione ac de Partibus. Post hos librum de Incessu, de Somno, & alios: vltimo loco, libros de Plantis. Philoponus vero procemio librorum de Generatione & Corruptione, longe aliter. Nam post Meteoros, ponit libros de Animalibus multiplices. Post hos libros de Plantis, de Metallis & quartum Meteorum. Procemio vero Physicorum longe, etiam a se ipso differt. Nam post Meteoros, hoc ordine disponit Metallicos, de Plantis, de Animalium Historia, de Generatione, de Partibus, de Motu eorum, de Somno, de Vita & morte & postremo libros de Anima. Atque hęc est, inter Græcos qui ad nos peruenerunt discordia. Inter duos Arabas Auicennam & Auerroem non minor est, cum neuter cum altero, vel cum Grecis concordet. Auicenna post Meteorologicos, Metallicos statuit, post hos libros de Anima Auerrois vero post Metallicos, libros de Plantis ordinat quos sequi ait, Animalium historiam, quam subsequantur libri de Partibus, & de Anima. Latinorum autem interprętum, cum Græcos illos non vidissent, pars illi Arabi, pars huic adhesit. Franciscus autem Caballus, qui inter primos, Aristotelicæ Philosophię professores, Græcos interpretes in Scholis nominauit, & est secutus, duos libros de ordine Physicorum Aristotelis librorum conscripsit. Visusque est sibi Aristotelis sententiam penitus perspexisse. Atque ex eius mente ita collocat, vt post Meteoros primo loco Historiam Animaliũ locet, quam sequantur libri

T

de Partibus, post libellum de Ingressu, quem de partibus ad motum vtilibus vti nos appellat: post hunc, libros de Anima, ac deinde libellos de Sensu, de Memoria, de Somno, de Animalium motu. de Animalium generatione, de Vitę longitudine, de Iuuentute & Senectute; de Respiratione, de Vita & Morte, ac postremo de Sanitate & morbo. Libros vero de Plantis, quia adhuc non exierant, nullo ordine locauit; quos tamen, in reliquis omnibus eum secutus, M. Antonius Ianua quem nos aliquot annis audiuimus, post omnes de Animalibus collocauit. In hac tot sententiarum tam magna confusione, quam etiã librariorum licentia suo quodam ordine Aristotelis libros imprimentium adauget non alius quàm Aristoteles, met. ipse idoneus accesserit iudex. Qui etiam litium istarum causa fuit. Ac prius remedia ex eo tentemus afferre, quàm morbi causam horreamus. Testimonia ergo ex ipsius libris (quod superiorum nemo satis plenè fecit) adducenda nobis sunt. et quàm fieri potest accuratissime expendenda. Id ante omnia admonentes Physicorum librorum ordinem quattuor locis esse interruptum, quæ loca suis locis indicabimus. Primo itaque loco eum locamus librum, qui Physicorum primus est. Secundo loco, eum qui Metaphysicorũ minus A. a Græcis fuit appellatus. Quę sentẽtia quàmquàm noua sit, non est tamen ab Aristotele aliena. Nam fine illius primi πάλιν ἄλλην ἀρχὴν ἀρξάμενοι, λέγωμεν. Rursus aliud principium incipientes dicamus, non difficulter principium minoris A. cohęret. ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥαδία. Veritatis contemplatio, partim ardua, partim facilis. Nam reuera hoc aliud quodam principium, idest vniuersalius est. Atque aptissimum, quod subiungatur tantis, & tot antiquorum de principiorum veritate controuersiis. Quibus illa verba aptissime coniunguntur. τ ὶν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν περὶ τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων. παρὰ γὰρ ἐνίων παρειλήφαμεν τινὰς δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτους αἴτιοι γεγόνασιν. Eodem modo, & eorum qui de veritate pronunciauerunt. Nam ab aliquibus, accepimus quasdam opiniones, alij vero causa fuerunt quod hi extiterint. Quod vero 2. cap. causarum infinitas non admittatur, apte iungitur discussionibus pręcedentibus de causis & principiis. quod etiamsi disputationi in primo Sapientię habitę de principiis & causis, accommodari possit: quia de iisdem rebus tractat, attamen fine primi Physici, vbi aliud principium vocatur, magis adaptatur, quàm fine primi Sapientiæ, quo dubia proponuntur discutienda; quod sequenti libro optime iungitur. Finis vero istius A. minoris, modum Physicę contemplationis considerat, non esse eum scilicet exactum, vt Mathematicus, quia semper materiam habeat adiunctam: ac ideo primum ait considerandum esse quid sit natura quia inde clarum fiet circa quid naturalis scientia sit, quod his verbis expressit τὴν δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν, οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην. διόπερ οὐ φυσικὸς ὁ τρόπος, ἅπασα γὰρ ἴσως ἡ φύσις ἔχει ὕλην. διὸ σκεπτέον πρῶτον τί ἐστιν ἡ φύσις. οὕτω γὰρ καὶ περὶ τινὸς ἡ φυσικὴ δῆλον ἔσται. Exactam vero illam Mathematicam rationem, non in omnibus expetere debemus. Sed in iis quæ materiam non habent. Quapropter modus non est naturalis. Forte enim omnis natura materiam habet. ac ideo inspiciendum est prius quid est natura. Sic enim & circa quid Physica sit, erit manifestum. Verba vero illa. καὶ εἰ μιᾶς ἐπιστήμης, ἢ πλειόνων τὰ αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς θεωρῆσαι ἐστί. atque si vnius Scientiæ vel plurium, causas & principia contemplari est. etiamsi ad Physicam vel nihil, vel parum pertinere uideantur; maxime tamen pertinent ad eum librum qui secundus

 dus

dus Physicorum hactenus fuit, in quo, & quid sit natura, & quomodo naturalia, à Mathematicis differant, & quot & quales causæ sint pertractatur. voluisseque videtur Aristoteles; quod filius eius patrem secutus primo Ethico ca. 3. fecit, vt moralem doctrinæ modum non Mathematicum esse ostenderet, in Physicæ doctrinę ferè vestibulo, id ipsum in Physicis esse adnotare; toto scilicet minoris A. tertio capite. ac pro modo subiecti, auditorumque rationes & comprobationes esse afferendas. Itaque procul omni cunctatione minus hoc A. pro secundo Physico est collocandus vti integer liber, non vero vti procemium secundi, quod & Sadoletus Cardinalis: & Ioannes Franciscus Beatus sunt arbitrari. Hunc tertio loco sequatur is qui secundus ad hæc vsque tempora est habitus. quarto loco qui tertius, quinto vero qui quartus fuit. Atque hi quinque Physici, Aristotelico nomine appellabuntur. Quintum vero qua ratione antiquiores quidã, interpretes & cũ iis Simplicius inter Physicos potius quàm inter libros de motu locarint, sanè non video, cum nil aliud hoc libro contineatur, quàm tres de motu considerationes; scilicet vt Simplicius idem ait prima de partibus subiectis motui. Secunda quomodo motus sit vnus, genere, specie, numero. Postremo quo pacto motus, motui opponitur, & quies quieti. Quapropter hunc librum, si alium quemquam, quod & Porphyrium ait Simplicius sensisse, inter libros de motu collocabimus, & primo quidem loco. Secundo loco qui proxime eum sexto loco sequebatur. Tertio vero non is qui septimus fuit, sed qui octauus est habitus. Nam optime videtur fini sexti coherere, vbi cum conclusisset motum non esse infinitum ita vt terminis careret, proponit inquirendum an tempore possit esse infinitus; vnus scilicet, non autem eo modo, quo post localem sequatur alteratio, & augmentatio has consequatur generatio; Sic enim multi motus sunt non vnus. Sed si quis tempore infinitus sit, is procul dubio circularis est. Sic.n. eo fine scriptũ est ὅτι μὲν οὖν οὕτως οὐκ ἐστὶν ἄπειρος, ὥστε μὴ διωρίσθαι πέρασι φανερὸν. ἀλλ' εἰ οὕτως ἐνδέχεται, ὥστε τῷ χρόνῳ εἶναι ἄπειρον τὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ μίαν σκεπτέον. μὴ μιᾶς γὰρ γινομένης οὐδὲν ἴσως κωλύει. οἷον εἰ μετὰ τὴν φορὰν ἀλλοίωσις εἴη καὶ μετὰ τὴν ἀλλοίωσιν αὔξησις καὶ πάλιν γένεσις. οὕτως γὰρ ἀεὶ μὲν ἐστὶν τῷ χρόνῳ κίνησις, ἀλλ' οὐ μία, διὰ τὸ μὴ εἶναι μίαν ἐξ ἁπασῶν. ὥστε δ' εἰ γίνεσθαι μίαν, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρον εἶναι τῷ χρόνῳ πλὴν μιᾶς. αὕτη δ' ἐστὶ μία, ἡ κύκλῳ φορά. Quòd igitur, non hoc modo sit infinitus, vt non finiatur terminis, clarum. Sed si ita queat, vt tempore sit infinitus idem existens & vnus, inspiciendum, nam si vnus non sit, nil forte prohibet, veluti si post lationem alteratio sit, & post alterationem, accretio, & rursus generatio. Sic enim semper qui aggreditur quidem erit tempore motus, sed non vnus, quia vnus non sit ex omnibus. Ita vt nisi vnus fiat non potest infinitus esse tempore, nisi vnus. Hic autem vnus est circularis latio. Cui recte coheret inquisitio principio octaui proposita; an is motus, factus aliquãdo fuerit & quæ sequuntur multa Theoremata ad huius motus infinitatem temporaneam & æternitatem pertinentia. At septimo libro omnia ab hac consideratione aliena, cum nil aliud in eo discutiatur vt Simplicius est testis, quàm quatuor problemata, hæc scilicet. Quidquid mouetur ab aliquo mouetur. Quæcunque mouentur loco, reducuntur ad primum motum. Quòd motor omnis simul est, cum eo quod mouetur. Postremo quo pacto, & qui motus inter se sint comparandi. Neque scio qua ratione paulo ante dixerit idem Simplicius, quòd eædem quæstiones, & earum demonstrationes atque eodem ordine habeantur, in hoc, quæ etiam octauo

habentur. Cum octauo nullum illorum quattuor problematum, præter primú, neque id eodem ordine tractetur. Quapropter Eudemi Aristotelis auditoris, cuius testimonio in Aristotelis libris legitimis inueniendis vsi sumus, minime inualidiori testimonio, etiam in reprobandis vtamur. Enim testatur Simplicius, hunc librum omnino ommisisse cum alia omnia reliquis cōtéta prosecutus esset. Cuius authoritati assensit Alexander Aphrodisieus, aliique antiquiores interpretes: Quibus etiam accessit Themistius maiori eius libri parte. Quorum omnium iudicio, & auctoritati, non est Simplicij vnius authoritas præferenda. Itaque cum de hoc numero eijciemus, ac loco tertio de motu eum qui octauus Physicæ auscultationis fuit, statuemus. Quinque illi Physici vel de natura, vel etiam de principiis vti etiam antea admonuimus appellabuntur. Hi vero tres de motu. Post quos interpretes omnes, sequi eos qui de Cœlo dicuntur, concordes asserunt. neque absque ratione. Nam cum de principiis naturalium rerum, earumque communibus accidentibus egisset, his libris ipsis met naturales res aggreditur, quæ res corpora & corporea sunt, corporeum autem prima simplicia sunt: inter quæ, cœli & excellentia & virtute primum tenent locum. Atque ideo duobus primis libris, de cœlo, deque cœli partibus & passionibus agit: duobus vero sequentibus de Elementis quæ post Cœlū simplicia etiam corpora sunt; ideoque de Elementis, non amplius de Cœlo sunt appellādi. quorū prior est ille qui incipit. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ καὶ τῶν μερῶν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ φαινομένων ἄστρων, ἐκ τίνων τε συνέστηκε, καὶ ὁποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὅτι ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα διεληλύθαμεν πρότερον. De primo quidem Cœlo, & partibus & præterea de astris in eo apparentibus, ex quibus constent, & qualia sint natura. Et etiam quod ingenita & incorruptibilia sint explicauimus prius. Et paulo post, hæc. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται, καὶ ποῖον τι τὴν φύσιν, καὶ ὅτι ἄφθαρτον, καὶ ἀγένητον. λοιπὸν δὲ περὶ τοῖν δυοῖν εἰπεῖν. De primo quidem Elementorum dictum est, & quale natura sit, & quòd incorruptibile, & ingenitum. Reliquum est de duobus reliquis dicere. Duo appellans nostratia hæc elementa, ob motus duos quibus sursum & deorsum mouentur. Quod autem post hos sequantur libri de Generatione, & Corruptione clare indicant verba quæ subiungit, ἅμα δὲ συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι. Simul verò accidet de his dicentes, etiam de Generatione, & Corruptione inspicere. Quod idem fine secundi apparet. Ait enim περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων διωρίσθω τοῦτον ἡμῖν τὸν τρόπον de graui igitur & leui, (quæ duo elementa vocauerat initio) & iis quę circa illa accidunt, determinatum nobis sit hoc modo & initio librorum de Generatione. περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γιγνομένων, καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων τάς τε αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν. De Generatione vero, & Corruptione eorum, quæ natura generantur & corrūpuntur similiter circa omnia, causæ sunt distinguendæ & eorum rationes. Quòd vero ad hos iungantur Meteorologici ex initio ipsorum clarum fit, in quo quęcunque hactenus peregit, commemorat; περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως, καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς, ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω φορὰν κεκοσμημένων ἄστρων, καὶ περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν, πόσα τε καὶ ποῖα, καὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς, εἴρηται πρότερον. De primis quidem causis naturæ (quod quinque Physicis fecit) & de omni motu naturali (quod tribus de motu) atque etiā de astris in superiore latione ornatis (quod

duobus de Cœlo) & de Elementis corporalibus (quot & qualia & de eorum transmutatione) quòd duobus de Elementis (& de Generatione, & Corruptione communi, dictum est prius). Omnibus scilicet libris quos commemorauimus. Post quæ omnia proponit quæ sibi sint exequenda vsq; ad finem propositæ de Naturali philosophia methodi. Atque vt eo ordine quo præcedentia tractauit, repetijt, ita rationi consentaneum est eum, eo ordine, sequentia quoque proponere, quo ordine agere in animo habuerat: sic autem proponit. Se de Meteoris acturum, quæ longiore Sermone quot & qualia sint enumerat, postea subdit: διελθόντες δὲ περὶ τούτων θεωρήσωμεν, εἴ τι δυνάμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον περὶ ζώων καὶ φυτῶν καθόλου τε καὶ χωρὶς. σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων, τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης. De his ergo pertractantes, contemplabimur si quid dicere poterimus secundum prænarratum modú, de Animalibus, & de Plantis, vniuersaliter & separatim. Propè etenim his dictis, finem habebimus totius nostri a principio propositi. Quibus vltimis verbis, magnopere est aduertendum, eum propositum habuisse de tota rerum natura tractare; quod sibi putat absolutum fore, postquàm de Animalibus, & Plantis, & vniuersaliter & particularius pertractauerit. Atque hic quidem vniuersalis est reliquorum librorum ordo; Agendum esse de Meteoris, de Animalibus, de Plantis. Particularem vero, explicat hoc eodem loco, ordinem Meteororum. Animalium & plantarú, reticet hic; sed animaliú ordinē libris de Animalibus exponit, plantarum vero vt videtur nullibi. Meteora sic disponit λοιπὸν δὲ τὶ ταύτης τῆς μεθόδου θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότεροι μετεωρολογίαν ἐκάλουν. ταῦτα δ᾽ ἐστὶ ὅσα συμβαίνει κατὰ φύσιν μὲν, ἀτακτοτέραν μέντοι τοῦ πρώτου στοιχείου τῶν σωμάτων περὶ τὸν γειτνιῶντα μάλιστα τόπον τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων, οἷον περί τε γάλακτος, καὶ κομητῶν, καὶ τῶν ἐκπυρουμένων καὶ κινουμένων φασμάτων, ὅσα τε θείημεν ἂν ἀέρος εἶναι κοινὰ πάθη καὶ ὕδατος. ἔτι δὲ γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη καὶ πάθη τῶν μερῶν, ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων, καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν τὰς αἰτίας, καὶ περὶ πάντων τῶν γιγνομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν; τῶν δ᾽ ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον, ἔτι δὲ περὶ κεραυνῶν πτώσεως, καὶ τυφώνων καὶ πρηστήρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. Reliquum autem huius Methodi est adhuc considerandum, quod omnes priores Meteorologiam vocabant. Hæc autem sunt quęcunque accidunt, secundum naturam quidem, inordinatiorem tamen primi Elementi corporum, circa locum maxime propinquum lationi astrorum, vt de lacte, & cometis & ignitis, & motis apparentius, & quæcunque poneremus vtique aeris esse communes passiones & aquæ, adhuc autem terræ quæcunque species & partes, & passiones partium, ex quibus, de ventis, & terræ motibus considerabimus vtique causas, & de omnibus, quæ fiunt secundum motus horum. In quibus hæc quidem dubitamus, hæc autem attingemus quodam modo. Adhuc autem de fulminum casu, & turbinibus & presteribus & alijs circularibus quæcunque propter congelationem accidunt passiones eorumdem horum corporum. Quæ quidem omnia videtur exequi tribus libris sequentibus; etiamsi ordine aliquatenus diuerso quàm proposita fuerunt; atqueq; fines priorum cum principijs sequentium copulantur. Sed vnum ommisisse videtur, tractationem scilicet de terræ speciebus & partibus & cætera, quæ confusius proposita fuerant inter Meteorologicas passiones. ac fortè correctius legeretur, si verba illa in hunc modum disponerentur. ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν τὰς αἰτίας. ἔτι τε περὶ κεραυνῶν πτώσεως καὶ τυφώνων, καὶ πρηστήρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀπο-

ροῦμεν, τὰ δ' ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον, ἔτι δὲ γῆς ὅσα τε εἴδη καὶ μέρη, καὶ πάθη τῶν μερῶν, καὶ περὶ τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. Ex quibus de ventis, & terræ motibus considerabimus vtique causas. Adhuc autem de fulminum causis, turbinibus & presteribus & aliis circularibus, in quibus hæc quidem dubitamus, hæc autem attingimus quodammodo. Adhuc autem terræ quæcunque species, & partes, & passiones partium, & eorum quę propter horum motiones fiunt, & quæ per congelationem accidunt passiones horum ipsorum corporum. Quod autem hæc lectio magis librorum tractatibus respondeat inde apparet, quòd primo libro, id quod primo proposuerat tractat, ordine inuerso de ignitis passionibus, cometis, de lacte, & communibus aquæ & aeris passionibus: secundo deinde libro, non de terræ speciebus vel partibus, vel partium passionibus, sed de ventis, & terræ motibus. Tertio demum de fulminibus, Typhonibus, presteribus, nostræ lectionis ordine. Post quæ agendum erat de terræ speciebus & partibus, & partium passionibus, quod etiam fine libri tertij indicauit. ὅσα μὲν οὖν ἔργα συμβαίνει παρέχεσθαι τὴν ἔκκρισιν ἐν τοῖς τόποις τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν, σχεδὸν ἐστὶ τοσαῦτα. ὅσα δὲ ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ἐγκατακλειομένης τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν, ἀπεργάζεται λεκτέον. Quæcunq; ergo opera accidunt exhiberi ex vapore in locis qui sunt super terram. Omnia siquidem tribus libris tractata, super terram fiunt (ferè sunt tot & talia) quæcunque vero perficiuntur inclusa in terrę partibus, dicendum. quę sanè respondent illis verbis primi, γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη. Terræ quotcunque species & partes. Ait enim hic ἐν τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν. Et paulo post, δύο δὲ καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων τὰ μὲν ὀρυκτὰ, τὰ δὲ μεταλλευτά. In terræ partibus, & due quidem species sunt eorum quę in terra fiunt, alia fossilia, alia metallica. Ex quibus verbis eorumque recto ordine secure affirmare possumus post tres hos libros Meteororum sequi libros fossilium, librum de Lapide, libros de Metallis. Hæc enim sunt terræ species, & partes, & partium passiones quæ in terræ partibus ex inclusa exalatione generantur. de quibus fine hoc libri tertii generaliter quædam tangit, proponit tamen separatim de vno quoque agere. κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν, ἰδίᾳ δὲ ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος. Communiter quidem dictum est de omnibus ipsis. Seorsum vero inspiciendum est aggredientes singula genera. Quorum quidem generum, testatur Laertius eum de Lapide librũ scripsisse. Philoponus autem & Simplicius etiam de Metallis affirmant. Qui libri si vnquam resurgent post tertium Meteororum collocandi erunt. Ita enim & propositio prior & vltima conclusio requirunt, Atque hic, series Naturalium librorum primo loco est interrupta. In quo desunt tractatio Fossilium, Lapidum, & Metallorum. Quem vero Peripatetici omnes Meteororum quartum nominarunt, Meteorus non est. Neque enim materia illi, sicuti tribus aliis, & his quibus caremus, exalatio vel humida, vel sicca est; sed pertinet ad id quod his verbis propositum initio primi fuerat, καὶ περὶ τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τούτων. ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. Et de his quę fiunt secundum motiones horum. Quæcunque per congelationem accidunt passiones, horum ipsorum corporum, scilicet Elementorum. Quorum motiones quid aliud sunt quàm actio & passio ad se inuicem. Ideoque duo actiua, duo passiua esse constituit. Statim initio quarti. ἐπειδὴ τέτταρα διώρισται, αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας, καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν.

τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. Quoniam autem quatuor sunt determinatę causę, horum autem secundum coniugationes, & elementa quatuor accidit esse, quarum duę quidem actiuæ caliditas & frigiditas. duæ autem passiuę siccitas & humiditas. Quarum actiuarum & passiuarum, paulo post ait esse inquirendas operationes. διωρισμένων δὲ τούτων, ληπτέον ἂν εἴη τὰς ἐργασίας αὐτῶν αἷς ἐργάζονται τὰ ποιητικά, καὶ τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη. Determinatis autem his, sumendum vtique erit operationes ipsorum, quibus operantur actiua, & passiuorum species. Quæ quidem verba respondent illis, καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων. Et de omnibus quę fiunt secundum horum motus. Hic enim motus dixit quas ibi ἐργασίας operationes. De motibus ergo & operationibus actiuorum, & passiuorum agendum esse ait. quas quidem enumerat statim. πρῶτον μὲν οὖν καθόλου ἡ ἁπλῆ γένεσις, καὶ ἡ φυσικὴ μεταβολὴ τούτων τῶν δυνάμεων ἐστὶν ἔργον, καὶ ἡ ἀντικειμένη φθορὰ κατὰ φύσιν αὗται μὲν οὖν τοῖς τε φυτοῖς ὑπάρχουσι καὶ ζώοις καὶ μερέσιν αὐτῶν. Primo igitur vniuersaliter, simplex generatio, & naturalis transmutatio harum virtutum est opus. & opposita corruptio secundum naturam. Hæ igitur plantis insunt, & animalibus, & partibus ipsorum. Atque de his quidem Generatione, & Corruptione naturali primo capite huius libri egit, quod fine indicat, τί μὲν οὖν ἐστὶν γένεσις καὶ φθορὰ εἴρηται. Quid ergo est generatio & corruptio dictum est. Post quas dicendum esse ait de reliquis omnibus quæ ab his actiuis & passiuis efficiuntur 2.ca. λοιπὸν δ᾽ εἰπεῖν τὰ ἐχόμενα εἴδη ὅσα αἱ εἰρημέναι δυνάμεις ἐργάζονται ἐξ ὑποκειμένων τῶν φύσει συνεστώτων ἤδη. Reliquum est dicere, sequentes species, quascunque dictæ potentię efficiunt ex subiectis, quę iam natura constant. Easque statim enumerat, actionem caloris, esse concoctionem, & huius species maturationem, elixationem, assationem. frigiditatis vero inconcoctionem huius species cruditatem, inquinationem, tortionem. Atque hę omnes sunt ἐργασίαι operationes quæ κατὰ τὰς κινήσεις secundum motiones Elementorũ fiunt. In quibus explicandis vsus etiam est verbis motum significantibus, ὁρίζουσαι, συμφύουσαι, μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ μή. ὑγραίνουσαι, ξηραίνουσαι, σκληρύνουσαι, μαλάττουσαι, γεννῶσι, ἐργάζονται. Terminantes, conglutinantes, mutantes homogenea & non homogenea, humectantes, siccantes, durantes, mollefacientes, generant, operantur. atque hęc toto capite quarto pertractantur: quę ex motione, & operatione elementalium potentiarum proueniunt tum actiuarum tum passiuarum. Quinto vero incipit ea omnia tractare quæ his verbis illa sequentibus proposuerat ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων. Quæcunque accidunt passiones per congelationem horum ipsorum corporum. ἀνάγκη δὲ σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι τὸ ὁριζόμενον σῶμα οἰκείῳ ὅρῳ. ἢ γὰρ ὑπείκειν ἢ μή· ἔτι πεπηγὸς εἶναι. τούτῳ γὰρ ὁρίζεται. ὥστε ἐπεὶ πᾶν μὲν τὸ ὁρισμένον καὶ συνεστηκὸς, ἢ μαλακὸν, ἢ σκληρὸν, ταῦτα δὲ πήξει ἐστὶν, ἅπαντα ἂν εἴη τὰ σώματα καὶ τὰ σύνθετα καὶ τὰ ὡρισμένα οὐκ ἄνευ πήξεως. πήξεως οὖν πέρι ῥητέον. Necesse vero durum, vel molle esse terminatum corpus proprio termino. Vel enim cedere, vel non. Et pręterea congelatum esse. Hoc enim terminatur. itaque quoniam omne terminatum & constitutum, vel molle, vel durum. Hæc autem congelatione sunt. Omnia erunt corpora, & composita, & terminata, non sine congelatione: de congelatione ergo dicendũ. De qua fuse satis disputat totis capitibus 5.6.7. octauo vero, etiamsi inserat verba hæc, ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς, τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζώοις: καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατα-

ἀπειλημμένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. Ex aqua ergo & terra similiaria corpora consistunt & in plantis, & in animalibus, & metalla, vt aurum & argentum, & quæcunque talia, ex ipsis, & exalatione vtriusque inclusa vt dictum est in aliis. Quę ad aliam rem spectare vidētur pertractatā iam & fine tertii & libris de metallis, attamē ꝓsequit ur iceptū περὶ μὲν οὖν πηκτοῦ καὶ ἀπήκτου, καὶ τηκτοῦ, καὶ ἀτήκτου, εἴρηται μὲν καθόλου πρότερον ὅμως δ' ἐπέλθωμεν καὶ νῦν. De congelabili ergo & incongelabili, & fusili & non fusili dictum est quidem vniuersaliter prius, nihilomiuos pertranseamus & nunc. Eaque prosequitur capitibus integris 9.10.11. Namque dixerat prius omne termiuatum, & constitutum, vel molle, vel durum; ταῦτα δὲ πήξει ἐστί. hęc autem concretione sunt. Itaque quæcunque his capitibus disputantur πήξει ἐστί, concretione sunt. Ex quorum numero sunt etiā τὰ ὁμοιομερῆ similipartia quæ sunt in plantis & animalibus. Hæc enim vel mollia, vel dura sunt, atque πήξει ἐστί, concretione sunt. De quibus ca. 12. proponit dicendum λέγωμεν τί σάρξ καὶ ὀστοῦν, ἢ τῶν ὁμοιομερῶν. Dicamus quid caro, & os vel alia similipartia. Hęc autem esse testatur ex elementis ἐκ μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ. Ex elementis enim similipartia. Quod cap. 8. sic dixerat ἐκ μὲν οὖν ὕδατος, δὲ καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζώοις. Ex aqua vero & terra similipartia corpora consistunt, in plantis & in animalibus. Post quę in fine cap. ait etiam de non similipartibus & aliis agendum: δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτόν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα: His declaratis, similiter non similipartia sunt contemplanda, & postremo ea quæ ex his constant vt homo, planta, & alia talia. quę 8. cap. sic expresserat τούτοις δὲ διαφέρει ὀστοῦν καὶ σάρξ, καὶ νεῦρον, καὶ ξύλον καὶ φλοιὸς καὶ λίθος. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν μὲν, φυσικῶν δὲ σωμάτων. His vero differunt, os, caro, neruus (quę sunt animalium) & lignum, & cortex (quæ sunt arboris) & lapis, & aliorum vnum quodque similipartium quidem, at Physicorum corporum. Quę autem sint ista corpora, enumerauit eodem 8. capite per octo & decem iugationes. εἴπωμεν δὲ πρῶτον τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν. Dicamus vero primū numerum ipsorum. Sunt autem ea quę per potentiam & impotentiam dicuntur, ὅσα κατὰ δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν λέγεται. Quibus tum plātarum, tum lapidum, tum Animalium, tum aliorum omnium similares partes efficiuntur; suntque ea, congelabile & non congelabile, fusile, non fusile, & reliqua eo loco ab eo enumerata. Atque his expositis partium similarium expositionem aggreditur initio vti diximus capitis duodecimi λέγωμεν τί σάρξ ἢ ὀστοῦν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιομερῶν. Dicamus quid cato, vel os, vel alia similipartia de quibus atque aliis quibusdam cum quędam tetigisset, nec tamen perfecisset eorum tractationem, sic in fine capitis & libri concludit, δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον, καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτόν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. His vero declaratis, similiter non simili partia, contemplanda, & postremo ea quæ ex his constant, vt homo planta, & alia talia. Itaque recte dicemus, hunc librum non de Meteoris, vel exalationibus tractare vt tres illi libri, vt liber Metallorum & fossilium. Sed de iis quę per motus actiuos & passiuos elementorum fiunt; & etiam de iis quæ ex his iisdem elementis fiunt per concretionem. atque ideo liber hic non est inter Meteorologicos posthac numerandus. Quod & Alexander Aegęus commentariis suis, quę sub Aphrodisei feruntur est attestatus. Sed cum duas habeat partes, alteram de iis quę per motus Elementorum fiuntquæ capitibus quartuor continetur. alteram

ram vero de iis quæ per concretionem fiunt, quæ octo capitibus est cõprehensa, videretur ex hac maiore libri parte, inscriptio vera desumenda, περὶ τῶν πήξει γινομένων. De iis quæ concretione fiunt. vel περὶ τῶν πηγνυμένων, de concretis. Sed cum elementorum operationes causa sint etiam concretorum, sintq́; ambabus partibus communes, de elementorum operationibus περὶ τ τῶν στοιχείων ἐργασιῶν liber videtur rectius inscribendus, nosque post hac eo nomine vtemur. In cuius calce, cum primo de similipartibus agendum dicat, postea de dissimilipartibus, vltimo de constantibus ex his: clarius luce est, hunc librum sequi debere eum qui de similipartibus agit. Nẽpe libri de partibus animaliũ in quibus similipartia primo, postea etiam dissimilipartia tractantur; Id autem Aristotelis mentem fuisse magis etiam cõfirmatur ex initio ipsius de partibus tractationis, quæ est libro 2. vbi post pauca quædam quæ de historia memorat ita scribit τριῶν δ' οὐσῶν τῶν συνθέσεων, πρώτην μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων στοιχείων, οἷον γῆς, ἀέρος, ὕδατος, πυρός. ἔτι δὲ βέλτιον ἴσως ἐκ τῶν δυνάμεων λέγειν. καὶ τούτων οὐκ ἐξ ἁπασῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται καὶ πρότερον. ὑγρὸν γὰρ καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐστί. αἱ δὲ ἄλλαι διαφοραὶ τούτοις ἀκολουθοῦσιν, οἷον βάρος καὶ κουφότης, καὶ πυκνότης, καὶ μανότης, καὶ τραχύτης καὶ λειότης, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν σωμάτων. δευτέρα δ' ἡ σύστασις ἐκ τῶν πρώτων, ἡ τῶν ὁμοιομερῶν φύσις ἐν τοῖς ζώοις ἐστίν, οἷον ὀστοῦ καὶ σαρκὸς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. τρίτη δὲ καὶ τελευταία καθ' ἀριθμὸν ἡ τῶν ἀνομοιομερῶν, οἷον προσώπου καὶ χειρὸς, καὶ τῶν τοιούτων μορίων. Cum autem triplex sit compositio, prima statui potest ea quæ ex primordiis conficitur iis, quæ nonnulli elementa appellant: terram dico, aerem, aquam, & ignem: sed melius fortasse dici potest ex virtutibus confeci elementorum, iisque non omnibus, sed vt ante expositum est (scilicet libris de Generatione & 1. cap. libri de Elementorum operationibus.) Humiditas enim & siccitas, & caliditas & frigiditas, materia corporum sunt compositorum: cæteræ autem differentiæ eas sequuntur, vt grauitas, leuitas, densitas, raritas, asperitas, lenitas, & reliquæ id genus corporum affectiones. Secunda constitutio ex primis, illis, natura, similarium partium in animalibus est, vt ossis vt carnis, vt reliquorum generis eiusdem. Tertia vero & vltima numero partium dissimilarium est, vt faciei, manus, & reliquarum eiusmodi partium. Quæ certe correspondent verbis capitis 12. libri de Elementorum actionibus. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα μόρια, θερμότητι καὶ ψυχρότητι, καὶ ταῖς τούτων κινήσεσιν, ἐνδέχεται γίνεσθαι, πηγνύμενα τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ, λέγω δ' ὅσα ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, ὀστοῦν, τρίχας, νεῦρα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάντα γὰρ διαφέρει ταῖς πρότερον εἰρημέναις διαφοραῖς, τάσει, ἕλξει, θραύσει, σκληρότητι, μαλακότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις, αὐτὰ δ' ὑπὸ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, καὶ τῶν κινήσεων γίνεται μιγνυμένων. τὰ δ' ἐκ τούτων συνεστῶτα, οὐθενὶ ἂν δόξειε, τὰ ἀνομοιομερῆ, οἷον κεφαλὴ, ἢ χεὶρ, ἢ πούς, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τοῦ χαλκὸν, ἢ ἄργυρον γενέσθαι αἰτία, ψυχρότητος καὶ θερμότητος κίνησις. τοῦ δὲ πρίονα ἢ φιάλην, ἢ κιβωτὸν οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν τέχνη, ἐκεῖ δὲ φύσις, ἢ ἄλλη τις αἰτία. ἐπεὶ οὖν ἔχομεν τινὸς γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ληπτέον καθ' ἕκαστον τί ἐστιν. Tales igitur partes caliditatis, & frigiditatis, & horum motibus (quod respondet illi in propositione primi Meteororum. secundum horum motus) possunt generari, concreta, (quod respondet illis ibi positis, per concretionem) calido & frigido. dico quæcunque similipartia, vt caro, os, pili, nerui, & quæcunque talia. Omnia namque differunt differentiis prius dictis, (libro de concretis) intensione, attractione, confractione, duritie, mollitie, & aliis huiusmodi. Hæc vero, a frigido & calido, & horum motibus commixtis fiunt. Ex his autem con-

ſtantia (quòd nemini videretur) diſsimilipartia , vt caput , manus , pes . Sed ſicuti cauſa cur æs aut argentum fiat , eſt frigiditatis , & caliditatis motus; cur vero fiat ſerra , aut phiala, aut lectum , non amplius . Sed hic quidem ars , ibi vero natura , vel alia quæpiam cauſa . Poſtquam vero habemus cuius generis ſit vnumquodque ſimilipartium, accipiendum quid vnumquodque ſit . Quod quidem libris de partibus, vti legentibus eſt manifeſtum proſequitur. Toto.n. hoc primo capite,ſecundi libri, de qualitatibus , de ſimilipartibus , de diſsimili partibus, quædam proponit, diſtinguit, deſcribit generaliter . ſecundo vero ſic aggreditur, τῶν ὁμοιομερῶν μορίων ἐν τοῖς ζώοις ἐςὶ, τὰ μὲν μαλακὰ καὶ ὑγρὰ, τὰ δὲ σκληρὰ καὶ ςερεά. ſimilipartium membrorũ quæ in animalibus ſunt ; alia quidem mollia ſunt & humida, alia dura & ſolida . Deinde omnibus capitibus vſque ad decimum de ſimilipartibus agit . Poſt quæ decimo cap. initium eſt tractationis de diſsimilipartibus & organicis, de quibus fine 12.cap. libri de Elementorum motionibus propoſuerat ſe acturum, poſt ſimilipartium tractationem . δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον . His declaratis, ſimiliter non ſimilipartia ſunt ſpeculanda . De quibus ſanè, reliquo toto ſecundo , & ſequentibus duobus libris agit . Quorum fine poſt hos vocat, libros de Animalium Generatione his verbis . περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τίνα αἰτίαν ἕκαςον ἐςὶν ἐν τοῖς ζώοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζώων καθ' ἕκαςον . τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐςὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν . De partibus quidem , quam ob cauſam vnaquæq; ſit in animalibus , dictum eſt de omnibus animalibus ſingillatim . His vero determinatis, conſequens eſt ea quæ ad generationem eorum pertinent, pertranſire . Quod quidem (etiamſi obſcurius aliquanto) propoſuerat fine 12. illius capitis ; de ſimilipartibus loquens . ληπτέον καθέκαςον τί ἐςὶ , οἷον τί αἷμα ἢ σάρξ , ἢ σπέρμα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαςον: οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαςον διὰ τί, καὶ τί ἐςὶν , ἐὰν τὴν ὕλην , ἢ τὸν λόγον ἔχωμεν, μάλιςα δ' ὅταν ἄμφω τῆς τε γενέσεως , καὶ φθορᾶς , καὶ πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως . Accipiendum vnumquodque quid eſt , veluti quid ſanguis, vel caro , vel ſemen , & aliorum vnumquodque . Sic enim ſcimus vnumquodq; propter quid , & quid ſit , ſi materiam , aut rationem habuerimus , & maxime ambas , generationis & corruptionis , & vnde principium motus . Hæc enume ratio cauſarum eſt, a quibus orſus eſt libro primo de Generatione Animalium, connectens eius initium cum fine librorum de partibus iam allato . ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται, καὶ κοινῇ, καὶ καθέκαςον γένος περὶ τῶν ἰδίων χωρὶς τίνα τρόπον διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἕκαςον , λέγω δὲ ταύτην ἕνεκά του, ὑπόκεινται γὰρ αἰτίαι τέσσαρες . Poſteaquam de aliis partibus , quæ in animalibus ſunt dictum eſt, & communiter ; & de vnoquoq; genere, de propriis ſeorſum, quo modo propter hanc cauſam vnumquodque dico: autem hanc , cuius gratia , ſubiacent enim cauſæ quatuor. Et paulo poſt , παντὶ μὲν τῷ ὅλῳ , τὰ ἀνομοιομερῆ , τοῖς δὲ ἀνομοιομέρεσι, τὰ ὁμοιομερῆ , τούτοις δὲ τὰ καλούμενα ςοιχεῖα τῶν σωμάτων. Omni namque toti , diſsimilipartia: diſsimilipartibus vero ſimilipartia: his vero quę vocantur elementa corporum . Omnia itaque conſona & conformia ſunt principio libri ſecundi de partibus,& medio capitis 12.libri de Elementorum actionibus , & fini propoſitionis primi Meteororum factæ . λοιπὸν δὲ, τῶν μὲν μορίων, τὰ πρὸς τὴν γένεσιν συντελοῦντα τοῖς ζώοις , περὶ ὧν οὐδὲν διώρισαι πρότερον , περὶ αἰτίας τε τῆς κινούσης, τίς αὐτη . Reliquũ eſt de partibus quæ ad generationem animalium conferunt , de quibus nihil eſt determinatum antea (ſcilicet libris de Partibus) ac de cauſa mouente , quæ ſit , ſcilicet eſt dicendum . Duo itaq; reliqua

reliqua ſunt , vt tractentur, partes ad generationem animalium,& mouens cauſa generationis. Quæ autem ſit agens hæc cauſa exponit 2.cap. ſequente. καθάπερ γὰρ εἴπομεν τῆς γενέσεως ἀρχὰς ἄν τις οὐχ ἥκιστα θείη, τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ. τὸ μὲν ἄρρεν ὡς τῆς κινήσεως, καὶ τῆς γενέσεως ἔχον τὴν ἀρχήν. Sicuti enim diximus, generationis principia quis non minimas poſuerit, marem & fœminã mas quidem, tanquàm principium habens motus & Generationis. De quibus principiis toto progreſſu primi & ſecundi capitis agitur, reliqua libri parte, & ſequentibus tribus libris omnium generum animalium, tum partes generatiuas, tum etiam generationes proſequitur. In fine quorum tangit etiam cauſas corruptionis animalium. His verbis εὐλόγως δὲ πάντων οἱ χρόνοι, καὶ τῶν γενέσεων, καὶ κυήσεων, καὶ τῶν βίων μετρεῖσθαι βούλονται κατὰ φύσιν περιόδοις. λέγω δὲ περίοδον, ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ μῆνα, καὶ ἐνιαυτὸν καὶ τοὺς χρόνους, τοὺς μετρουμένους τούτοις. Rationabiliter ſane, omnium tempora, & generationum & geſtationum vteri, vt vitarum, volunt metiri ſecundum naturam periodis. Voco autem periodos, diem, & noctem, & menſem, & annum, & tempora his metita. Et paulo poſt de Luna loquens, διὸ συμβάλλεται, εἰς πάσας τὰς γενέσεις καὶ τελειώσεις. καὶ γὰρ θερμότητες καὶ ψύξεις, μέχρι συμμετρίας τινὸς ποιοῦσι τὰς γενέσεις, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς φθοράς. τούτων δὲ ἔχουσι τὸ πέρας τί τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς τελευτῆς, αἱ τούτων κινήσεις τῶν ἄστρων. Propterea conferunt ad omnes generationes, & perfectiones. quia, caliditates, & frigiditates ad Symmetriã quandam faciunt generationes. Poſt has vero, corruptiones, quarum & principij & finis terminum habent motiones horum aſtrorum. Poſt libros quinque de generatione, (quòd eiuſdem ſcientiæ ſit contraria ſpeculari) ſequetur liber qui hactenus pro decimo de hiſtoria eſt circumlatus: quem Theodorus Gaza fragmenta vocauit, voluitque libris de Generatione adiungi, alij nothum, vel hypomnematicum ſunt arbitrati. Ego vero quòd cauſas exponat, cur generatio impediatur, puto eum eſſe, quem Laertius περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν de non generando appellat: quod etiam Franciſcus Caballus animaduertit; debereq; non adiungi, ſed opponi libris de Generatione. Quem poſtea puto ſequatur liber περὶ πορείας de Ingreſſu animalium, non quòd vel ab illius, vel librorum de Generatione calce, ſit vocatus, aut initium ipſius illis cohereat, ſed quia nullo alio commode cadit loco, & quia, ſi hoc loco ponatur, omnia quàm aptisſime, conſequentur. Nam fine ipſius libros de anima vocat. τὰ μὲν οὖν μορίων τῶν τ' ἄλλων καὶ αὐτῶν τῶν περὶ πορείαν τῶν ζώων, καὶ περὶ πᾶσαν τὴν κατὰ τόπον μεταβολήν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐχόμενόν ἐστι θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς. Partes igitur, & aliæ quidem & ipſæ quæ ad greſſum animalium faciunt, & ad omnem ſecundum locum mutationem hunc ſe habent in modum, His vero determinatis, conſequens eſt ſpeculati de anima. Poſt libros de anima, ſequitur liber de Senſu. Quem ſic orſus eſt, ἐπειδὴ περὶ ψυχῆς καθ' αὐτὴν διώρισται πρότερον, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων ἑκάστης κατὰ μόριον αὐτῆς, ἐχόμενόν ἐστι ποιήσασθαι τὴν ἐπίσκεψιν περὶ τῶν ζώων ἐχόντων ἁπάντων, τίνες εἰσὶν ἴδιαι καὶ τίνες κοιναὶ πράξεις αὐτῶν. Quoniam de Anima per ſe determinatum eſt prius, & de potentiis per ſingulas eius particulas. conſequens eſt facere conſiderationem, de Animalibus, & vitam habentibus (plantis ſcilicet) omnibus, & quænam ſint propriæ & quæ communes eorum actiones. Quas actiones enumerat. φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα καὶ τὰ κοινὰ καὶ ἴδια τῶν ζώων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα καὶ τοῦ σώματος. οἷον αἴσθησις καὶ μνήμη καὶ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. Videtur vero maxima & communia & propria animalium, communia & animæ & corporis; veluti ſenſus, & memoria, & animoſitas, & concupiſcentia, & cætera ibi enumera-

ta. In fine cuius libri ait se dicturum de memoria. τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης, καὶ τοῦ μνημονεύειν. Reliquorum vero, primum spectandum est de memoria, & meminisse. Et hunc librum incipiens sic coniungit, περὶ μνήμης, καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι. De memoria & meminisse, dicendum quid est. Post quem videntur sequi debuisse tractationes earum rerum, quas post memoriam, initio de Sensu proposuerat; videlicet, de animositate, concupiscentia, & omnino appetitu, & post hanc tractatio de voluptate & dolore, quem librum de voluptate scilicet, asserit Laertius Aristotelem scripsisse, qui tamen ad nos non peruenit. Atque hic secundus est locus, quo naturalium librorum series interrumpitur. Post hos enumerat etiam alia quædam πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινά, τὰ δὲ τῶν ζώων ἐνίοις. τυγχάνουσι δὲ τούτων τὰ μέγιστα, τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μοναι, οἷον ἐγρήγορσις καὶ ὕπνος, καὶ νεότης καὶ γῆρας, καὶ ἀναπνοὴ καὶ ἐκπνοὴ, καὶ ζωὴ καὶ θάνατος. περὶ ὧν θεωρητέον τί τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τινὰς αἰτίας συμβαίνουσι, φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. Ad hæc alia quidem omnium participantium vita, communia sunt: alia, animalium quibusdam. Sunt autem horum maxima, quatuor numero solæ coniugationes. Vt vigilia & Somnus, & iuuentus & senectus, & respiratio & expiratio, & vita & mors. De quibus speculandum est, quid eorum vnumquodque, & quas ob causas accidant. Physici vero etiam est sanitatis & morbi prima principia videre. Itaque harum coniugationum cum prima sit ea quæ somnum & vigiliam comprehendit, de somno & vigilia post librum de voluptate agendum esset. Qui quia periit, simul cum eo qui de appetitu fuit, vel esse debuit, post librum de memoria, de somno librum collocabimus. In quo somno cum & insomnia fiant, & diuinationes etiam aliquando, existimo eos libellos qui sub his titulis de insomniis & de diuinatione feruntur, non esse separatos, sed partes libri de Somno. Quod vt credam duæ rationes faciunt; altera, quòd eo fine libri de somno, libri de insomniis, nihil suo more repetit, aut dicendum proponit. Altera vero quòd fine de diuinatione repetit tria hæc vnita. His verbis. τί μὲν ὁ ὕπνος καὶ ἐνύπνιον καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν ἑκάτερον αὐτῶν γίνεται, ἔτι δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ἐνυπνίων μαντικῆς εἴρηται. περὶ δὲ τῆς κοινῆς κινήσεως τῶν ζώων λεκτέον. Quid ergo somnus, & insomnium, & quam ob causam vtrunque ipsorum fit, & adhuc de diuinatione ex insomniis dictum est. de communi vero motu animalium est dicendum. In fine cuius repetit ferè omnia quæ a primo de Partibus egit. περὶ μὲν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζώων, καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης, καὶ ὕπνου καὶ τῆς κοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν. De partibus ergo vniuscuiusq; animaliũ, & de anima, adhuc etiam de Sensu, & memoria, & somno, & communi motu diximus causas, reliquum est de generatione dicere. In quibus verbis tria sunt animaduertenda, primum quòd dicat, de partibus omnium animalium actum esse, sub eo nomine comprehendisse etiam librum illum, qui de ingressu animalium inscribitur; nam inscribi etiam potest de Partibus ad motum vtilibus; vt ex eius initio patet περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζώοις, πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον. De vtilibus vero partibus animalibus, ad motum secundum locum. Secundum, quòd dixit de somno, non etiam de insomniis, & diuinatione, quia illius libri partes essent. Tertium, quod ait de Generatione esse reliquum vt tractetur, tanquàm non fuerit de ea hactenus tractatum. Sed necesse est aut hoc loco esse mendum, aut fine quarti de partibus. Ibi enim etiam habet hæc verba. περὶ μὲν οὖν μορίων, διὰ τινὰ αἰτίαν ἕκαστόν ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις, εἴρη-

ται περὶ πάντων τῶν ζώων καθέκαστον. τούτων δὲ διωρισμένων ἀφεξῆς ὅτι τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν. De partibus igitur, quam ob causam vnumquodque sit in animalibus, dictum est de omnibus animalibus singillatim, his vero determinatis deinceps est, ea quæ ad generationes eorum pertinent, pertransire. Quare necessario est dicendum altero locorũ mendũ esse. meo aũt iudicio reponẽda loco secũdo pro voce illa γενέσεως, generatione, cõtraria vox φθορᾶς corruptione. Nã toto libro qui de longitudine vitæ inscriptus est causas corruptionis tractat, vel vt fine ipse concludit, περὶ μεγέθυς ζωῆς. nam hic liber necessario illum sequitur, cum nullus præter hunc, & eum, quem hic, fine suo vocat, de iuuentute & senectute & alius, ab hoc vocatus, de respiratione supersint. vocat autem hic liber suo fine, eum qui de iuuentute & senectute est, his verbis. λοιπὸν δ' ἡμῖν θεωρῆσαι, περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτυ. Reliquum est nobis speculari de iuuentute & senectute, & vita & morte. quæ præter primam de somno & vigilia iugationem, duæ aliæ iugationes sunt initio libri de Sensu enumeratæ. Quarta vero fuerat de respiratione, & expiratione, quem fine illius pponit τῶν δὲ ζώων, ἐπεὶ τὰ μὲ ἔνυδρά ἐστι τὰ δ' ἐν τῷ ἀέρι ποιεῖται τὴν δίαιταν, ἐκ τούτων καὶ διὰ τούτων πορίζεται τὴν κατάψυξιν, τὰ μὲν τῷ ὕδατι, τὰ δὲ τῷ ἀέρι. τίνα δὲ τρόπον καὶ πῶς, λεκτέον ἐπιστήσασι τὸν λόγον. Animalium vero cum alia aquatilia sint, alia in aere degunt, ex his atque in his acquirunt refrigerationem, alia quidẽ aqua, alia vero aere. qua vero, ratione & quo modo, dicendũ est assignantibus rationẽ. Quod sequenti libello de respiratione peragit, ad finẽ cuius cum peruenisset, ita conclusit. καὶ περὶ μὲν οὖν ζωῆς καὶ θανάτυ καὶ τῶν συγγενῶν ταύτης τῆς σκέψεως, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων, περὶ ὑγιείας δὲ καὶ νόσυ, οὐ μόνον ἐστὶ ἰατροῦ ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μεχρὶ τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν. De vita igitur & morte, & congeneribus huius speculationis ferẽ de omnibus, dictum est. De sanitate vero & morbo non solum medici est, verum etiam Physici vsque ad causarum expositionẽ. Qui libellus si superesset, post hunc de respiratione ponendus esset. Nã tribus locis, eum loco vltimo statuit, initio scilicet de Sensu vti vidimus; initio etiam libelli de longitudine vitæ. περὶ μὲ οὖν ὕπνυ καὶ ἐγρηγόρσεως εἴρηται πρότερον, περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτυ λεκτέον ὕστερον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου καὶ ὑγιείας ὅσον ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ. De somno igitur & vigilia dictum est prius. De vita vero & morte dicendum postea, & similiter de sanitate & morbo, quantum confert naturali Philosophiæ. Et fine vti diximus libelli de respiratatione. Atque hic est tertia horum librorum interruptio. His expeditis (dixerat fine libelli de longitudine vitæ) methodum de animalibus fore absolutum. λοιπὸν δ' ἡμῖν θεωρῆσαι περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτυ. τούτων γὰρ διωρισθέντων, τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζώων ἔχει μέθοδος. Reliquum vero nobis speculari, de iuuentute & senectute, & vita & morte. His enim determinatis finem habitura est animalium methodus. respiratione scilicet ad vitam & mortem pertinẽte. Sed quanã ratione dicit ipse; his pertractatis methodum de animalibus finem habituram: cum adhuc historia animalium non sit tradita? Scio Aristotelicos omnes contendere, historiam, alios omnes de animalibus libros præcedere, quia scilicet τὸ ὅτι quòd sit, prius & notius nobis esse censent quàm τὸ διότι, quam causa. esseque a notioribus nobis exordiendum. Quod si verum est, cur tot propositionibus, tot repetitionibus, in finibus, in initiis tot librorum, historia nusquàm est nominata? nusquàm in sequellam vocata? præterquàm vno tantum loco, scilicet initio secundi de partibus, ἐκ τινων μὲν οὖν μορίων, καὶ πόσων συνέστηκεν ἕκαστον τῶν ζώων, ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ αὐτῶν δεδήλωται σαφέστερον. Ex quibus quidem partibus,

& quot constat vnumquodque animal, in ipsorum historiis declaratum est manifestius. dixit declaratum est manifestius, non autem declaratum est prius, vel ante. Quod etiam si dixisset, non statim sequeretur historias præcedere debere. Sæpe enim illud πρότερον, prius, nõ ordinẽ, sed tempus quo libri scripti sunt declarat. Veluti libro primo de syllogismo. καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται. Quemadmodum in Topicis dictum est. cum proculdubio Analytica præcedant Topicos libros. Et secundo de Cœlo cap. 2. διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζώων κινήσεις. Determinatum quidem de his est, (de differentiis, scilicet localibus, ante retro &c.) in iis quæ de motibus animalium, cum tamen ordine hi multo posteriores libris de cœlo sint. Tertio etiam Meteoro cap. 2. ἔστω δὲ περὶ τούτων ἡμῖν τεθεωρημένον, ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις. Esto vero de his, nobis speculatum in iis quæ de sensibus sunt ostensa. Cum tamen liber de anima secundus, & etiam liber de Sensu ordine sint Meteoris posteriores. Non est itaque ex his citationibus ordo librorum eliciendus, nisi cum principiis fines alligat, & finibus principia. In quibus certe adhuc historia non est appellata. Atque id rectissima ratione, cum librorum de animalibus vltima esse debeat: tum ratione ordinis Aristotelicę Philosophię, tum etiam mente & proposito ipsius Aristotelis. Hoc itaque videamus primo an verum sit. Proposuit primo meteoro sic. διελθόντες δὲ περὶ τούτων, θεωρήσωμεν εἴ τι δυνάμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, περὶ ζώων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς. σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης. Pertranseuntes hæc speculabimur, siquid poterimus dicere, secundum prænarratum modum, de animalibus, & plantis vniuersaliter, & separatim. Fere.n. his dictis, finis erit factus totius nostri a principio propositi. In quibus clarum est eum prius posuisse de animalibus, postea de plantis. ac prius vniuersaliter, & postea separatim. quem etiam ordinem fine libri de Elemẽtorum actionibus repetit particularius aliquanto. ἐπεὶ οὖν ἔχομεν τίνος γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν λαπτέον καθέκαστον τί ἐστιν. Cum ergo habeamus cuius generis sit vnumquodq; similipartium, accipiendum singulum quid sit. primo itaque de similipartibus. Postea διελθόντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον. His vero declaratis similiter de non similipartibus est speculandum: postremo καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. Et vltimo ea quæ ex his consistunt, vt homo, planta, & alia talia. Tria itaque proponit se tractaturum, partes, similares, partes dissimilares, & composita ex his. Priores illas proculdubio tractare incipit (vti vidimus) secundo libro de partibus animalium; cum in fine primi methodum tradidisset, quo vsurum se fore ostendit. ἐν τῇ ζωϊκῇ φύσει. in animali natura. ac primum commemorat similares partes, οὐ γὰρ ἐστὶ ἄνευ πολλῆς δυσχερείας ἰδεῖν ἐξ ὧν συνέστηκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, οἷον αἷμα σάρκες, ὀστᾶ, φλέβες, καὶ τὰ τοιαῦτα μόρια. Non est etenim sine multa difficultate videre; ex quibus constitutum est genus hominum, vt sanguis, carnes, ossa, venæ & tales partes. Neque hanc solum materiam, sed totam etiam compositionem, & figuram; quibus partes dissimilares innuit, quas secundo loco proposuerat loco citato, se tractaturum, prout etiam his libris de partibus, tractat. Tertio loco, non statim composita ipsa aggreditur vt prius promiserat, sed ante hęc, ait quoniam hæ dissimilares partes, instrumenta quædã sint, instrumentum autem omne operationis gratia sit, post instrumentorum explicationem, ait necessario esse de actionibus tractandum: cum etiam totum corpus actionis cuiusdam plenæ & perfectæ gratia constitutum sit. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ὄργανον πᾶν, ἕνεκα

κα τοῦ, τῶν δὲ τοῦ σώματος μορίων ἕκαστον ἕνεκα τοῦ, τὸ δ᾽ οὗ ἕνεκα πρᾶξίς τις, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ σύνολον σῶμα συνέστηκε πράξεως τινὸς ἕνεκα πλήρους. Cum itaque omne instrumentum, alicuius gratia; & corporis partium vnaquæque gratia alicuius, cuius vero gratia actio quædam; clarum est quod etiam totum corpus constitutum est actionis alicuius plenę gratia. Postea λεκτέον ἄρα τὰς πράξεις πρῶτον τὰς κοινὰς πάντων, καὶ τὰς κατὰ γένος, καὶ τὰς καθ᾽ εἶδος. Dicendum ergo de actionibus, primum communibus omnium, & iis quæ secundum genus, & iis q̃ secundũ speciē. Quæ autē sint actiones istæ paulo inferius exponit. λέγω δὲ πάθη καὶ πράξεις γένεσιν, αὔξησιν, ὀχείαν, ἐγρήγορσιν, ὕπνον, πορείαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τοῖς ζώοις ὑπάρχει. Dico autem passiones & actiones, generationem, incrementum, maris & fœminæ copulationem, vigiliam, somnum, gressum, & quotcunque alia huiusmodi animalibus insunt. Ex quo proposito, statim libro sequenti, & aliis duobus, partes primo similares; postea dissimilares explicat. deinde harum actiones. Inter quas prima posita fuerat, generatio, quam sequentibus libris exponit; deinde alias aliis sequentibus, tum actiones, tum etiam passiones. Vsque ad libellum de Sanitate & morbo. Post quem, tota integra, quæ ex similiaribus, atque etiam dissimilaribus partibus constant, quæque actiones prædictas agunt, vel passiones patiuntur. Ipsa scilicet composita & integra animalia, quæ fine libri de Elementorum operationibus vltimo loco tractanda promiserat. Quam rem libris de animalium historia exequitur. Itaque quod proposuit, rite etiam prosequitur. Estque animalium historia non primo loco; vt omnes Peripatetici sensere collocanda: sed Aristotelica authoritate postremo. Sed cur dixerat fine libri de longitudine vitę. τούτων γὰρ διωρισθέντων, τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζώων ἔχει μέθοδος. His enim determinatis, finem habitura est methodus, de animalibus; Quo modo finem est habitura, si animalium historia non est adhuc expedita? Aio methodum de animalibus, libello de Sanitate & morbo terminari; historiam: methodi non esse partem. Historiam reuera τὸ ὅτι quod sit, tractare: methodum vero τὸ διότι. causam. Id autem Aristotelicum esse aggrediar nunc ostendere. vnde etiam patebit, ordine philosophiæ Aristolicæ, rectissima ratione, historiam postremo loco collocãdam fuisse. eosque omnes qui primo loco eam statuerunt, Aristotelicæ philosophię ordinem inuertisse. Dico igitur, Aristotelem naturalis philosophiæ methodum per causas tractasse, quod ipse ferè semper, vel initiis vel finibus librorum testatur. veluti principio secundi de elementis. περὶ δὲ βαρέος καὶ κούφου τί ποτ᾽ ἐστὶν ἑκάτερον, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν, σκεπτέον, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἔχουσι τὰς δυνάμεις ταύτας. De graui vero & leui, quid vtrumque sit, & quæ eorum natura, inspiciendum. Et quàm ob causam habent has potentias. Et principio primi de Generatione, & Corruptione. περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς, τῶν φύσει γινομένων, καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων, τὰς αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν. De Generatione vero, & Corruptione eorum quæ natura generantur & corrũpuntur, similiter in omnibus, & causas distinguendum, & rationes ipsorum. Et initio secundi ἔτι τε περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἁπλῆς πῶς, καὶ τινός ἐστι, καὶ διὰ τίν᾽ αἰτίαν. Adhuc de Generatione, & Corruptione simplici, quomodo, & cuius est, & quàm ob causam. Et initio primi Meteori. περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως. De primis quidem causis naturæ. Et reliquorum etiam quæ dicenda proponit causas inspiciendas esse ait. ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν ἂν τὰς αἰτίας, καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων. Ex quibus etiam ventorum & terræ motuum, inspiciemus causas, & om-

nium quæ generantur, secundum horum motiones. Et rursus. θεωρήσομεν εἴ τι δυναίμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον περὶ ζώων καὶ φυτῶν. Inspiciemus si quid possimus dicere, secundum prænarratum modum (scilicet per causarum inuestigationem vt hactenus factum est) de Animalibus, & plantis. quæ promissa verbis, re ipsa etiam obseruat. cuius testes sunt, ea quæ deinceps afferemus. ac primo de meteorologicis. fine primi ait. καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν ταῦτα συμβαίνει, εἴρηται, ὁμοίως δὲ καὶ διότι, οἱ μὲν ἀένναοι, οἱ δ' οὔ τῶν ποταμῶν εἰσι. Et quã ob causam hæc accidant, dictum est, & cur hi quidem perennes, hi vero minime fluuiorum sunt. Et initio secundi. περὶ δὲ θαλάττης καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῆς καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν ἁλμυρὸν τοσοῦτον ἐστὶν ὕδατος πλῆθος. De mari vero, quam sit eius natura, & qua de causa salsa est tanta aquæ quantitas. Et initio tertij. περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων εἴπωμεν ἔργων τῆς ἐκκρίσεως ταύτης, τὸν ὑφηγημένον ἤδη τρόπον λέγοντες. De reliquis vero dicamus exalationis huius operibus, secundum iam prænarratum modum causas, scilicet inuestigando. Sic & cap. 2. cum de Halone & inde incipit agere. περὶ δὲ ἅλω καὶ ἴριδος, τί θ' ἑκάτερον, καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν γίνεται λέγωμεν. De Halone vero & iride, quid vt vtrumque & quam ob causam fiat, dicamus, Et initio libri de Elementorum actionibus. ἐπεὶ δὲ τέσσαρα διωρίσθη αἴτια τῶν στοιχείων. Cum quatuor determinatæ sunt Elementorum causę. & in fine cum de similipartibus ageret οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαστον διὰ τί, καὶ τί ἐστιν τὴν ὕλην, ἢ τὸν λόγον ἔχωμεν. Sic enim scimus vnumquodque propter quid, & quid est quando materiam, vel rationem, habemus. materia autem & forma inter causas sunt semper enumeratæ. Sic toto primo de partibus, methodum Philosophię ζωϊκῆς, animalis instituens, causas inquirendas docet, atque in fine conclusit ἀρξάμενοι καθάπερ διωρίσαμεν πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων. Incipientes quemadmodum determinauimus, primum a primis. Prima autem proculdubio causæ ipsæ sunt. Inter vero secundi initia, ait se partes exposuisse in historia, velle vero nunc causas considerare. δι' ἃς δ' αἰτίας ἕκαστον τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπισκεπτέον νῦν. Quas vero ob causas, vnumquodque in hunc modum se habeat, inspiciendum nunc est. Sic etiam initio primi de Generatione. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐν τοῖς ζώοις εἴρηται, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον γένος, περὶ τῶν ἰδίων χωρὶς καὶ τίνα τρόπον, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἕκαστον. Cum de aliis partibus quæ in animalibus sunt, dictum sit, & communiter, & de vnoquoque genere de propriis seorsum, & quo modo, ob causam hanc vnumquodque. Sic etiam fine vltimi. καὶ διὰ τινὰ αἰτίαν τὴν κινητικήν. Et quam ob causam mouentem. Sic & principio libri de non Generando. προιούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀνδρὶ, μὴ γεννᾶν ἀλλήλοις συνόντας, τὸ αἴτιον. Proced ente vero ętate viro cur cum coniungantur insimul non generent causa est. Ita etiam initio libri de gressu. περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζώοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον, ἐπισκεπτέον διὰ τίνα αἰτίαν, τοιοῦτον ἐστὶν ἕκαστον αὐτῶν. De partibus vero animalium vtilibus ad localem motum, inspiciendum est quam ob causam tale est vnumquodque ipsorum. Sic etiam initio libri de Sensu post proposita, περὶ ὧν θεωρητέον, τί τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν συμβαίνουσι. De quibus contemplandum, & quid vnũquodque ipsorum, & quam ob causam accidunt. Initio quoque libri de memoria. περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται. De memoria & meminisse dicẽdum, quid est & quam ob causam fiat. Principio etiam libri de Somno καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ὑπάρχει τοῖς ζώοις. Et quam ob causam inest animalibus. Quod in fine etiam totius libri repetit. καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἑκάτερον αὐτῶν γίνεται. Et quam ob causam vtrumque ipsorum fit. Et principio libri de

communi

communi motu animalium ὅλως δὲ περὶ τῆς κοινῆς αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι κίνησιν ὁποιανοῦν ἐπισκεπτέον νῦν. Omnino vero ad communi causã, quòd moueatur motum qualemcunque inspiciendum est nunc. In fine vero eiusdem ait. partium, animæ, sensus, memoriæ, somni, motus communis, εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, diximus causas. Sequenti vero, de longitudine vitæ ἐπισκεπτέον τὰς αἰτίας. inspiciendæ causæ. Et sequenti, ἅμα δὲ καὶ περὶ ἀναπνοῆς ἀναγκαῖον ἴσως τὰς αἰτίας εἰπεῖν. Simul vero & respirationis causas dicere forte erit necessarium. In fine cuius περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέχρι του, τὰς αἰτίας εἰπεῖν. Sanitatis vero & morbi, non solum est medici verum etiam physici, vsque ad terminum quendam, causas dicere. Causæ igitur omnibus quos commemorauimus libris sunt perquisitæ vsque ad vltimum eius Methodi librum. ad quem cum est peruentum, τέλος ἡ περὶ τῶν ζώων ἔχει μέθοδος. Finem Animalium methodus habet; vt ipse dixerat: idest causarum inquisitio partium similarium dissimilarium, actionumque earum & passionum. Sed nequaquam τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης. Finis fuerit factus propositi a principio nostri totius. Sed erit, ῥηθέντων τούτων, dictis his, scilicet περὶ ζώων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς. De animalibus & plantis vniuersaliter, & separatim. Hoc enim & hic, & fine libri de Elementorum actionibus, finis erat futurus totius propositi tractare, scilicet constantia illis partibus similaribus, ac non similaribus. καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν, καὶ τ᾽ἄλλα τὰ τοιαῦτα. Et finis, ea quę ex his constant, vt homo planta, & alia eiusmodi. Hæc autem res peragitur libris historiarum, vt scilicet methodi, ac scientiæ more, ex causis, effectus ipsos deducat. Ante quos de Animalium historiis libros locãdi fortè essent si superessent, libri anatomici in quibus partium historia est perscripta, & hoc loco, disrumpitur iam quarto naturalium librorum ordo. Postremo loco hi quos de integris compositis habemus. Hunc itaque assero tot Aristotelis testimoniis esse verum & germanũ Aristotelicorum naturalium librorum ordinem si ad hos libri de plantis addantur, quos Aristoteles & initio primi Meteori, & fine libri de Elementorum actionibus post integra animalia posuit, eorumque tractationem in locum alium reiecit primo de Generatione Animalium cap. 1. περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον. De plantis igitur, ipsas per se ipsas seorsum inspiciendum. Libro vero de vita longa cap. 6. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ καθ᾽ αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται. Sed de his, & per se in libris de plantis determinabitur. Post tractationem scilicet omnem animalium expletam. Post hos omnes de Natura, & de Animalibus libros locandus est liber de Mundo ad Alexandrum. Quem superioribus libris pro Aristotelico recepimus. Qui totius naturalis Philosophiæ ac etiam sapientiæ quandantenus videtur esse Epitome & Compendium, atque hoc nomine ab antiquioribus multis vocatum fuisse, superioribus ostendimus. Post quem si qui essent superstites libri medicinales essent collocandi. Nam ipsius testimonio fini Physici, medicorum principia sunt coniuncta. Sed quia nulli supersunt, post librum de Mundo, locandus est liber Physiognomicus si vnquàm germanus Aristotelis inueniatur; tanquam medius inter medicinales & morales tractationes. Signa enim corporis, quæ medici etiam est considerare, per quæ animi mores scrutatur, qui iã ad Ethicam pertinent. estque liber Physiognomicus ei libro Galeni cognatus & sequax, qui inscribitur. Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur. Id enim ve-

rum esse Physiognomico comprobatur. Post quam proculdubio libri qui acti-uam Philosophiæ partem continent sequentur. Ac videtur quidem, quia vir & mulier domũ constituant, domus plures, vicos, vici ciuitatẽ (vt ipse primo Politico tradidit) ordine compositiuo, tractatio de moribus præcedere debere œconomicam, & hæc rursus politicam. vti ferè omnes ad hunc vsque diẽ sensere, quorum sententiæ fundamenta iecisse Aristoteles ipse videtur, cum primo œconomico ita scriptum reliquit. ὥστε δῆλον ὅτι πρότερον γενέσει ἡ οἰκονομικὴ πολιτικῆς ἐστι. Itaque clarum est quod prior generatione œconomica est quàm politica. Accedit etiam ad hoc finis decimi Nicomachij. In quo sic dictum est. θεωρηθέντων γὰρ τούτων, τάχα ἂν μάλιστα συνίδοιμεν, καὶ πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη. λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι. His enim speculatis, forte cõtuebimur maxime, & qualis politia optima, & quo modo vnaquęq; ordinata, & quibus legibus & cõsuetudinibus vtens. Dicamus ergo incipientes. Vt manifeste videantur post hos libros ij, qui de Republica sunt scripti, vocati. Quorum primus, œconomicam longe doctius & luculentius, & copiosius pertractat, quàm duo illi vel etiam tres dubij qui œconomices titulo circumferuntur; Quibus testimoniis satis videtur Aristotelis sententia expressa, vt præcedant Ethici, sequatur œconomicus, & politici septem. Multa inuenio huic sententiæ hisque rationibus, contraria Aristotelis ipsius testimonia. Quorum unũ est ordo, ipse Aristoteli oĩbus ferè ordinatis tractatibus institutus. Vt ab vniuersalioribus, doctrinam omnem tradere inciperet. Ita libro primo Analytico. πρότερον γὰρ περὶ συλλογισμοῦ λεκτέον, ἢ περὶ ἀποδείξεως, διὰ τὸ καθόλου μᾶλλον εἶναι τὸν συλλογισμόν. Prius etenim de syllogismo dicendum, quàm de demonstratione, quia vniuersale magis sit syllogismus. Et initio Elenchorum, λέγωμεν ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων. Dicamus incipientes secundum naturam a primis. Sic vbique in libris Physicis à causis incepit vniuersalibusque. Est enim vniuersale, causa; ait enim penultimo capite primi apodictici. τὸ δὲ καθόλου τίμιον, ὅτι δηλοῖ τὸ αἴτιον. Vniuersale vero honoratius, quia declarat causam. A causis ergo & uniuersalibus semper ordine doctrinę progressus est. Vniuersalius autem esse ciuitatem totam, domibus ipsam conficientibus; & domus, ipsis patre, & matre familias, filiis, seruisque itidem uniuersalius est. Hac ergo ratione a politicis est incipiendum, postea œconomica sequetur, ultimo Ethica. Alia etiam ratione politicam pręcedere affirmare possim, quia ipsius munus & mores ciuium, legibus & institutis ordinare, fœlicitatisque fine proposito, ad eam ciues ducere. Quòd testatur Nicomachiorum primo capit. 2. πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτό, τί ποτέ ἐστι, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης, καὶ μάλιστα τῆς ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δ' ἐστὶ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται. Tentandum est figura ipsum (finem ultimum) comprehendere quid est, & cuius scientię uel facultatis sit. Videretur forte, principalissimę, & maxime architectonicę: talis autem & politica uidetur. Quia ut subiunxit ipsa iubet quas scientias esse in ciuitate oporteat, & qualem unusquisque addiscere, & quousque oporteat. atque ideo duobus capitib. postea politicam appellat. Quinimò initio primi moralium paruorum non Ethicen sed politicen appellari iustius docet τὸ δ' ὅλον καὶ τὴν ἐπωνυμίαν δικαίως δοκεῖ ἄν μοι ἔχειν ἡ πραγματεία οὐκ ἠθικὴν ἀλλὰ πολιτικήν. Totum uero, & nomẽclaturam iustè vr̃ mihi tractatio, non ethicem, sed politicam habere. Prius ergo de politica tractandum, quàm de domo, & unoquoque nostrum, quia illa, & domos, & nos ipsos instituit. quod ipse primo politico cap. 2. comprobat his uerbis. ἡ δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν. καὶ πρότερον δὴ τῇ φύσει πόλις, ἢ οἰκία καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐστι, τὸ γὰρ

ὅλον πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους. Horum uero communio domum & ciuitatem. Et prius sanè est natura, ciuitas quàm domus, & vnusquisq; nostrum. Totum enim necesse est prius esse parte. Ad hǽc ré faciunt etiam verba vltimi cap. eiusdem libri hæc. ἐπεὶ γὰρ οἰκία μὲν πᾶσα μέρος πόλεως· ταῦτα δ' οἰκίας· τὴν δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετὴν, ἀναγκαῖον πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας. Cum Domus omnis, pars sit ciuitatis, hæc vero Domus; partis vero, virtutem totius spectare oporteat, necesse est, ad ciuitaté spectantes, & filios & mulieres instituere. Ratione ergo Aristotelici in reliquis philosophię partibus ordinis obseruati, ratione totius, ratione vniuersalis, ratione principalissimę & architectoricæ facultatis, rōne naturæ, priores proculdubio sunt disponendi politici libri. In quibus cur primo œconomicē exposuerit, ipse causam statim primo capite assignauit. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν (ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός), οὕτω καὶ πόλιν ἐξ ὧν σύγκειται σκοποῦντες, ὀψόμεθα. Quemadmodum etenim in aliis, compositū vsq; ad incomposita, necesse est diuidere (hæc. n. minimę particulæ sunt totius) sic & ciuitatem ex quibus constet considerantes videbimus. Et mox: εἰ δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ τούτοις κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν. Si quis a principio, res nascentes viderit, & in aliis, sic & in his pulcherrime cōtemplabitur. Hoc igitur primo, nascentem ciuitatem contemplatur, qua, domus ipsa natiuitate prior recte est in œconomica dicta. qua etiam prior est natiuitas maris & fœminę domum constituentis. Sed institutio eorum ad virtutem, ad fœlicitatem, non ideo prior ipsa vel domo, vel ciuitate. Itaq; recte dicendum est hic singulos homines, & domū considerari veluti principia ciuitatis, atq; ideo primarium sermonem de ciuitate esse, deq; ea, vti de natura priore, priorem doctrinā esse tradendam. Quę ratio si firma est, vti sanè videtur, finis Nicomachiorum nihil contra eam; imo hoc ipso fine arguitur eos libros re vera Aristotelis nō esse, sed vti Cicero sensit Nicomachi. Ciuiles ergo libri primi in morali ordine sunto, octo scilicet politici. neq;.n. alios habemus, & hos quidem non perfectos. Quibus videtur aptissime coniungi liber de Poetica, nam cum fine octaui politici pueros & adolescentes instituens, de Musica loqueretur sic inquit φαμὲν δ' οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν, καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν, καὶ καθάρσεως. τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ἐροῦμεν σαφέστερον. Dicimus vero non vnius vtilitatis gratia oportere Musica vti, sed pluriū, etenim & institutionis. Quid vero purgationē dicamus nunc quidem simpliciter, rursus vero in iis quę de poetica dicemus clarius. Rectè igitur, eo statu quo sunt octo his politicis libris liber de poetice adiungetur. Est.n. poetica, institutio q̄dā pueris, adolescentibus, populo vniuerso accōmodata qđ ipsius Aristotelis, & ante eū Platonis, & post eū Plutarchi testimoniis cōprobatur. Quē sequent libri Rhetorici, nā & hos sub politicā cadere ex ipsius testimoniis supiore libro ostēdimus, recteq; vr̄ poetico generi, genus orationis demōstratiuę cohærere, ad iuuenes populūq;, aliorū landatione seu vituperatione inflāmandos ad virtuté, & a vitiis absterrendos. Qđ ex Platonis Menexeno fuisse Athenis in vsu apparet. qđ genus seq iudiciale debet, qđ factorū recte vel secus, p̄mia & pœnas exigit. Tertio loco deliberatiuū sit; qđ reipublicę vniuersę prœuidet Quā q̄ Plutarchus. nono Symposiaco, hoc genus scđo, loco iudiciale vero tertio ex antiquorum authoritate collocet. post Rhetoricos, œconomicus lib. 1. sequat̄, nā duos reliquos nothos eē ōndimus. Particularius.n. quoddā q̄ Politici, Poetici, & Rhetorici tractat. Quē sequantur eadē ratione, & Aristotelis ordine superius ex primo polit -

eo ostenso libri Ethici, ij scilicet qui Aristotelis legitimi sunt, scilicet parui qui hactenus magni sunt vocati. nam hi Aristotelis indubie sunt. Atq; hæc actiui generis philosophia. quam sequitur factiua, quæ vnico libro mechanico est cōprehensa. Hęc ergo est series Aristotelis dogmaticorum librorū, post quàm est collocanda altera series problematicorum, problematū (scilicet si modo Aristotelis sint vere) quæ & ipsa cum variorū generum sint, per genera superiora sunt distinguenda singulęq; sectiones suis generibus subiiciendæ. Vt si quę Logici generis sint primo loco statuantur, secundo si q̄ ad entium scientiam pertineant. Tertio si quę ad sapientiam, ac de reliquis itidē eadem serie qua librorū genera disposuimus. Sed profecto, Logici generis atq: Entis nullæ videntur esse. Neq; etiam de sapientia. Itaq; primæ in ordine sunto quæ mathematici generis sunt. Vt q̄ 15. hactenus fuit. quęcunq; mathematica, & circa cęlestia. secūda quę 19. Quęcunq; ad harmoniā. Hunc ordinē Physicus cōsequitur in quo vniuersaliora sine dubio & excellentiora p̄cedere debent, dein quę minus vniuersalia, postremo quæ minime: quod quidē difficile in maxima illa confusione, est obseruare, sed vtcunq; potest id fieri, facere est anuitendum. Primum itaq; locū inter Physica obtineant, quæ circa aerem. Secundū quę circa ventos aeris passiones. Tertium quæ circa temperies aeris. Quartum quæ circa mare. Quintū quæ circa calidas aquas. Sextū quæ ad inanimata. Septimum quæ ad animata. Octauum quę circa arborea, & herbacea. Nonum quæ circa fructus. Decimū quæ circa farinam & placentas. Vndecimum quæ decima sectio fuit sub titulo Epitome Physicorum. Quæ ad hominē vniuersaliter spectant; veluti ēt ea videtur quæ ex Sympathia inscribitur. Duodecimum deinde ea q̄ ad vniuersum hominis corpus. 13. quæ ad colorem vniuersi corporis. 14. quæ ad tremorem & palpitationē. 15. quę ad laborem. 16. quę ad sudorem. 17. quæ medicinalia hęc.n. ad totum corpus p̄tinere possunt. Vt etiā ea quæ ex situ. 18. quę sint loco. 19. ea quę ad nobiliorem hominis partem attinent mentem scilicet. sub titulo. quæ ad prudentiam, mētem & sapientiam. 20. quæ ad corporis nobilissimam partem caput. Scilicet quę ad ebrietatem, quę cognitionem auferunt. 21. deinde ea quę eam afferunt. Vt quæ ad oculos. 22. quæ ad aures. 23. quæ ad voces aurium obiectum. 24. quæ ad nasum. 25. quę ad odorata. 26. quæ ad fœtida. 27. quæ ad os. 28. que ad tactū. 29. quę ad rem venereā, tactus scilicet speciem. 30. quæ ad partes sub oculis. Post Physicū vero genus sequatur id quod ad mores pertinet in quo tres sunt sectiones. Scilicet quæ ad timorem & fortitudinem. Secunda quę ad temperantiam, & intemperantiam. Tertia quę ad iustitiam, & iniustitiam. Quibus adiungatur vltimo loco ea sectio, quæ ad philologiam spectat. Confusionem vero problematum singulorum sub singulis sectionibus comprehensorum, nō audet animus in ordinem redigere. Atque ideo hic finis esto totius Aristotelicorum librorum ordinis.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS

AVDITORES, SECTATORES, EXPOSITORES.

LIBER DECIMVS.



HACTENVS studiose adolescens expositum habes a nobis, satis longa non dicam sermonis, sed multorum librorum prolixitate, quęcunque de Aristotele ipso, deque eius vel legitimis vel nothis libris tum ex antiquis authoribus tum etiam ex ipsomet Aristotele colligere, ac disponere potuimus. Rem vt puto tibi non inutilem ad Aristotelicæ philosophiæ studia futuram: quippe quę te ex multis Quæstionum Scolasticarum ambagibus exsoluere queat; atque etiam spiritum animumque tuis studijs indere eo ordine, quo & librorum genera, generumque libros Aristotelica senten tia disposuimus. Quoniam vero doctrina hisce libris comprehensa & auditores olim & sectatores multos habuit, & propter ipsius obscuritatem, etiam explanatores, tum antiquissimos, tum etiam recentiores, operę precium visum est, vt eos viros a quibus ingentia scientiarum volumina sunt edita, quibusque ob id ingentes habere gratias debemus non ignorares; quod plerisque earū scientiarum sectatoribus accidit. Vt quos authores omnis eorum doctrinę agnoscunt, qui, qualesue, qua patria, quibus temporibus fuerint prorsus ignorent. Quę res, & nostris his, parum laudis promeretur; illisque multū laudis & glorię abrogat. Vtrumque pręsente hoc volumine tibi restituere pro mea uirili conabor, exponamque singilatim quęcunquæ in antiquorum authorum monumentis, non sine multo sanè labore conquisiui. Ordiar itaque a primis illis Aristotelis auditoribus, nomineq; peripatetico. quo & Aristoteles ipse & eius omnes tum auditores tū amatores vocari amauerunt. Peripateticorum itaq; nomē. ἀπὸ τοῦ περιπάτου, a deambulatione fluxisse certū est. Sed an his deambulator, primus, Plato, vel Aristoteles fuerit, id sanè incertum est. Plerique enim authorum putant, Aristotelem omnium primum deambulatorem fuisse, deambulandoque in Lyceo mane, & vespere, suos discipulos docuisse. Quod Cicero attestatur primo Academico. Sic scribens. Nam cum Speusippum Sororis filium Plato, philosophię quasi hęredem reliquisset; duos autē pręstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Calcedonium, & Aristotelem Scagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant deambulantes in Lycio. Contra Diogenes Laertius, & Ammonius Hermię, aiunt a Platone id nomen ortum. Sic enim ille in fine Clitomachi. ἡμεῖς δὲ τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος διεληλυθότες, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος περιπατητικοὺς, ὧν ἦρξεν Ἀριστοτέλης. Nos vero; Academicos, qui a Platone, cum recensuerimus, veniamus ad Paripateticos qui a Platone. quo-

rum princeps fuit Aristoteles. Ammonius vero prolegomenis Categoriarũ ita scripsit. οἱ δὲ περιπατητικοὶ, διὰ τοιαύτην αἰτίαν οὕτως ἐλέγοντο. Πλάτων γὰρ γυμνασίας ἕνεκεν περιπατῶν, ἐποιεῖτο τὰς πρὸς τοὺς ἑταίρους συνουσίας. ὃν ὁ Ἀριστοτέλης διαδεξάμενος ἔσχε τὴν ἐκ τῆς ἐνεργείας, ἤτοι τὴν τοῦ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν. Peripatetici vero, talẽ ob cãm ita dicebantur. Plato.n.exercitij causa deãbulans, faciebat cũ socijs cõuersationes, cui Aristoteles succedẽs, habuit ex actione, seu accidẽte cognomẽ. Horũ sententię fauet illa opinio quę peruulgata est, Platonem cum esset nimium vegeto corpore, eius extenuandi gratia, Academiam locum insalubrem ad habitandum atque etiam ad docendum elegisse, ibique ne nimis aeris pestilentia illi noceret, deambulationes exercuisse. Fuerit ergo vel Plato vel Aristoteles primus deambulator, Aristoteles certe, Princeps Peripateticorum ab omnibus, semper est habitus. Quo nomine eum, nos quoque honorabimus. Docebat itaque, vti superius tradidimus, in Lyceo deambulando, mane secretiores doctrinas, eamque deambulationem matutinam ἑωθινὸν περίπατον. vespere vero vulgatiores, eamque δειλινὸν περίπατον, vespertinam deambulationem appellabat. Quibus doctrinis omnes suos discipulos, quos multos habuit, vt ait Strato eloquentes fecit. quorum nomina, quę inueni subscribam. Theophrastus, & Phanias Eresij. Eudemi duo, Rhodius & Cyprius. Clearchus Solensis, Dicęarchus Messenius, Aristoxenus Tarantinus, Callisthenes Olynthius sororis Aristotelis filius, Hipparchus Stagirites, & Aristotelis cognatus, Clitus Milesius, Critolaus quidam, Diocles, Menedemus Rhodius, Leon Byzantius. Nicanor quẽ generum sibi testamento constituit. Philo. Plato iunior, Satyrus, Socrates Bythinus, Timarchus, Mnason, Hermias Eunuchus. Phrasidemus Phocensis, Antipater Iolai, Menon, Palęphatus Abydeuus, Aeschrion, qui & amasij eius fuerũt. Callippum etiam Astrologum cuius ab Aristotele quinto de sapientia fit mentio, licet his adiungere, quem testatur Simplicius secundo de Cœlo, commem. 46. cum Aristotele contulisse quę de Astrologia a Polynarcho Eudoxi discipulo didicerat, eaque cum eo correxisse. Omnium horum celeberrimi nominis fuit Theophrastus, quem ait Strato, omnium suorum discipulorum Aristotelem, fecisse eloquentissimum. Cicero autem non dubitat ex multorum sententia, eum etiam Aristotele maiorem appellare. Qualis, hic vir fuerit, quotque ac quales libros scripserit, satis ex Laertio constat, sub dam vero hic libros aliquot, ab illo non numeratos, apud alios authores repertos. Nam librum περὶ γενέσεως στοιχείων, de elementorum generatione citat Simplicius tertio de cœlo comm. 11. Simplicius idem primo Physico com. 17. librum decimum de motu Theophrasti citat, cum Diogenes non nisi tres recensuerit. Iterum libro 8. cõm. 43. Tertium de cœlo nominat, cum Diogenes vnum tantum commemoret. Libro verò secundo de cœlo cõm. 11. librum Theophrasti περὶ ταχυτήτων de velocitatibus citat. Atheneus verò libro 14. illi, vel Aristoteli commentarios Phasianorum attribuit. Eudemos duos habuit auditores, alterum Rhodium, de quo Simplicius sępisimè habet mentionem, cuius vt puto sunt moralia Eudemica, ac fuerunt analytica Eudemica. hic post Aristotelem vixit, vt ex principio commentariorum Simplicij in primum de motu cõiectura satis aperta est manifestum, huius etiam primo Physico cõm. 13. citat Geometricam historiam, & Laertius in procemio, aliam quandam eius historiam affert, in qua retulerat Magorum sententiam esse, homines resurrecturos. Alter fuit Cyprius, de cuius morte, in Sicilia dum esset fautor Dionis, vt ex Plutarchi

Dione

Dione patet, Aristoteles ipse scripsit ea quę ex primo de Diuinatione Ciceronis superius attulimus. in cuius honorem, Aristoteles Dialogum de Anima, sub eius nomine conscripsit attestante id Plutarcho in Dione his verbis. συνέπραττον δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοὶ, καὶ τῶν φιλοσόφων. ὅτε κύπριος εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα, τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε. Coadiutores verò fuerunt, & ciuilium multi, & Philosophorum: & Cyprius Eudemus, in quem vita functum, Aristoteles Dialogum de Anima scripsit. Fuit etiam vt plerique credunt inter Aristotelis discipulos Theodectes, ad quem dicitur Aristoteles libros quosdā Rhetoricos scripsisse, de quibus Valerius Maximus libro octauo sic scribit; de Aristotele loquens, is namque Theodecti discipulo Oratoriæ Artis libros, quos ederet donauerat, molesteque postea ferens, titulum eorum sic alij cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse adiecit. Id autem factum ab eo est Rhetorico tertio cap. 12. His verbis αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων, σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται. Principia verò periodorum ferè in Theodectis sunt enumerata. Sed in procemio Rhetoricæ ad Alexandrum, artis istius ad Theodectē fit mentio, περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις ὧν τὸ μὲν ἐστιν ἐμὸν, ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις, τὸ δ' ἕτερον κόρακος. Operam verò dabis his duobus libris, quorum alter meus est, in ijs artibus quas Theodecti scripsi, alter Coracis. Non tamen hæc verba arguunt, hunc librum, qui nunc vnus est non duo, Aristotelis, non autem Anaximenis esse. potuit enim Anaximenes quoque ad Theodectem artem scribere, cum vtque in expeditione Asiatica Alexandro Socius fuerit. Quod de Theodecte Plutarchus in Alexādro testatur, Laertij verò verba illa τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, seu συναγωγῆς, artis Theodectis, introductionis, seu collectionis lib. 1. indicant potius Aristotelem, collectionem quandam vel introductionem artis a Theodecte conscriptæ, vno libro scripsisse. Videtur nanque is socius & amicus Aristotelis fuisse potius quàm discipulus, nullius enim discipuli Aristoteles vnquam mentionem fecit. huius verò quinquies vel sexties etiā secundo Rhetorico, & semel primo Politico meminit, citatque loca ex eius Tragœdijs, Alcmeone, Aiace, Socrate, Oreste, Lege, Helena, de quo Suidas. Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου φασηλίτης ἐκ λυκίας ῥήτωρ. τραπεὶς δ' ἐπὶ τραγωδίας, μαθητὴς Πλάτωνος καὶ Ἰσοκράτους, καὶ Ἀριστοτέλους. οὗτος καὶ ὁ ἐρυθραῖος Ναυκράτης, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀπολλωνιάτης καὶ Θεόπομπος ἐπὶ τῆς ργ'. Ὀλυμπιάδος εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσόλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης. καὶ ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγωδίᾳ, ἄλλοι δὲ φάσιν Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. δράματα δ' ἐδίδαξεν ν. τελευτᾷ δὲ ἐν ἀθήναις ἐτῶν γεγονὼς μα. καὶ μέτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος. ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην. Theodectes Aristandri Phaselites ex Lycia Rhetor, versus tamen ad Tragœdias; discipulus Platonis Isocratis & Aristotelis. Hic, & Erythræus Naucrates, & Isocrates apolloniates Rhetor, & Theopompus, decimatertia Olymp. dixerunt epitaphium in Mausolum Artemisia eius vxore procurante. Et vicit, maximum honorem reportans ex ea quam dixit Tragœdiam. alij verò ferunt Theopompum primas tulisse. dramata docuit quinquaginta; moritur Athenis annorum 41. patre superstite. scripsit etiam Rhetoricam artem versibus. & alia quædam collectanea. Dicæarchus quoque Messenius Siculus inter præcipuos Aristotelis discipulos est habitus. De quo Suidas in hunc modum. Δικαίαρχος φειδίου Σικελιώτης ἐκ πόλεως μεσσήνης, Ἀριστοτέλους ἀκουστής, φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ καὶ γεωμέτρης, καταμετρήσεις τῶν ἐν πελοποννήσῳ ὀρῶν, ἑλλάδος βίον, ἐν βιβλίοις γ. οὗτος

ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν, καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸν τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι, καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ. Dicæarchus Phidiæ Siculus ex vrbe Messana, Aristotelis auditor Philosophus, & Rhetor & Geometra, dimensiones Peloponesi montium, Græciæ vitam in libris tribus. hic scripsit Spartiatarum Rempublicam. Et lex Lacedæmone posita est, vt singulis annis ea oratio legeretur ad Ephororum tribunal, & qui iuuenilem haberent ætatem, audirent. atque id ad multos annos tenuit. Hanc fortè montium dimensionem, innuit Strato libro primo cum Dicæarchum cõnumerat illis qui Geographiam attigerunt. librorum verò di vita Græciæ meminit Athenæus lib. 13. atque alijs locis libros hos, de Alcmane, de Alceo, de Descensu in Teophonij antrum, de Sacrificio ad Ilium, Tripoliticum, Olympicum. Sextus autem Empiricus libro primo cap. 19. ait eum scripsisse, hypotheses in fabulas Euripidis & Sophoclis. Aristophanis interpres, in Vespibus, citat eius librum περὶ μουσικῶν ἀγώνων, de musicis certaminibus. Cicero vero, librum de hominum interitu citat libro de officijs secundo. Libro etiam quarto de finibus, Principibus Philosophis eum annumerat, de Panætio loquens. Semperque habuit, in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicæarchum. Huius, Plutarchus sæpe mentionem facit, interque primarios philosophos reponit Aristotelem, Theophrastum, Hieronymum. & Sympofiaco quarto pulcherrimam eius affert sententiam ὥσπερ ᾤετο χρῆναι Δικαίαρχος, εὔνους μὲν αὐτῷ παρασκευάζειν ἅπαντας. φίλους δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Quemadmodum putauit Dicæarchus, oportere quidem beneuolos sibi, omnes parare, amicos verò bonos viros facere. De Aristoxeno Suidas in hunc scribit modum. Ἀριστόξενος, υἱὸς Μνησίου τοῦ καὶ Σπινθάρου μουσικοῦ, ἀπὸ Τάραντος τῆς Ἰταλίας. διατρίψας δ' ἐν Μαντινείᾳ, φιλόσοφος γέγονε. καὶ μουσικῇ ἐπιθέμενος οὐκ ἠστόχησεν, ἀκουστὴς τοῦ τε πατρὸς, καὶ Λάμπρου τοῦ Ἐρυθραίου, εἶτα Ξενοφίλου τοῦ Πυθαγορείου, καὶ τέλος Ἀριστοτέλους· εἰς ὃν ἀποθανόντα ὕβρισε, διότι κατέλιπε τῆς σχολῆς διάδοχον Θεόφραστον, αὐτοῦ δόξαν μεγάλην ἐν τοῖς ἀκροαταῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ἔχοντος. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν μετέπειτα χρόνων, ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς ρια' Ὀλυμπιάδος σύγχρονος τῷ Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ. συνετάξατο δὲ, μουσικά τε καὶ φιλόσοφα, καὶ ἱστορίας καὶ παντὸς εἴδους καὶ παιδείας, καὶ ἀριθμοῦνται αὐτοῦ τὰ βιβλία εἰς υνγ. Aristoxenus filius Mnesiæ, qui & Spintharus, Musici, ex Taranto Italiæ. commorans verò in Mantinea, philosophus est factus. Et Musicæ incumbens, non est frustratus. auditor Patris & Lampri Erythrei, dein Xenophili Pythagorei, postremo Aristotelis, in quem vita functum, iniurius fuit, quia Scholæ successorem reliquisset Theophrastũ, cum ipse inter Aristotelis auditores in magna esset opinione. fuit verò Alexandri, et etiam posteriorum temporibus. vt fuerit a centesima vndecima Olympiade contemporaneus Dicæarcho Messenio, conscripsit verò Musica, & philosophica, & historias, & omnis generis, & de educatione. vt numerus librorum eius sit 453. inter quos libros quatuor de Musica citat Atheneus libro 14. qui nondum Græce impressi, apud nos sunt. Cicero de Aristoxeno Tusculana prima superius citata loquens sic scripsit. Alter ita delectatur suis cantibus, vt eos etiam ad hæc transferre conetur, harmoniam autem ex interuallis sonorũ nosce possumus, quorum variã compositio harmonias etiam effecit plures, membrorum verò situs, & figura corporis vacans animo, quam possit harmoniam efficere, non video. Sed hic quidem quamuis eruditus sit, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat. Phanias verò conterraneus Theophrasti, au-

ditor

ditor & Aristotelis, & Theophrasti, scripsit & ipse multa, ex quibus Athenæus varijs locis citat, De Pretis, contra Sophistas, de Siculis Tyrannis, Tyrannorum excidium, Eresiorum Prytanas. & de Plantis libros aliquot, quorum quidem idem author libro 9. appellat. Ammonius verò ait eum scripsisse etiam Categorias, Analytica, de interpretatione. οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, εὔδημος καὶ φανίας, καὶ Θεόφραστος γεγράφηκασι κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν. Discipuli enim ipsius (Aristotelis) Eudemus, & Phanias, & Theophrastus, scripserunt Categorias, de interpretatione, & Analyticen. Clearchus Solensis ipse quoque per multos libros confecit, quorum nomina aliquot sunt apud Athenæum. ἐρωτικά, amatoria, γεργίθιον, Gergithium, παραγραφαὶ transcripta. περιγραφαί, descriptiones. περὶ γρίφων, de griphis. hi quid sint Aristophanis interpres in vespibus sic explicat, γρῖφοι δὲ λέγονται, τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλλόμενα, αἰνιγματώδη ζητήματα. Griphi verò vocantur, ænigmaticę quæstiones, quæ in conuiuijs proponuntur. περὶ βίων, de vitis. περὶ θινῶν, de arenis. περὶ νάρκης de torpedine. περὶ παιδείας, de educatione περὶ πανικοῦ, de panico, περὶ παροιμιῶν, de prouerbijs, περὶ σκελετῶν, de crura habentibus. περὶ τῶν ἐνύδρων, de aquatilibus. περὶ τῶν ἐν Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματικῶν, de Mathematicis, quæ in Platonis Repub. sunt. περὶ φιλίας, de amicitia. περὶ φυγαδείας de exilio. Ex quibus libris multos locos citat idem author. Menedemo Rhodio, vt narrat Gellius libro 13. cap. 5. Aristoteles ipse, Theophrastum prætulit in scholę successione, quem locum satis est indicasse: huius libros nullos vsquam inueni appellatos. ipsius aliquando meminit Plutarchus. Diotelem verò, Aristomenem, Timarchum, Curatores eius testamenti reliquit simul cum Hipparcho & Theophrasto. Illorum trium nihil pręter hoc ipsum inueni; De Hipparcho verò Suidas sic ait Ἵππαρχος σταγειρίτης φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους γνώριμος καὶ συγγενής· τὶ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος, καὶ ἄλλα τινά. Hipparchus Stagirites philosophus. Aristotelis auditor, & consanguineus. quid mas & fœmina apud Deos, & quid nuptię & alia quędam scilicet scripsit, Callisthenes Aristotelis fuit ex sorore seu ex consobrina nepos Olynthius. de quo multi multa sed hæc pręcipua. Eum ab Aristotele, Alexandro in Asiam proficiscente studiorum comitem traditum; nimię seueritatis fuisse ita vt nulla in re Alexandro blandiri, aut assentire vellet, imò aperte, & audacter de eo loqui, ipsumque coram reprehendere sępe auderet: quam rem intelligens Aristoteles versum illum Homeri protulit ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ᾽ ἀγορεύεις. Citę mortis eris mihi fili, qualia loqueris. & Alexander alterum ex alio Poeta μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐδ᾽ αὑτῷ σοφός. Odio habeo sapientem, qui neque sibi sapiens est. His moribus odium Regis incurrit, qui eum suspectum pręterea habuit coniurationis illius, quam Hermolaus contra regem parauerat: quibus de causis eum ferrea cauea inclusum circumferri iussit. tandem situ obductus & pediculis leoni obiectus est. De quo Suidas, ita scripsit. Καλλισθένης Δημοτίμου. οἱ δὲ καλλισθένους, ὀλύνθιος. μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς. ὃν ἐδίδαξεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. τινὲς δ᾽ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ, ἀνῃρῆσθαι φασὶν ἅμα Νεάρχῳ. ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. καὶ φέρεται λόγος ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέψει. Callisthenes Demotimi, alij Callisthenis Olynthius. discipulus Aristotelis, &

consobrinus, quem dedit sequi Alexandrum Macedonem; is verò in caueam ferream conijciens, interemit simul cum Nearcho Tragico. qui ipsi consulebat, non requirere ab Atheniensibus vocari dominus. Alij ipsum vt coniurantem contra Alexandrum, interemptum cum Nearcho. erat autem aptissimus natura improuise loqui, & fluxu multo ferri. & fertur sermo, quod Callisthenes, a pediculorum redundantia, & ebullitione vitam obiit. scripsit historiam quandam. Simplicius verò secundo de cœlo, commen. 46. hęc de eo habet verba διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφῖχθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ, ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐνεακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, σωζομένας. Eo quia nondum a Callisthene ex Babylone missæ in Græciam venerant, obseruationes; quod illi Aristoteles iniunxerat. quas narrat Porphyrius esse mille & noningentorum trium annorum vsque ad Alexandri Macedonis tempora seruatas. Nicanor fuit filius Proxeni Atarnensis, apud quem vt Ammonius scribit Aristoteles post obitum parentum fuit educatus. Cuius filium Nicanorem, gratitudinis ergò, Aristoteles educauit, ac in filium adoptauit, testamentoque legauit vt Pythias eius filia vxor illi daretur. quod & factum est. de qua re, Sextus Empiricus libro primo cap. 16. ita scripsit. Pythias autem filia Aristotelis nupsit tribus viris. Primum quidem Nicanori Stagiritæ familiari Aristotelis. Secundo autem Procli &c. quæ primo libro retulimus. Hermias autem Eunuchus qui matrem Pythiadis Aristoteli tradiderat in vxorem ipse quoque Aristotelis discipulus fuit de quo Suidas. Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος Ἀταρνεύς, χώρα δ' ἐστὶ Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἧς καὶ ἦρχε, βασιλέως τοῦ Περσῶν ὑπήκοος· εὐνοῦχος δὲ καὶ δοῦλος γενόμενος Εὐβούλου Βιθυνοῦ δυνάστου καὶ φιλοσόφου, ἀσκηθεὶς παιδείαν παρ' Ἀριστοτέλους, ἔγραψε περὶ ψυχῆς ὅτι ἀθάνατος. Hermias Eunuchus Atarneus, (est autem regio Mysiæ quæ est ad Hellespontum) cuius etiam princeps fuit, Persarum Regi subditus. Eunuchus verò & seruus fuit Eubuli Bithyni Dynastæ & Philosophi, ab Aristotele eruditus, scripsit de Anima quòd immortalis. Strato autem Geographiæ libro 13. ita de eo scribit. Fuit autem Hermias Eunuchus, Trapezitæ cuiusdam famulus, qui Athenas profectus, Platonem, Aristotelemque audiuit, postea ad dominum reuersus, atque cum eo primum & Atarnenses & Assenses aggresso imperauit, postea illi successit, & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curauit, Aristoteli etiam consobrini filiam dedit. Per idtempus Memnon Rhodius, cum Persis ministraret & exercitum duceret, simulata cum Eunucho amicitia, hospitalitatis nomine, & tractandarum rerum gratia, illum ad se vocat; quem cum comprehendisset, ad regem misit, ibique suspensus est. Philosophi verò, fugientes loca a Persis occupata, incolumes euasere. Laertius autem etiam Amasium Aristotelis eum ex aliquorum sententia ait fuisse. Talem etiam fuisse Aeschrionem Suidas commemorat. Αἰσχρίων Μιτυληναῖος, ἐποποιὸς ὃς συνεξεδήμει Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, ἦν δ' Ἀριστοτέλους γνώριμος, ὡς Νίκανδρος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν. Aeschrion Mitylenæus poeta Heroicus. qui cum Alexandro Philippi, in expeditione fuit. fuerat autem Aristotelis discipulus, & amatus, vt Nicander Alexandeus, in libro de Aristotelis discipulis. Cuiusmodi fuit etiam Palæphatus Abydenus vt idem Suidas tradit. Παλαίφατος Ἀβυδηνὸς, ἱστορικὸς, Κυπριακὰ, Δηλιακὰ, Ἀττικὰ, Ἀραβικά. γέγονε δ' ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. παιδικὰ δ' Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, ὥς φίλων. Palæphatus Abydenus,

denus, historicus, Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica. Fuit autem sub Alexandro Macedone, amasius verò Aristotelis philosophi, vt Philo. &c. Philo etiam quidam cuius meminit Athenæus libro 13. καὶ Σοφοκλῆς δέ τις, ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας τοὺς φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς. καθ' οὗ λόγον ἔγραψε φίλων Ἀριστοτέλους γνώριμος. ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ Σοφοκλέους Δημοχάρους πεποιηκότος τοῦ Δημοσθένους ἀνεψιοῦ. Et Sophocles quidam, suffragijs omnes philosophos, ex Attica eijciebat. contra quem scripsit Philo, Aristotelis discipulus, cum pro Sophocle Apologiam fecisset Demochares, Demosthenis consobrinus. Socrates quoque Bithynus, cuius meminit Laertius in Socrate. Plato etiam Iunior cuius itidem in Platone idem Laertius. & Philoponus cum commen. in Analyticos de syllogismo cap. de mixtione necessarij & inesse, sic scribit. Verum alij vt Theophrastus, Eudemus, Plato negant sic se habere vt Aristoteles inquit, non Platonem Aristotelis præceptorem, sed Platonem discipulum intelligit. Satyrus quoque quidam fuit Aristotelis discipulus, vt apud Atheneum initio libri 13. est videre, cuius libros hos, βίοι, vitę libro 12. βίος Φιλίππου, vita Philippi. lib. 13. & περὶ χαρακτήρων, de characteribus. libro 4. Leo Byzantius etiam a Suida inter Aristotelicos auditores connumeratur. Λέων, Βυζάντιος φιλόσοφος περιπατητικὸς καὶ σοφιστής, μαθητὴς Πλάτωνος, ἢ ὥς τινες Ἀριστοτέλους· ἔγραψε τὰ κατὰ Φίλιππον, καὶ τὸ Βυζάντιον, βιβλίοις ζ. Τευθρανικόν, περὶ Βησάλου, τὸν ἱερὸν πόλεμον, περὶ στάσεων, τὰ καθ' Ἀλέξανδρον. Leo Bizantius philosophus Peripateticus, & Sophista, discipulus Platonis, vel vt quidam Aristotelis, scripsit ea quæ inter Philippum & Byzantium, libris septem. Teuthranicum, de Besalo, sacrum bellum, de statibus; Alexandri gesta. Is erat, vt Suidas, prępinguis, cumque apud Athenienses legatione fungeretur, pinguedine sua risum in populo commouit, tum ipse, videtis ob pinguedinem hanc? scitote me vxorem longè pinguiorem habere, attamen concordes nos, vnus lectus capit, discordes ne tota quidem domus. cumque per epistolam eum Philippus tamquam a se pecunijs corruptum, apud populum in suspicionem proditionis posuisset, populusq; ad eius domum tumultu magno accurrisset, timens ne lapidibus obrueretur se ipsum suffocauit. Mnason Phocensis, is fuit qui cum Aristotele simul, Platonem iam octuagenarium e schola eiecerunt, vt ex Aeliano primo libro retulimus. Menonis etiam apud Galenum fit mentio, libro primo de Natura humana. vbi ita scribit. Quod si veterum velis placita medicorum cognoscere, quos legas libros habes, vbi decreta sunt medica contracta, ascriptos quidem Aristoteli, a Menone tamen eius auditore sine controuersia scriptos. quo circa Menonija quidam his libris nomen dederunt. Fuit etiam Aristotelis discipulus, Antipater Iolai qui in Macedoniæ regnum successit, Alexandro eius iussu, Aristotelisque opera, veneno sublato. scripsit is vt Suidas refert. Epistolarum libros duos in quarum vna Aristotelis obitum exposuit, vt alicubi Plutarchus refert: historiam Perdiceæ, illyricas actiones. Phrasidemus quidam a Diogene, in Stilpone Peripateticus numeratur, qui fortè Aristotelis auditor fuit, nam Theophrasti tempore floruit. Qui Theophrastus, Aristoteli, eius iussu in schola successit. Cuius solius ex tam magno Aristotelicorum auditorum numero aliquot libri supersunt. Quem Cicero Tusculana quinta elegantissimum omnium philosophorum & eruditissimum appellat. Vitam eius a Laertio scriptam habemus: in qua tradit eum plus quàm quatuor millia auditorum habuisse: de tam grandi numero, non nisi paucorum nomina inuenimus. fuerunt au-

tem si Metrodorus Theorematicus, Temagoras Gelous. Nicomachus Aristotelis filius, Nicanor Aristotelis gener. Proclus & Demaratus Aristotelis nepotes ex filia. Erasistratus medicus, Callinus, Demotimus, Callisthenes alius. Melanthes, Pancreon, Nicippus, Pompylus qui eius seruus fuit, Ctesarchus Hegesias, Callippus, Philomelus, Lysander, Philion, Olympiodorus, Adimantus, Androsthenes, Arimneftus, Lysistratus, Thesippus, Dioscorides Dionysij, Astycreon, Lynceus Samius, Hippolochus Macedo, Simachus. Praxiphanes, Metrocles. Arcesilaus, Strato Lampsacenus. Inter hos celeberrimi fuerunt, Erasistratus, contra quem Galenus sæpe inuehitur. Nicomachus Aristotelis, qui physicę auscultationis & ethicę patris sui libros quos sæpe recensuimus edidit. Praxiphanes cuius mentio est apud Proclum primo libro in Timæum. Lynceus Samius, cuius apud Athenæum hi libri citantur. Aegyptiaca, pomnemoneumata, apophthegmata, epistolæ ad Diagorã, ad Comicum Posidippum, Centaurus, de Menandro, ars condimentorum. Hippolochi, ab eodem initio libri quarti fit mentio, & epistolæ cuiusdam affertur sententia. Metrocles, qui in Cynicam sectam sese contulit. Arcesilaus, qui a Theophrasto, ad Polemonem Xenocratis successorem transijt, fuitque nouæ Academiæ institutor, cuius uita apud Laertium extat. Neleus Scepsius, cui bibliothecam suam in qua Aristolica inerat vti superius est expositum, reliquit. Strato Lampsacenus. qui physicus est appellatus, atque in schola Teophrasto succesit. cuius vitam a Laertio habemus, ac eius libros enumeratos. Inter quos nominantur liber de coloribus, liber de spiritu. suntque hi qui inter Aristotelicos iã tot annis circunferuntur. is sæpe a Cicerone, a Plutarcho, Atheneo, Galeno, Sexto, Simplicio, alijsq; antiquis authoribus non sine magnis laudibus nominatur. Discipulos multos habuit, inter quos, Olympicum, Aristidem, Mnesigenem, Hippocratem, Epicratem, Gorgylum, Dioclem, medicum apud Galenum celebratissimum. Athanem, Lampyrionem, Daippum, Ireum, Aminiam, Philocratem, Ptolemæum Philadelphum, Lyconem, qui illius testamento scholam est adeptus. eius vita est a Laertio descripta. Hic discipulos habuit Astyanactem, Amphionem, Aristomachum, Pythonem, Heraclium, Lycomedem, Diophantum, Heraclidem Demetrij, Euphronium, duos Lycones, quorum alter eius nepos fuit, Callinum, cui ex testamento, libros non editos reliquit, editos verò Chareti cuidam vt est apud Laertium. Vsque ad huius obitum Peripateticorum successionem in Diogene habemus, singulorumque annorum numerum. nam Theophrastus ab Aristotelis in Chalcidem discessu qui fuit Olymp. 114. anno 3. docere cępit, docuitque vsque ad Olympiadis 123. annum 3. qui sunt anni 36. Strato annos 18. præfuit scholæ. quam legauit Lyconi Olympiade 127. in qua docuit annos 44. Vndecim Olympiadas scilicet, vsque ad Olymp. 138. Huic Aristo Ceus eius auditor succesit, quod Cicero libro quinto de Finibus tradidit. Primum Theophrasti Strato, physicum se voluit appellari. in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque & perpauca de moribus. plura Lycon, & oratione locuples, rebus ipsis ieiunior concinnus deinde & elegans huius Aristo. post quem etiamsi Hieronymum nominet, non tamen inter successores est numerandus, nam is Lyconis tempore vixit, cum quo etiam odia gessit, vt author est Laertius in Lycone. Aristoni succesit Critolaus ex Ciceronis serie, quem Romam Atheniensium legatum venisse ipse author est in libris de Oratore. quod libro 17. Gellius attestatur fuis-

se anno ab vrbe condita 534. qui incidit in annum secundum Olympiad. 140. vt videatur Aristo, minus decem annis Scholam rexisse. Hanc fuisse successionem Peripateticorum Athenis, etiam Plutarchus libro de exilio attestatur sic inquiens. εἰ τὴν περιπατητικὴν ἀπάξῃ μάλιστα καὶ τεθαυμακὰς, Ἀριστοτέλης ἦν ἐκ σταγίρων, Θεόφραστος ἐξ Ἐρέσσου, στράτων ἐκ Λαμψάκου, Γλύκων ἐκ τρῳάδος, Ἀρίστων ἐκ κέω, Κριτόλαος φασηλίτης. Si verò Peripateticam maxime optas ac admiraris, Aristoteles fuit ex Stagiris, Theophrastus ex Eresso. Strato ex Lampsaco, Glyco ex Troade, Aristo ex Ceo, Critolaus Phaselites. Clemens autem Strom. libro primo, sic eadem de re scribit. Apud Platonem philosophatus Aristoteles, cum transijsset in Lyceum, hæresim creat Peripateticam: ei succedit Theophrastus, cui Strato, cui Lycon, deinde Critolaus, deinde Diodorus. oblitus Aristonis, sed post Critolaum Diodorum ponens, non eum qui Cronus est appellatus, qui Stilponis & Theophrasti tempore floruit, sed alterum, cuius alibi quàm apud Ciceronem loco paulo ante citato, mentionem factam non inuenio. Hic eum facit Critolai (vt Clemens) auditorem, sic enim subiungit. Qui autem de summo bono dissentit Critolaus, imitari antiquos voluit, & est quidem grauitate proximus, & redundat oratio, attamen is quidem in patrijs institutis manet. Diodorus eius auditor adiungit ad honestatem, vacuitatem doloris. Hic quoque suus est, de summoque bono dissentiens, dici verè Peripateticus non potest. Aristoni Cei meminit Athenæus libro 13. eiusque libri περὶ ἐρωτικῶν ὁμοίων, de amatorijs similibus: ex quo multa transfert Stobæus in suum anthologium. Laertius verò ex sententia tum Panætij, tum Sosicratis, omnes libros Aristoni Chio Stoico attributos, præter epistolas quæ Stoici huius Aristonis essent, Aristonis Peripatetici esse affirmat, qui sunt, adhortationum duo de Zenonis dogmatis, dialogi, scholarum 6. de Sapientiæ studijs 7. amatoria studia, commentaria de vanagloria, commentariorum 25. dictorum factorumque tres, contra Rhetoras, contra Alexini autographas, contra dialecticos 3. Critolai verò quandam de Rhetorica sententiam affert Sextus cap. de Rhetorica sic scribens. Critolaus certè Peripateticus & diu ante Plato, cum hoc vidissent, eam vituperarũt, vt quę artificium esset potius improbũ quàm ars. Quot verò annos Diodorus docuerit, aut quis illi successor fuerit in schola, non habeo compertum, nisi is fuerit Erymneus cuius libro quinto meminit Athenæus his verbis. ἐν τῇ ἐρυμνέως τοῦ περιπατητικοῦ σχολῇ διατρίβει τὶς Ἀθηνίων. in Erymnei Peripatetici schola diuersabatur quidam Athenion. nam tempora fere conueniunt: cũ hoc tempore Apellicon quoq; Teius vixerit, de quo satis superq; supra. Compertum tamen habeo ab hoc Diodoro, qui sextus ab Aristotele fuit, quatuor alios vsq; ad Andronicũ Rhodiũ in Peripatetica Schola fuisse successores, nã Ammonius ait Andronicũ hunc ab Aristotele 11. fuisse lib. de interpretatione. πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ ῥοδίου, ὃς ἑνδέκατος μὲν ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. Excepto Andronico Rhodio, qui vndecimus fuit ab Aristotele. A Stratone vsque ad hunc Andronicum floruerunt etiam alii Peripatetici. Quos hic subiungam Hieronymus Rhodius cuius magnum nomen fuit. Quia Athenæus Aristotelis ait discipulum fuisse libro decimo τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Ἱερώνυμος ὁ ῥόδιος Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς, καὶ οὗτος ἐν τῷ περὶ μέθης. Eadem narrat & Hieronymus Rhodius, Aristotelis discipulus, & ipse in libro de Ebrietate. Qui tamen vt Laertius testatur, Lyconis æmulus fuit, ac ideo necesse est senem tunc fuisse, si Aristotelis discipulus fuit, namque ab Aristotelis obitu vsque ad Lyconis in schola successioné

vt antea visum est anni inter fuerunt quinquaginta quatuor. Huius qui & Peripateticus est dictus, Athenæus libros citat his titulis. De citharœdis. historcia commentaria,& de ebrietate. Aristones præter Ceum alij duo, alter Alexandrinus, alter ab Ilio. Quorum mentio est apud Laertium in Zenone. Strato etiam alter qui Alexandriæ vixit. Demetrius Phalereus cuius nomen celeberrimum, & Demetrius Byzantius. Aristobulus Iudeus, qui ad Ptolomęum Philometorem scripsit aliqua. Phormio, cuius Cicero mentionem facit. Agatharchides Gnidius cuius mentio est apud Stratonem libro Geogr. 14. cuius nuper prodiit fragmentum quoddam historiæ de mari Erythreo. scripsit vt est apud Athenæū de Europa, de Asia, historias. Staseas qui Romæ vt Cicero testatur cū Marco Pisone vixit. Cratippus qui Athenis Ciceronis tempore docuit. Fuerunt fortè alii etiam innumerabiles quorum nomina temporum iniuria obscurauit. Neque enim Theophrasti, & Stratonis monumentis vsque ad Ciceronem qui fuerunt anni plusquam 220. vlla tot philosophorum scripta prę ter Agatarchidis pauca ea quę diximus ad nostram ætatem peruenerunt. Inuenio etiam apud Tatianum in oratione contra Græcos, Ephorum Cumanum, Philochorum Atheniensem, Megaclidem Chamalæensem peripateticos de Poesi Homeri, eiusque genere, & tempore scripsisse. Ciceronis tempore floruit Demetrius quidam, quem Plutarchus refert Catoni Iuniori, dum moriturus Phædonem Platonis legeret astitisse. Et Rhodius Andronicus, quem superioribus libris, docuimus Aristotelis libros promulgasse; quorum plerosque videtur paraphrasi vel commentariis illustrasse: Crantoris exemplum & Posidonij Stoici secutus, quorum ille primus in Platonem commentaria scripsit quod Proclus com. in Timęum testatur. hic vero etiamsi Stoicus esset, Timæū Platonis exposuit. Sic. n. Simplicius ī Categorias, διὸ καὶ Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον propterea & Andronicus, Paraphrasi librum categoriarū exponens. Et libro 2. de natura com. 17. At Andronicus sic. Actus enim est mobilis etiam ab hoc, & exponit. quasi non paraphrastice, sed fuse. Eius honorificam mentionem, Galenus facit libro quòd animi mores. Enimuero Andronicum Peripateticum, quod intrepide vt vir ingenuus, essentiam animæ nihil obscuritate inuoluens, enunciarit, & multum commendo & viri dicta recipio, nam & in aliis pluribus talem eum comperio. Extat adhuc eius libellus περὶ παθῶν de affectibus, qui est apud nos. Andronici forte auditor fuit Sosigenes illustris mathematicus; quem Plinius lib. 18. cap. 25. tradit a Cæsare adhibitum ad corrigendum solaris cursus annum. Fuit is Alexandri Aegæi præceptor, vt 3. libro significauimus. Eius quoque discipulus fuit Boethus Sidonius authore Ammonio in prædicamēta, Βοηθὸς μὲν οὖν φησὶ Σιδώνιος ὁ δὲ διδάσκαλος τούτου Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος Boethus quidem Sidonius ait. Verum huius præceptor Andronicus Rhodius. De quo Strato libro 16. καθ' ἡμᾶς δ' ἐκ Σιδῶνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι, Βοηθός τε ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια, καὶ Διόδοτος ἀδελφὸς αὐτοῦ. Nostro tempore, ex Sidone, illustres Philosophi fuere, Boethus, cum quo nos Aristotelica philosophati sumus, & Diodotus eius frater. Quibus verbis testatur Strato, se quoque Peripateticum fuisse. scripsit Geographicos libros decem & septem quos habemus. Boethus autem & ipse in Aristotele declarando laborauit, fitque sępe, & apud Themistium, & apud Ammonium, & apud Simplicium eius honorifica mentio, vocaturque a Simplicio, θαυμάσιος, admirabilis. Fuit etiam Andronici auditor Aristo non Ceus, aut Chius, sed Cous. sic

ſic ſcribente libro 14. Stratone. καὶ καθ' ἡμᾶς Νικίας, ὁ κατατυραννήσας Κώων, καὶ Ἀρίστων ὁ ἀκροασάμενος τοῦ περιπατητικοῦ, καὶ κληρονομήσας. Et noſtro tempore Nicias, qui Coorum Tyrannus fuit, Ariſto auditor Peripatetici & hæres. Peripaticum ob excellentiam Andronicum vocans. quia primus vt a nobis expoſitum eſt prioribus libris, Ariſtotelis & Theophraſti libros in lucem edidit, eorumque legitimam Philoſophiam inſtaurauit, vti ſuperius eſt dictum. Húc ipſum Ariſtonem Simplicius numerat inter veteres Ariſtotelis interpretes Categoriarũ his verbis ταῦτα δ' ἐπισημήναντες οὗτοι τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται, Βοηθὸν, καὶ Ἀρίστωνα, καὶ Εὔδωρον, καὶ Ἀνδρόνικον, καὶ Ἀθηνόδωρον. Hęc vero annotantes hi, veteres categoriarũ interpretes accuſant, Boethum, & Ariſtonem, & Eudorum, & Andronicum, & Athenodorum. Et ſæpe aliàs. Atque hic eſt Ariſto, quem Strato libro 17. ſcribit librum de Nilo ſcripſiſſe, litemque de eo cum hoc Eudoro habuiſſe, ἀλλ' ἐῶ ταῦτα, πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρέσκει δηλῶσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρόν καὶ Ἀρίστωνα, τῶν ἐκ τῶν περιπάτων. πλὴν γὰρ τῆς τάξεως, τά τε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταυτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέροις ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων, εἰς τὴν ἀντιβολὴν ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον, πότερος δ' ἦν ὁ τἀλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ᾐτιάσατο τὸν Ἀρίστωνα, ἡ μὲν φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλον ἐστίν. Sed ſino hæc multis dicentibus, quorum placet duos ſignificare, qui noſtro tempore fecerunt librum de Nilo, Eudorum & Ariſtonem Peripateticos. Præter enim ſolum ordinem, alia & phraſi, & tractatione eadem ſunt poſita ab ambobus. Ego itaque cum codicum copiam non haberem alterum cum altero contuli; vter autem aliena vſurpaſſet in Ammone inuenire quis poſſet. Eudorus accuſabat quidem Ariſtonem, ſed phraſis Ariſtonia magis eſt. In quo libro de Nilo, cuius nunc fragmentum quoddam ſub Ariſtotelis nomine circũfertur erratum eſſe puto nominis propinquitate, vt cum Ariſtonis nomine liber inſcriptus fuerit, Ariſtotelis quiſpiam librarius ſuppoſuerit. Quod in Euſebij præparatione bis accidit & libro vndecimo cap. 1. & libro 14. ca. 7. Vbi quędam ex libris Ariſtotelis de philoſophia, affert, cum non Ariſtotelis, ſed Ariſtoclis vei è debeat dici. Quod ex rebus ipſis quæ ibi afferuntur videbit is, qui cognoſcet ibi mentionem fieri Ariſtoxeni Muſici librorum, qui Ariſtotelis fuit diſcipulus; & etiam in altero & Stilponem, nominat, & ipſum met Ariſtotelem. Atque hæc obiter ſint dicta. De Athenodoro Tarſenſi, qui & ipſe inter Categoriarum interpretes eſt nominatus, quem Stoicum fuiſſe reperio. Ad hunc vt Plutarchus ait libro ꝙ principibus maxime confert Philoſophos alloqui, Cato ab exercitu eſt profectus. De quo idem Plutarchus, in apophthegmatibus regum ita ſcripſit de Auguſto loquens. Ἀθηνοδώρῳ δὲ τῷ φιλοσόφῳ διὰ γῆρας εἰς οἶκον ἀφεθῆναι δεηθέντι, συνεχώρησεν. ἐπεὶ δὲ ἀσπασάμενος αὐτὸν ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν, ὅταν ὀργισθῇς Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέσσαρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἔτι σοῦ παρόντος ἔφη χρείαν ἔχω. καὶ κατέσχεν αὐτὸν ὅλον ἐνιαυτὸν, εἰπὼν ὅτι ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Athenodoro autem philoſopho, ſupplicanti vti ob ſenectutem domum abire liceret, conceſſit. poſtea vero cum ſalutans poſtremo eum, Athenodorus dixiſſet, quando iraſceris Cæſar, nil dicas aut facias, priuſquam apud te ipſum percurreris quatuor & uiginti literas, apprehendés eius manum, adhuc tua pręſentia opus habeo. Et retinuit eum integrum annum, dicens quod ſilentii ét munus periculo vacat. Simplicius citat huius librum πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας. Contra Ariſtotelis Categorias. Sæpeque ex eo libro affert ſententia-

rum Aristotelicarum destructiones. Vt etiam Porphyrius libello prædicto eum adducit reprehensorem, vocum diuisionis principio eius libri factæ. Eiusdem Augusti tempore floruit etiam Nicolaus Damascenus, Augusto charissimus. De quo Plutarchus libro 8. Symposiacon ista refert. ὁ γοῦν βασιλεὺς ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον, γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει, ῥαδινὸν δὲ τῷ μήκει τοῦ σώματος, διαπλέων δὲ τὸ πρόσωπον διαφοινίσσοντος ἐρυθήματος τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων, Νικολάους ὀνόμαζε, καὶ μέχρι νῦν οὕτω ὀνομάζονται. Rex igitur, præcipue diligens Nicolaum philosophum Peripateticum, suauem moribus, gracilis corporis proceritate, faciei rubedine splendescenté, maximas & pulcherrimas dactylos Nicolaus nominabat, & vsque ad hæc tempora ita vocantur. Suidas verò, non dactylos, sed placentas a Nicolao ad Cæsarem missas, Nicolaus a Cæsare nominatas affirmat, his verbis, οὕτω δ' ἠσπάζετο αὐτὸν ὁ καῖσαρ, ὡς τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπομένους πλακοῦντας τῷ καίσαρι, οὕς εἶχεν μελιτοῦντας, Νικολάους αὐτὸν καλεῖν καὶ διαμένει τοῦτο ἄχρι καὶ σήμερον. Sic verò amabat eum Cæsar, vt missas ab illo Cæsari placentas mellitas. Nicolaos vocaret. quod perdurat etiam ad hodiernum diem. Suidas idem refert eum scripsisse historiam catholicam, libris 80. item de Cæsaris vitæ educatione. librum quoque de propria educatione. Athenæus verò libro 6. eam historiam fuisse 144. librorum scribit. Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς, εἷς δ' ἦν τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου, ἐν τῇ πολυβίβλῳ ἱστορίᾳ (ἑκατὸν γὰρ καὶ τεσσαράκοντα εἰσὶ πρὸς ταῖς τέσσαρσι) τῇ ἑκκαιδεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ φησί. Nicolaus verò Damascenus. vnus verò is fuit ex Peripateticis, in multorum librorum historia (centum enim & quadraginta sunt & quatuor) sextodecimo & centesimo ait. Cuius historiæ etiam sæpe alijs libris testimonia affert. Simplicius autem commen. 3. in primum de Natura citat eius librum de Dijs. sic scribens. Nicolaus autem Damascenus, in sua de Dijs commentatione, tradit ipsum Xenophanem asseruisse, principium esse infinitum, & immobile & rursus. Nicolaus tamen Peripateticus, narrat, traditque hunc (scilicet Diogenem) posuisse quoddam medium inter ignem & aerem, elementum esse. Apparet ergo eum hoc libro de Dijs, de rerum quoque principijs tractasse. atque hic fortè liber est, quem Auerrois 12. Metaphy. innuit, ita scribens. Vt falso opinatus est Nicolaus Damascenus, qui se exactius hanc tradidisse scientiam (de principijs scilicet) quàm Aristoteles, in quodam suo volumine præsumpsit. Quod volumen commen. 44. philosophiam primam nominat, Sicut dicit Nicolaus Peripateticus in sua prima philosophia, de qua intelligenda esse loca ea puto, quæ ipse tum libro tertio commen. primo, & libro quinto commen. etiam primo ex eo affert. Videtur tamen Nicolaus in eos quos metaphysicos Aristotelis vocant libros, commentaria etiam edidisse. idem enim Auerrois libro 7. cōmen. 23. Nicolai librum citat, qui aliam haberet scripturam. Ex quo eodem Auerroe tertio de Anima commen. 14. Nicolaum etiam libros de Anima exposuisse apparet. Rectè (ait) videmus, quod Theophrastus & Themistius & Nicolaus, & alij antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationem Aristotelis, & magis conseruant verba eius. Simplicius verò in secundum de Cœlo, commen. 11. hæc scribit. καὶ Νικόλαος δ' ὁ περιπατητικὸς, παράφρασιν ποιούμενος τῶν ἐνταῦθα λεγομένων. Et Nicolaus Peripateticus, paraphrasim faciens eorū quæ hic dicuntur. Ex quo, vero simile est, eum in omnes hos libros paraphrasim scripsisse. Idem Simplicius procemio primi de Cœlo, hæc verba habet, δὲ ὁ καὶ Νικόλαος ὁ περιπατητικὸς περὶ τῶν

τῶν

τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καθ' εἶδος ποιεῖται λόγον. Propterea Nicolaus Peripateticus, de omnibus quæ in mundo sunt, specialem facit sermonem. ex quibus clare constat eum philosophiam quoq; omnium mundanarum specierum scripsisse. Maximus ergo fuit vir hic, qui talē philosophiā sit philosophatus, qui de Dijs, rerūq; principijs scripserit, res humanas omnes tot librorum numero sit complexus, atqueǰ etiam Aristotelicos libros, suis commentario seu paraphrasi exposuerit. quem non facile riserit Auerrois. sub eodem Augusto floruerunt Seleucienses duo Athenæus, & Xenarchus de quibus Strato libro 14. sic scribit. Per hunc fluuium Seleuciam nauigatur, vrbem bene habitatam, a Cilicio, & Pamphilio more plurimum distantem. hinc ætate mea fuere uiri ex Peripateticis philosophis memorabiles, Athenæus, & Xenarchus. Sed Athenæus in republica versatus aliquandiu in patria populum duxit, postea contracta cum Murænа amicitia, & cum illo fugiens captus est, cum insidiæ contra Cæsarem Augustum deprehensæ essent. sed cum insons esset inuentus, a Cæsare dimissus est. rediens autem Romam, multis eum salutantibus, & interrogantibus illud Euripidis respondit. ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας λιπών. Venio defunctorum latebras, & tenebrarum portas linquens. sed breue tempus super vixit, ruina domus vbi habitabat per noctem oppressus. Xenarchus verò quem nos audiuimus, non diu domi permansit, sed Alexandriæ & Athenis, postea etiam Romæ docendi vitam elegit. vsus est Arij amicitia, postea etiam Cæsaris Augusti, vsque ad senectutem in honore habitus perseuerauit: sed paulo ante obitum, visu orbatus, morbo interijt. Is est Xenarchus ille qui a Simplicio primo de cœlo sæpe appellatur. Variæque eius aduersus Aristotelem dubitationes adducuntur. Atque hos quidem omnes Peripateticos philosophos floruisse Augusti tempore comperi. qui verò sub Tiberio, & Caligula, & Claudio; nullos habeo compertos. Neronis præceptor fuit Alexander Aegæus. quod Suidas refert Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, φιλόσοφος περιπατητικός, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως, ἅμα Χαιρήμονι τῷ φιλοσόφῳ. Alexander Aegeus philosophus Peripateticus, præceptor Neronis Regis, simul cum Chæremone philosopho: hic verò Stoicus fuit. Huius semel tantum Simplicium mentionem faceri inuenio procemio in Categorias. τῆς δ' αὐτῆς δόξης καὶ ὁ Αἰγαῖος Ἀλέξανδρος. Eiusdem opinionis & Aegeus Alexander. ex quibus verbis eliciat fortè quispiam, eum in Categorias scripsisse. sub quo etiam Cornutum vixisse Suidas est testis, qui Stoicus quidam fuit attamen in Aristotelis Categorias scripsit destructiue vt inquiunt, quod & Porphyrius & Simplicius attestantur. cum T. etiam Liuio historico simultates exercuit, cum ambo eadem florent ætate. Ab his vsque ad Alexandrum Aphrodisieum qui sub Antonino & Seuero vixit, reperio quosdam Peripateticos nominatos, sed sine temporum ordine, aut alia multa notione, annis 93. qui a Neronis morte vsque ad initia imperij horum imperatorum intercurrerunt, Sotionem, & Achaicum, quos Simplicius sæpe in Categoriarum comment. citat. in quem librum videntur commentarios scripsisse. Sed Clemens libro 4. strom. & Theodoretus libro 8. passionum Græcarum, Achaici etiam moralia citant. Sotionis verò qui Alexandrinus fuit διαδοχαί, id est philosophorum successiones, tum a Laertio, tum ab Atheneo, tum etiam ab Eunapio appellantur. videturque Senecę fuisse præceptor, vt est apud Eusebium. Vnde vetustiorem necesse est fuisse Alexandro Aegeo. citatur ab Atheneo etiam eius liber περὶ τῶν Τίμωνος σίλλων. De

Timonis filiis. Apollonium Alexandrinum Peripateticum nominat Plutarchus libro de fraterno Amore, cui Clemens libro 6. adiungit Herodianum fratrem. cuius fortè, est apud nos liber περὶ σχημάτων de figuris, & alia quędam. Sub Adriano floruit Phauorinus Gallus, qui etiam, vt est apud A. Gellium, Aristotelica est philosophatus. Sub Antonino verò Taurus Berytius qui etiam si Platonicus fuerit, attamen primus omnium scripsit περὶ τῆς τῶν δογμάτων Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους διαφορᾶς. de differentia dogmatum Platonis & Aristotelis; vt author est Suidas. scripsit etiam de corporibus, & incorporeis, & alia plurima; ex quo, aliquot loca affert Philoponus contra Proclum. Lucius etiam quidam fuit. quem Simplicius sępe citat. Scripsit contra Aristotelis Categorias & eum in re hac secutus Nicostratus Macedo, qui sub eodem Imperatore Sophisticam exercuit. eius quoque Simplicius sępe meminit. Porphyrius in Plotini vita, nominat circa eadem tempora Heliodorum Alexandrinum. Fuit etiam ijsdem temporibus Iustinus martyr.& Claudius Seuerus M. Aurelij pręceptor. Et Adrastus Aphrodisieus, cuius sępe Simplicius, & alij Aristotelis expositores meminerunt, & Galenus libello de libris proprijs: vbi testatur eum in Categorias Aristotelis commentaria scripsisse, & Simplicius in libros de Natura, & librum de ordine Aristotelicę philosophię. Eodem loco Aspasij quoque meminit Galenus & alio quodam loco. vbi narrat redijsse in patriam, quandam Aspasij discipulum dum ipse esset adolescens. & appareat Aspasium superstitem adhuc fuisse. sed forte valde senem vt facile potuerit Aegei fuisse discipulus. videturque ex interpretibus qui extant, in omnes Aristotelis libros commentaria edidisse: ac maximam illi curam fuisse Aristotelicę lectionis corrigendę. a Boetio nanque & Simplicio sępissime ad id adducitur. extant adhuc eius commentaria in aliquot Ethicos Nicomachios. Paulo iunior fuit Herminus, videturque omnes vel plerosque Aristotelis libros exposuisse: ita vbique ad omnibus Grecis & Boetio citatur. appellatur etiam a Proclo in Timęum, vt appareat eum illum quoque librum explanasse. De quo Lucianus in Demonactis vita facetum quid refert his verbis. καὶ μὴν, καὶ τὸ πρὸς Ἑρμῖνον, τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεῦσαι. εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα, καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλη δὲ, καὶ διὰ στόματος, αὐτοῦ τὰς δέκα κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε, ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν. Equidem dignum est vt recenseatur etiam dictum eius ad Herminum Aristotelicum. Videns enim eum pessimum hominem esse, & decem millia malorum peragentęm, Aristotelem verò & eius decem Categorias in ore habentem, verè, inquit Hermine, dignus es decem Categorijs: idest accusationibus. Et paruullum supra eum locum, aliud facetè dictum eius Demonactis contra Rufinum Peripateticum retulerat. sic scribens. καὶ μὴν, καὶ Ῥουφῖνον τὸν κύπριον, λέγω δὲ τὸν χωλὸν, τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου, ἰδὼν ἐπὶ πολὺ τοῖς περιπάτοις ἐνδιατρίβοντα, οὐδὲν ἐστὶν, ἔφη, ἀναισχυντότερον χωλοῦ περιπατητικοῦ. Equidens videns, Rufinum Cyprium, claudum illum inquam, Peripateticum, multum temporis consumere in peripatis, nihil, inquit, inuerecundius, Claudo Peripatetico. Aristocles etiam Messenius Peripateticus fuit. De quo Suidas. Ἀριστοκλῆς μεσσήνιος τῆς Ἰταλίας φιλόσοφος Περιπατητικὸς, συνέταξε δὲ περὶ φιλοσοφίας βιβλία δέκα; πότερον σπουδαιότερος ὅμηρος ἢ Πλάτων. καταλέγει δ᾽ ἐν τούτοις πάντας φιλοσόφους, καὶ δόξας αὐτῶν: ἔγραψε δὲ καὶ τέχνας ῥητορικὰς, περὶ σαράπιδος, ἠθικὰ βιβλία θ. Aristocles Messenius ex Italia, Philosophus Peripateticus, composuit

de

de philosophia libros decem, vtrum melior Homerus vel Plato. recenset verò in his, omnes philosophos, eorumque opiniones. scripsit verò etiam artes Rhetoricas, de Sarapide, Ethica, libros nouem. Priores illi de philosophia videntur extare alicubi in Gallijs. ita sępe citantur in annotationibus in Sexti Pyrrhonias Hypotheses ab Henrico Stephano. ex ijs quoque Eusebius libro contra philosophos, duos locus exscribit, etiamsi corrupte dicatur ex Aristotelis libris excerpta. quòd & superioribus tetigimus. Hunc ait Simplicius primo de cœlo, commen. 35. fuisse Alexandri Aphrodisiei pręceptorem. τὸ δὲ συμπεμένον τοῦτο, ὁ Ἀλέξανδρος, ὥς φησὶ, κατὰ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀριστοκλέα, οὕτως ἐξηγήσατο. Hoc verò coniunctum Alexander, vt ait, sic exposuit, secundum Aristoclem eius pręceptorem. Alterius Aristoclis Pergameni, Peripatetici meminit Philostratus in vitis Sophistarum libro secundo, quem ait philosophiam reliquisse, sophisticam secutum. Videtur etiam Herminum Alexander audiuisse quod conijcio ex Simplicij verbis quę extant secundo de cœlo commen. 23. ὅτι δ' οὐκ ἐστὶ τὸ ἀνακτώμενον τὴν ἀδυναμίαν, ὃ Ἀλέξανδρος παρ' Ἑρμίνου φησὶν ἀκηκοέναι. quòd non sit reparans impotentiam quod Alexander ait ab Hermino se audiuisse. Alexander ergo Aphrodisieus, horum discipulus fuit, a posterioribus omnibus ἐξηγητὴς explanator, expositor nuncupatus, seu quòd omnes Aristotelicos libros exposuerit, seu quòd excellentissime. seu quod vtrunque. Fuit quidem vt ego existimo ex Aphrodisiade Carię. Vixit Galeni tempore, quod patet ex principio libri de Fato, quem ad Seuerum & Antoninum misit, hi autem sunt M. Aurelius, & Lucius eius frater quę res clarescit ex Galeno. Qui eo libro qui inscribitur, ad eos qui de typis scripserunt, ita narrat. Excesseret sanè nuper è viuis Antoninus, qui Adriano in principatu successerat: regnabat autem tunc Seuerus, qui se ipsum quidem mutato nomine Antoninum vocauit, Lucium verò quem in Imperij communionem acceperat Seuerum appellabat. A quibus, ait se Alexander eodem libro Aristotelicę philosophię doctorem constitutum. οὗ τῆς φιλοσοφίας προέσταμαι ὑπὸ τῆς ὑμετέρας μαρτυρίας διδάσκαλος αὐτῆς κεκηρυγμένος. Cuius philosophię sum pręfectus, a vestro testimonio doctor eius pronunciatus. Sed ex Eusebio liber hic suspectus redditur, vti superius etiam monuimus, ac ideò fuerit fortè Alexandri Damasceni, qui eodem tempore vixit, cum quo Galenus habuisse se aliquas disputationes refert. Eodem tempore floruit etiam Galenus medicorum celeberrimus. qui itidem Aristotelicę philosophię in parte aliqua sectator fuit. quippe qui exposuerit librum perihermenias libris tribus. In primum Analyticum de syllogismo libros quatuor itidem scripsit, totidem in secundum. In analyticum verò primum de demonstratione libros sex; in secundum verò quinque. Scripsit etiam in Theophrasti librum de affirmatione & negatione libros 6. & in Eudemi librum primum de dictione commentaria. vt ipse libro de libris proprijs testatur. ob quos proculdubio inter Peripateticos est numerandus. is suis temporibus vixisse narrat libro 6. de pręcognitione ad Posthumũ, & libro primo anatomicorum, Romę Boethum quendam cõsularem virum, Peripateticę philosophię studiosum & Eudemum, & Alexandrum Damascenum. cum quo ait se disputationem quandam habuisse. sed proferam verba ex anatomico. Romam repetij: vbi permultas Boetho contectiones ostendi, pręsentibus quidem ei semper Eudemo Peripatetico, & Alexaudro Damasceno, qui nunc Athenis publice Peripateticę disciplinę professione dignatur. eadem

tempora attigit. sed iunior, Ammonius Alexandrinus, qui ex baiulo philosophus talis euasit, vt neminem parem habuerit, authore Porphyrio in Plotini vita. Cognominatus est saccus ea, causa quam libro 6. Græcarum passionum recenset Theodoretus. Commodo, Romanum Imperium moderante, Ammonius cognomento saccus, relictis saccis in quibus frumenta circumferebat, philosophicæ vitæ se tradidit. Suidas ait eum è Christiano in Hellinismum transisse. quod etiam Porphyrium tradidisse author est Eusebius libro 6. Ecclesiasticæ historiæ cap. 15. sed ipse asserit id falsum esse, aitque eum Christianum ad obitum vsque permansisse. Porphyrius in Plotini vita sic de eo scribit. sed inter Peripateticos, Ammonius atque Ptolemæus, disciplinarum ambo maximè omnium suo tempore pleni, præsertim Ammonius, nullus enim ad disciplinarum illius copiam, prope accessisse videtur. Ptolemæi autem huius meminisse videtur Simplicius primo cœli commen. 11. ἰστέον δ᾽ ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ, καὶ ἐν τοῖς ὀπτικοῖς, καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος. Sciendum verò quod Ptolemæus, in libro de elementis, & in opticis & magnus Plotinus. non puto autem hunc fuisse Claudium Ptolemæum Astrologum, qui authore Suida sub M. Antonino floruit. Hic verò aliquanto Iunior videtur. Sextus etiam alterius ab his ambobus Ptolemæi Peripatetici meminit, libro primo cap. 7. his verbis. Eum autem (scilicet Platonem) reprehendit Ptolemæus Peripateticus, dicens quod non oportebat eum dicere experientiam esse grammaticam. hic enim Ptolemæus præcessit Sextum, Sextus autem sub Antonino floruit, author est Suidas. Σέξτος χαιρωνεύς, ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου, γεγονὼς κατὰ μάρκον Ἀντωνῖνον τὸν καίσαρα φιλόσοφος, μαθητὴς ἡροδότου τοῦ φιλαδελφαίου: ἦν δὲ τῆς πυῤῥωνίου ἀγωγῆς. Sextus Chæroneus, sororis Plutarchi filius, philosophus fuit tempore M. Antonini Cæsaris. discipulus Herodoti Philadelphæi fuit: autem sectę Pyrrhoniæ. quem Laertius in fine Pyrrhonis, empiricum vocat. confirmatque eum auditorem Herodoti fuisse, etiamsi Herodotum non Philadelphæum, sed Tarsensem faciat. sed vicinitas harum vrbium hoc æquiuocum fecit. Quare non est dubitandum, Sextum Empiricum, & Chęroneum eundem verè esse, etiamsi Sexti libys, idem Suidas meminerit, & Pyrrhonici & qui Scepticos decem etiam libros vti empiricus conscripserit. Porphyrius autem eodem loco, Heliodori etiam Alexandrini, Peripatetici mentionem facit. Ex Peripateticis autem Heliodorus Alexandrinus. & rursus quibus Heliodornm quoque adnumerare licet, qui & ipse præter illa, quę ab antiquioribus audita fuerant, nihil plus omnino ad distinctiorē orationis structuram contulisse videtur. Ante Ammonium Saccum fuerat alter Ammonius Alexandri Aegyptius, pręceptor Plutarchi Chęronei. cuius ipse sępe meminit. Istribus philosophijs Platonica, Aristotelica, Stoica se imbuerat, sed Platonicę magis addictus fuit. cæpit in schola Aristarchi docere, priusquàm Augustus monarchiam inuaderet, vt Suidas in Ammonio refert. Ab eo videtur mixta quędam philosophia cœpisse, vt eo posteriores plerique philosophorum, & Pythagorici, & Platonici, & Peripatetici, & Stoici, nonnulli etiam Epicurei, Cynici, & Pyrrhonici esse voluerint. E' quibus celebriores fuerunt sub Neronis Imperium Euphrates Aegyptius, Dion Bithynius, Apollonius Thyaneus, Numenius, Musonius Maximus Tyrius, Aristobulus. Oenomaus, Taurus Berytius, Epictetus, Arianus, alijque permulti. Inter quos mixtę philosophię studiosos, posteriores etiam, Atticus Platonicus, & Galenus, & Damascenus

nus Alexander ſunt annumerandi, & Ammonius Saccus, & Plotinus & poſt eum Porphyrius, Iamblichus, & alij multi quorum partem recenſebimus. Inter quos fertur Taurus ſcripſiſſe de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis. Atticus verò contra vt nonnulli referunt. Eadem eſſe Platonis & Ariſtotelis dogmata. Quod mihi nequaquam probatur. nam Theodoretus lib. 12. Græcarum paſsionum tradit, Atticum contra Ariſtotelem ſcripſiſſe, quia docuiſſet externa bona fœlicitatem perficere. Quę ſententia Platonis minime eſt. Plotinus quoq; philoſophias oēs hauſit, minus tamen palā illis ſuos libros aſperſit Platonicā maxime eſt complexus. quod Porphyrius teſtatur. Is verò maxime omniū Platonica cū Ariſtotelicis miſcuit. Platonemq; atq; Ariſtotelem totos vti creditur exponēdos ſuſcepit, conatusq; eſt libris ſeptem oſtendere, cōtra Tauri cam theſen, Platonis & Ariſtotelis dogmata non differre. quod Suidas atteſtatur. περὶ τοῦ μίαν εἶναι τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν ζ. Vnam eſſe Platonis & Ariſtotelis hęreſin, libros ſeptem. Cuius ſententię multos poſtea habuit ſectatores: interque eos Simplicium. Scripſit Peripatetice, Iſagogen, dialogum in Categorias quę adhuc extant. in eaſdem Categorias libros ſeptem quorum Simplicius meminit. A Boetio verò in librum de interpretatione ſępe adducitur. Simplicius quoque in libros de Natura, & de cœlo, eius teſtimonia citat: a Philopono quoque in libros de Anima. Sed apparet ex Suida contra Ariſtotelem hac in re ſcripſiſſe. edidit enim librum πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν, Aduerſus Ariſtotelem, animam eſſe entelechiam nam illud πρὸς aduerſus ſignificat, non autem, ad, vt interpres vertit. Plutarchus enim πρὸς τοὺς Στωικούς aduerſus Stoicos, πρὸς Κολώτην, aduerſum Colotem. & Galenus πρὸς Θρασύβουλον, πρὸς Λύκον. Contra Thraſybulum, contra Lycum ſcripſerunt. Fuit autem Porphyrius è Tyro Phœnicię. eius auditor pręcipuus Iamblichus, Chalcide Cœleſyrię, natus illuſtri genere. cuius Eunapius egregias quaſdam laudes decantat. Scimus verò, ex Proclo, ex Simplicio, ex Iuliano, Libanio, Syneſio eum pręſtantisſimum fuiſſe philoſophū; ita vt nunquā a Proclo & Simplicio, ſine horū agnominū altero, ὁ θεῖος. ὁ μέγας, diuinus, magnus, nominetur. Clare cōſtat ex Simplicij teſtimonijs eū, abdito quodā ſenſu categorias explanaſſe, ac libros de anima. ſunt etiam ſuarum expoſitionum teſtimonia apud eundem in libros de Natura, de Motu, de Cœlo, & de Elementis fuit Iuliano Imperatori acceptisſimus. Interiit autem quod eſt apud Zonaram, hauſto veneno Valentis Cæſaris metu. Iamblicho fuit Anatolius paulo vetuſtior, qui ſub Diocletiano (ſub quo Porphyrius obiit circa annum Chriſti tercenteſimum) primus dicitur Alexandriæ Peripateticam ſcholam aperuiſſe. Quod Nicephorus Calliſtus lib. 6. cap. 36. ſcripſit. Extant eius aliquot expoſitiones Pythagoreorum numerorū libello qui θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς Theologumena arithmetices inſcribitur. Iamblichi filius Dexippus videtur fuiſſe. nam Simplicius procemio Categoriarum Dexippum Iamblichi eum appellat Δέξιππος δ' ὁ Ἰαμβλίχου. Cuius extat dialogus in categorias. Iamblichi itidem fuere plurimi diſcipuli, inter quos, Maximus Byzantius, qui in eaſdem categorias commentaria edidit, & alios Ariſtotelis libros. vt authores ſunt Simplicius, & Suidas. & Maximus Epheſius qui Iulianum in helleniſmum induxit. Isque cum Claudiano & Nymphidiano fratribus, Sopatro Apamienſi Chryſanthio Sardiano, Euſtathio Cappadoce, Soſipatra eius vxore, ac Antonino filio, occultam quandam Philoſophiam quæ a Iamblicho in eos deriuaue-

rat tractasse. Cuius etiam discipulus fuit AEdesius, nec non scholæ successor, quod Eunapius testatur; & Priscus Thesprotius, Eusebius Myndius, & complures alij: inter quos & Plutarchus Nestorii Atheniensis, Plutarcho Chæroneo multis annis posterior. Isque Plutarchus fuit, qui in Aristotelis aliquot libros commentaria condidit, atque a Philopono in libros de Anima sæpe appellatur de quo Suidas. Πλούταρχος Νεϛορίȣ, Ἀθηναῖος φιλόσοφος, διδάσκαλος Συριανοῦ τοῦ γενομένȣ ἐξηγητοῦ Πρόκλȣ τοῦ Λυκίου. Plutarchus Nestorij Atheniensis philosophus, præceptor Syriani, qui fuit expositor Procli Lycij. Nam exposuit Procli librum de Homericis Diis, etiamsi præceptor quoque eius esset. Proclus enim & Plutarchum audiit, in vltimo iam senio constitutum, vt Marinus in Proclo narrat, & Syrianum qui Plutarcho in schola successit. Is ab omnibus, Magnus cognominatur, fuitque Alexandrinus. de quo Suidas. Συριανὸς Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, ἡγησάμενος τῆς ἐν Ἀθήναις σχολῆς καὶ διατριβῆς. διδάσκαλος γενόμενος Πρόκλȣ ὃς καὶ διάδοχος αὐτοῦ ἐγένετο. ἔγραψεν εἰς ὅμηρον ὅλον ὑπόμνημα ἐν βιβλίοις ζ. εἰς τὴν πολιτείαν πλάτωνος βιβλία δ. εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν, βιβλία β. εἰς τὰ πρόκλȣ περὶ τῶν παρ' ὁμήρῳ θεῶν. συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρȣ, καὶ Πλάτωνος. περὶ τὰ λόγια βιβλία. ι. καὶ ἄλλα τινὰ ἐξηγητικά. Syrianus Alexādreus philosophus, ductor Atheniensis scholæ & studii: qui fuit doctor Procli, qui etiam ei successor fuit. Scripsit in totum Homerum commentarium libris septem, in Rempu. Platonis libros quatuor. In Orphei Theologiam libros duos. in Procli libros de dijs Homericis. Concordiam Orphei, Pythagoræ, & Platonis: de oraculis libros decem. & alias quasdam expositiones. Inter quas in Platonis Timæum, in Aristotelis libros de Natura, & de motu, de Cœlo, & Categorias. Citatur enim a Simplicio, & a Philopono in libros de Anima. Et in libros secundum, quintum, & sextum de Sapientia qui fuerunt Metaphysici, secundus, duodecimus, tertiusdecimus apud Græcos. Hi adhuc extant. Floruit autem sub Arcadio, Honorio, Theodosio secundo, Valentiniano secundo, vt Plutarchus sub Valentiniano primo, Gratiano, & Theodosio primo. Florente Athenis Syriano & viuo adhuc Plutarcho, præerat Alexandrinæ scholæ in Peripateticis Olympiodorus. Quem Proclus, puer fere in Aristotelicis audiit, vt est apud Marinum. Habemus commentaria eius in Aristotelis Meteora, in quibus se, de stirpe magni Ammonii, scilicet facci, esse gloriatur. nam libro 2. praxi 22. ὁ μέντι μέγας φιλόσοφος, ὁ ἡμέτερος πρόγονος. Sed magnus philosophus noster progenitor. & bis & ter alibi. quod autem Ammonium intelligeret, ipse praxi. 6. libri primi. ὑπὲρ Ἀμμωνίου μεγάλου φιλοσόφου. De Ammonio magno philosopho. & alibi sæpius. Seque etiam Alexandrinum testatur libro 2. praxi. 22. ὥσπερ ἡ ἡμετέρα πόλις ἡ Ἀλεξάνδρεια λέγω κεκόσμηται. Veluti nostra ciuitas, dico Alexandria est ornata. Fuit autem alius hic Olympiodorus, ab eo Olympiodoro, qui cōmentaria in Platonis Phædonem, Philæbrum, & Gorgiam, longe aliam philosophiam redolentia scripsit, quæ adhuc extant, & apud nos sunt. Hic enim sæpe Damascij mentionem facit, qui Ammonii Hermiæ Procli discipuli, discipulus fuit. Itaque Iunior hic Olympiodorus est. Qui Aristotelem non valde sequi videtur. Eodem etiam tempore cum Olympiodoro Seniore & Syriano & Plutarcho vixit Themistius quod narrat tripartitæ historiæ author lib. 7. cap. 6. & lib. 8. cap. 12. sub Iuliano & Iouiniano. Apud hunc orationem habuit consularem. Anno Domini 366. Valentem quoque dissuasit a persecutione Christianorum anno 378. Nicephorus vero libro 18. cap. 5. de eo ita scripsit, Io: iste

Philo-

Philoponus Alexãdrinus, ita vt diximus Tritheitarũ hæreticorũ pfectus fuit, proinde atq; olim Themiſtius philoſophus ſub Valente Agnoetarũ ſectę pręiit. Ex quo apparet eũ & Chriſtianũ, & hæreticũ fuiſſe. De quo, Suidas Θεμίστιος, φιλόσοφος γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ὑφ᾽ οὗ καὶ ὕπαρχος προεβλήθη Κωνσταντινουπόλεως. γέγραφε δὲ τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως παράφρασιν ἐν βιβλίοις η. τῶν ἀναλυτικῶν ἐν βιβλίοις β. τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ, ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἴδια παρεισηγάγε περὶ τοῦ σκοποῦ καὶ α. τῆς ἐπιγραφῆς τῶν κατηγοριῶν ἐν βιβλίῳ καὶ διαλέξεις. Themiſtius Philoſophus fuit temporibus Iuliani apoſtatæ, a quo etiam conſul præfectus eſt Conſtantinopolis. Scripſit Ariſtotelis phyſicæ auſcultationis paraphraſim in libris 8. paraphraſin analyticorum in libris 2. libri de anima in libris ſeptem. in hoc vero & propria induxit de Scopo & inſcriptione categoriarum in libro vno. et diſputationes. videtur autem Nicomedienſis fuiſſe. Citatur etiam a ſimplicio in libris de Cœlo. Et ab Auerroe in quarto Sapientiæ, quem non ita multis ab hinc annis inter Hebręos repertum, Moſes Fintius Mutinenſis, amicus noſter Latinum fecit, noſtraque cura eſt impreſſus. Eius tempore vixit etiam Dydimus Alexandrinus Cęcus, philoſophus & ipſe tum Ariſtotelicus, tum etiam Platonicus, quod eadem tripartita hiſtoria teſtatur libro 8. cap. 8. vt lib. 9. cap. 40. meminit cuiuſdam Theophronii Cappadocis, Eunomii ſectatoris, quem ait ſyllogiſmos Ariſtotelicos nouiſſe, ſcripſiſſeque de exercitio mentis. Poſt hos, Proclus Syriani, vti diximus auditor & ſucceſſor floruit, eius vitam Marinus Neapolites luculenter ſcripſit. Ariſtotelica diligenter primo cum Olympiodoro Seniore Alexandriæ, deinde cum Syriano Athenis vidit, ſcripſitque libellos duos de motibus quibus ſecundum Ariſtotelis de motu in compendium redeg t. Videtur et in libros de Cęlo, & de Elementis commentaria ſcripſiſſe, ita frequens eſt apud Simplicium in commentariis eorũ librorũ eius teſtimoniũ. Hic Marinus qui etiam ipſi in ſchola ſucceſſit, aliquid videtur in Ariſtotelis animam ſcripſiſſe, appellatur enim non ſemel a Philopono. Procli diſcipulos etiam fuiſſe Aſclepiodotum, & Damaſcium, & Ammonium, Simplicius author eſt libro de Natura quarto, degreſſione de tempore his verbis. Sed etiam Proclus ex Lycia philoſophus, noſtrorum præceptorum magiſter. Et paulo poſt. Excipio Aſclepiodotum, optimum diſcipulum & Damaſcium noſtrum præceptorem. Et lib. 3. de Motu commen. vltimo. Eſt enim liber quidam vniuerſus ab Ammonio præceptore meo conſcriptus. Et ſæpe etiam alibi appellat hos duos Damaſcium, & Ammonium ſuos præceptores. Quorum clare ait Damaſcium Procli diſcipulum. Quàmquam Suidas inquiat. Ἑρμείας φιλόσοφος, Ἀμμωνίου καὶ Ἡλιοδώρου τῶν διδασκάλων Δαμασκίου, πατήρ. Hermias, philoſophus, Ammonii & Heliodori præceptorum Damaſcij, pater. Damaſcius igitur fuit Ammonij & Heliodori diſcipulus. Hermias autem auditor Syriani quòd mox ſubdit Suidas, φιλοσοφήσας δὲ ὑπὸ τῷ μεγάλῳ Συριανῷ philoſophatus ſub magno Syriano. Itaque condiſcipulus Procli fuit quod idem Suidas ſtatim adiungit. Damaſcius hic etiamſi a Suida dicatur Stoicus fuiſſe, attamen Platonicus fuit: adeo vt etiam contra Ariſtotelis tempus ſcripſerit, attamen ſcripſit epitomem in quatuor primos, & octauum phyſices, & metaphraſim in primum de Cœlo. Sed Ammonius in Ariſtotelem ſcripſit, quod apparet tum ex iis quæ extant in Categorias & periherminias. in libros etiam de anima eum, diſcipulus eius Philoponus adducit. Et Simplicius, alter eius diſcipulus libro 3. de Motu in fine teſtatur eum, librum ſcripſiſſe qui

locupletisſimam fidem fecerit Ariſtotelem cenſuiſſe, Deum ac mentem eſſe cauſam vniuerſi effectricẽ. Videtur autẽ Ammonius Alexandriæ docuiſſe Simplicio in ſecundum de Cœlo comm, 35. Ammonij huius qui, ad differentiam, veterum duorum Ammonij Alexandri, ſiue Aegyptij, & Ammonij Sacci, Ammonius Hermiæ, a patre eſt appellatus; auditor eius (vt dictũ eſt) fuit Simplicius. fuit autem Phryx, ſi Suidam in Damaſcio attendamus. Si vero eundem in voce πρέσβεις, fuit Cilix. Vtrobique Damaſcio iungitur: nam priore loco. Δαμάσκιος στωικὸς φιλόσοφος, συρὸς, Σιμπλικίου, καὶ Ἐλαμίτου τῶν φρυγῶν ὁμιλητής. Damaſcius ſtoicus Philoſophus Syrus Simplicij & Elamiti Phrygum conuerſator. Loco vero ſecundo πρέσβεις, ὅτι οὗτοι ἦσαν οἱ φιλόσοφοι, οἱ εἰς περσίδα διαπρεσβευσάμενοι, σὺν Ἀρεοβίνδῳ. Δαμάσκιος ὁ Σύρος, Σιμπλίκιος ὁ κίλιξ, Εὐλάλιος ὁ φρύξ. πρισκιανὸς ὁ Λύδος. Ἑρμείας δὲ καὶ Διογένης οἱ ἐκ φοινίκης. Ἰσίδωρος ὁ γαζαῖος. Legati, quod hi fuerint illi philoſophi qui cum Areohnido in Perſidem legati, ſunt profecti. Damaſcius Syrus, Simplicius Cilex, Eulalius Phryx, Priſcianus Lydns, Hermias & Diogenes Phœnices, Iſidorus Gazęus. Ex quibus alterum duorum eſt dicendum, vel duos Simplicios fuiſſe, alterum Cilicem, alterum Phrygem; vel collectorum qui id Suidæ lexicon confarcinarunt, alterum eſſe falſum. nam in Simplicio ita ait. Σιμπλίκιος, ὄνομα κύριον ὁ φιλόσοφος. Simplicius nomen proprium, philoſophus. vt apparet potius vnum eum, non duos fuiſſe. Scripſit vltra ea quę impreſſa ſunt, in Iamblichi librum de ſecta Pythagorica. Condiſcipulus huius fuit Io. Philoponus, ſed paulo ſenior: videturque Ammonium antequam Simplicius audiiſſe. nam ait eum de nomine, non vero de facie noſſe. primo Cœli comm. 11. οὐδὲ γάρ ἐστί μοι ἀηδία τις πρὸς τὸν ἄνδρα, ὃν οὐδὲ ὄψει ἔγνων ποτέ. Neque enim eſt mihi amarulentia vlla ad virum, quem neque viſu vnquam cognoui. Quæ verba facerent, vt crederem Philoponum, minime Ammonij diſcipulum fuiſſe, niſi viderem omnes fere, eius qui extant in Ariſtotilem commentarios, in titulis præferre, fuiſſe collectos ex colloquis, ex voce Ammonij Hermiæ. Quare alterum horum credere par eſt: aut Simplicium diſſimulaſſe, nouiſſe eum, cum altercationem inſtitueret, aut illum prius e ſchola Ammonii diſceſſiſſe, quàm hic acceſſerit. Quod indicat etiam eum prius in Ariſtotelem & contra Ariſtotelem ſcripſiſſe quàm Simplicius, quia is ea commentaria viderit, & reprehenderit. Scripſit multa vt Suidas refert, ac prçter ea quę publicata ſunt, in Ariſtotelem, & contra Proclum, in omnes quos vocarunt metaphyſicos libros, breuia commentaria, quę in Cypro inueni, mecumque abſtuli, nec non libellum de Aſtrolabij conſtructione. fuit Chriſtianus, Hęreſeos Tritheitarum caput, vt ſupra ex Nicephoro retulimus. Aſclepius quidam fuit eorundem condiſcipulus, cuius commentaria in metaphyſicos ſeptem extant, quę teſtatur Aſclepius ipſe, perinde ac Philoponus ſe ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου, a voce Ammonij Hermię excepiſſe. Priſcianus Lydus horum contemporaneus, qui vnus legatorum cum Simplicio fuit, in librum Theophraſti de ſenſu, & phantaſia, non eum quidem qui nuper ſub Theophraſti nomine prodijt, ſed alium quendam qui non extat, ſcripſit paraphraſim. Videntur autem Mauritij tempora attigiſſe: qui occiſus eſt anno Chriſti 603. Ab eo tempore videtur, miſerabile quoddam philoſophię ſilentium conſecutum, nam vſque ad tempora Michaelis, Theophili filij nullum prçter Io. Damaſcenum philoſophum inuenio nominatum. Fuit autem is ſub Conſtantino Copronymo circa annos 770. Scripſit autem multa quę in Grçcorum Eccleſijs etiam nunc pſalluntur.

psalluntur. eius habemus nos compendia logices Aristotelis & naturalis philosophię. Causa autem silentij huius fuit crebra Saracenorum in Græciam incursatio, qui sub Constante Heraclij nepote circa annos salutis 660. litorales omnis Gręcię ciuitates, atq; insulas, classibus inuadere ac populari cœperunt. Indeque Grȩcię studiorum desolatio subsecuta, Philosophiæque ad Saracenos & Arabas migratio. partim etiam quòd Leo Isaurus, œcumenicum Magistrum cum discipulis et libris circa annos 750. combussit. Sic enim Zonaras scribit: Domus erat Basilica proxime forum ærarium, in qua multi codices & humanæ & generosioris & diuinæ Sapientiæ asseruabantur: ab antiquis temporibus ei ad habitandum attributa, qui eruditione excelleret, quem œcumenicum doctorē appellabant. Is duodecim cōtubernales habebat excellenter eruditos. his publicus victus prębebatur, hos eruditionis & cognitionis auidi accedebant, hos, Imperatores ad rerum gerendarū consilia adhibebant. Hos cum domo, & libris exussit. Itaque muta iacuerunt philosophiæ & studia, & gymnasia: vsque ad Michaelis quem diximus tempora. Qui imperauit a 937. anno vsq; ad 951. sub eo Barda philosophiæ studia restituit. Quæ obmutescerant vt ex hac supputatione colligere, licet annos circiter tercentos. De hac restitutione egregius locus est apud Zonaram, cuius verba latina facta non ab re fuerit adscribere. Ait igitur de Barba loquens. Nihil autem fecit, nisi quòd eruditionis prouehendæ magnum studium habuit. nam Philosophia neglecta iacebat, ac propè omnino extincta erat, vt ne scintilla quidem eius superesset: in causa fuerat Imperatorum inscitia. Sed hic cuique disciplinę scholas constituit, & doctores designauit, & singulis publica stipendia decreuit. Et omnibus magnum, & communem doctorem præfecit Leonem Philosophum, cuius doctrinæ inclita fama erat, etiam ab Imperatore Theophilo honoratum; hac occasione. Cum multos haberet discipulos, accidit vt eorū quidam accuratè in Geometria eruditus, dum in Oriente peregrinatur, a Saracenis captus cuidam inter barbaros illustri in seruitutem traderetur. Agarrenorū porrò princeps Theoremata erudita & philosophica studiose audiebat, præ cęteris tamen Geometricis methodis erat deditus. Cum autem captiui herus etiam auditorium frequentaret; aliquando & ipse, eum comitatus, auditis doctoribus, qui figuras geometricas delinearant, & triangulum omnis figurę principium esse docebant. omnesque figuras ex eo & oriri, & in eundem resolui. & circulum omnium figurarum quę ambitu æquali continentur esse capacissimum. & eius generis alia. Rogauit dominum an liceret magistros de iis quæ docerent, percontari? Quod cum ille permisisset, petiit rationes eorum quæ docuissent sibi declarari. Verum illis quid responderent non habentibus, Agarenorum princeps captiuo accersito, num ipse id posset interrogauit? eumq; se scire affirmantem, afferre in medium iussit. Captiuus igitur ab initio declarat singula, rationibus adductis, & causis expositis. Auditores verbis eius intellectis, Theoremata acutius perspexerunt, quasi dilatatis ingeniis: virumq; admirati rogarunt an Constantinopolis alios similes haberet. at ille multos inquit me præstantiores habet, sed vnum magistrum omnium, virum in philosophicis rationibus incomparabilem. His auditis Agarenorum princeps, amore illius magistri captus, eum & videre & audire desiderauit, ac literas quibus hortabatur, vt ad se veniret, suamque sapientiam sibi communicaret, captiuo liberaliter & benigne tractato, ad illum perferendas tradit. At Leo veritas ne in crimen veniret ob missas ab hoste literas, ex-

emplum Dromi Logothetæ tradit, captiuo etiam adducto, qui argumentū eius exponeret. Ex hoc Theophilo innotuit, & beneficiis acceptis publice docere iussus est. Post etiam Thessalonicæ pontifex designatus. Verum Theophilo mortuo, inter cæteros Iconomachos pontifices & ipse, ob honorē sacris imaginibus non delatum, est ea dignitate priuatus. Hunc igitur Bardas cum otiū agentem inuenisset, cęteris magistris præposuit. Itaque effecit vt literæ reflorescerent exiguoque tempore incrementa caperent. Idem etiam leges ciuiles, quarum cognitio iam penè omnino obsoleuerat, reuocauit. Posteriores his fuerunt Eusthatius qui aliquot Nicomachios exposuit, atque etiam Eustratius qui secundum de demonstratione interpretatus est; ille christianus & Episcopus. Post restituta philosophiæ studia, multi florere cœperunt, nam sub Basilio Porphyrogenito Sisinnius Philosophus fuit, & patriarcha. sub Costantino Monomacho multi sine nominis tamen celebritate extiterunt: sub Michaele Stratiotico, Michael Psellus philosophorum princeps circa annos Mille octuaginta. Fuit autem eruditissimus tū in Platonica, tum in Aristotelica philosophia, ac multa in vtramque scripsit. Scripserunt in Aristotelem etiam quidam Michael Ephesius, cuius habemus breuia commentaria in libros quos parua naturalia vocant. nec non Magētinus, qui in libros Categoriarum & de interpretatione scripsit. Non videntur post hos defuisse vnquam in Græcia viri, & in Aristotelis, & Platonis doctrina doctissimi, vsq; ad Costantinopolitanam direptionem: quales fuerunt Nicephorus Blemmydes qui sub Io. Duca floruit. huius compendia habemus in Logicam & naturalem philosophiam. Sub annos 1260. Michaele Paleologo, & Andronico floruerūt multi: inter quos Georgius Pachymerius, Theodorus Metochita, quorū epitomę etiā habētur: necnon Ioannes Becchus, Georgius Cyprius, Chilas Ephesinus Daniel Cyzicenus, Io. Glycys, Nicephorus Gregoras & post hos Maximus Planudes, Bessarion, Georgius Gemistus, Theodorus Gaza Io. Argyropylus. Georgius Trapezuntius, & alii eius generis viri illustres. A quo tempore, Turcarum immanitate penitus omnes bonæ literæ in Græcia interierunt, veluti olim in Ital a barbarorum aduentu. Nam translato Bizantium imperio, destituta Italia propriis & viribus, & virtutibus, doctrinarum philosophicarum mira taciturnitas est subsecuta, in quo vix Albinus quidam, & Vegetius Prætextatus, & Victorinus, qui a Boetio nominantur, vocē ausi sunt emittere. Nam Victorinus, qui forte fuit D. Hieronymi præceptor, Rhetor potius q̄ philosophus, librum Porphyrianæ isagoges in latinum vertit, Vegetius Analyticos omnes; Albinus de iis scripsit. Hos subsecutus est Boetius, qui Theodorici Gottorum Regis tempore vixit, ab eoque cum Symmacho occidi iussus est, anno a Christo 524. Quare Boetius & Simplicio & Philopono, & Ammonio etiā antiquior est, ac propterea eorum scripta nusquam citat, sed Themistij, Porphyrii, Alexandri, Hermini, Aspasij. Post Boetium philosophiæ studia omnino interierunt in Italia, quæ sexcentis post annis circa annos scilicet 1140. reuiuiscere cęperūt. Namque post Mahometi hęresiarchę obitum successores eius, ter omnem Gręciam ad Bizantium vsque sunt depopulati: annis 659. rursus 721. atque etiam 826. Quibus incursionibus, certum est eos multos, omnis generis libros secum asportasse. A quo tempore, libris in Arabicam linguam translatis, studia inter eos florere cœperunt, Mathematicarum: vti ex Zonara est relatum; Medicinę, ac philosophię pręsertim Peripateticę. Apparetq; omnes Aristotelis libros; Nicolai, Alexandri, Themistij, & Philoponi commentationes, eos habuisse; ita

ab Auē Rois passim citantur. Erectaq; sunt publica Gymnasia in Aphrica multis in locis, Tuneti, Tripolis, Constantinę Marocci, & Fessę. Hinc simul cum eorum imperio literarum & Philosophię studia in Hispaniam, post annum 740. transfretarunt; Cordubęque celebre gymnasium constitutum. in quibus omnibus, innumeri, memorabilesque viri eluxerunt, quorum nomina, Auenetam, Abnabed, Abnbacher, Tophaid, Abumazar, Abuhabat, Abualchasis, Albumasar, Auęnnatha, Abucali, Abencini, Alhagiag, Adads, Auosait, Auenchalit, Auēpace, Alpharabius, Algazel, & multa alia audimus; pauciorum libros legimus. Inter quos pręcipui Auicenna, & Philosophus, & Medicus maximus. Et Iunior eo Auē Rois. Is floruit Cordubæ ab anno Erę Maurorum 510. vsque ad annum 595. quod patet fine paraphraseos Rhetoricę, vbi sic scribit. Hicq; completa est huius libri expositio tertio mense 510. anni Erę Maurorum, ad laudē Dei cui nihil est occultum. Amen. Alterum ex fine commen. in librum quintum de Generatione Animalium. Hic est finis huius libri, & expositionis omniū librorum rationaliū huius operis, laus Deo, domino seculorum. Et qui hunc librum viderit, excuset me, quoniam ipsum edidi angusto tempore. adde etiā nos multos habere labores, quos patimur his temporibus. sunt quoq; magni errores in libro, ex quo transtuli. nullumque expositorem vidimus hunc librū exposuisse. Quod si Deus dabit mihi tempus, conabor iterum scrutari ipsum. Quem librum perfeci in mense Octobris, in ciuitate Sybillię postquam fui egressus de Corduba anno 595. alhagerę idest discessus Mohamad ex Mecha. Id autem fuit anno Christi 1216. nam Era Mahometi cœpit Christi anno 621. Videtur autem impossibile vt post 510. annum, quo Rhetoricem exposuit, annis 85. exposuisse libros de Generatione Animalium quibus si anni quindecim addantur, qua ętate ad minimum fuisse necesse est, cum Rhetoricam exposuit, centesimo ętatis anno libros de Generatione exposuit. Sperat tamen adhuc se uiuire & iterum librum scrutari. Multos ab eo citatos inuenimus, Auicennam, cuius totam philosophiam & medicinam habemus. Alpharabium, cuius librum de intellectu, Et quos supra commemorauimus. Ex Hispaniis, cōmertio, & vicinitate nationum finitimarum, literarum studia circa ea tempora ut videtur transierunt in Gallias. Quis vero primus omnium, Aristotelicam philosophiam ibi tractauerit in incerto est: attamen satis ni fallor, constat, Alexandrum de Ales et Albertum Magnum, primos omnium Latini nominis philosophorum Aristotelicam philosophiam commentariis exposuisse: floruit antē Albertus circa annos 1260. fuitq; Monachus ordinis Dominici. Huius discipuli multi fuerunt, sed pręcipuus inter omnes D. Thomas Italus Aquinas. Et Io Duns Scotus. quos secuta est ingens monachorum multitudo, in diuersa diuisa sectas, Thomistarum, Scotistarum, Nominalium, Realium. Quorum numerum vsque ad 12. millia fuerunt peruenisse. qui scriptis aliquid vel philosophicum vel Theologicum mandarunt quos, cum tanto numero innumerabiles sint, silentio pręterire est a fastidio procul.

ARISTOTELICORVM

ARISTOTELICORVM INTERPRETVM VARIAE INTERPRETANDI RATIONES.

LIBER VNDECIMVS.



ERIPATETICI, quos ſuperiore libro, longo ordine tibi, omni laude cumulatisſime adoleſcens recenſuimus in ætates decem commode diſtingui poſſe videntur. ex qua partitione, variæ tum Ariſtotelem interpretandi, tum etiam in Ariſtotele philoſophandi rationes apparebunt. Prima itaque Peripateticorum ætas eſto, eorum qui Ariſtotelem ipſum audierunt diſcipulorum. inter quos qui aliquid philoſophicum literis mandarunt celebresque ob id effecti ſunt, hi ſunt. Theophraſtus, Eudemus Rhodius Dicæarchus, Clearchus, Ariſtoxenus, Calliſthenes, Hermias Eunuchus, Plato, Hipparchus, Clitus, Leo, Menon, Philo. quorum quid quiſque ſcripſerit libro præcedente eſt declaratum. Hi Ariſtotelis vocem audierunt; hos, ipſe ſuo ore docuit; his ſecretiores libros, dogmataque eius communicauit. Hos veluti ſuæ philoſophiæ hæredes reliquit. Hos ſecunda ætate ſecuti ſunt horum auditores, & præſertim Theophraſti. Strato Lampſacenus, Phanias, Nicomachus Ariſtotelis filius, Demetrius Phalereus, Eraſiſtratus medicus, Dinarchus, Lynceus, Hippolochus, Hieronymus, qui & ipſi ſcriptis nomen ſuum celebre reddiderunt. Tertiam ætatem numerabimus a Stratonis diſcipulis, vſque ad Andronicum Rhodium. per annos circiter 212. qui interfuerunt a Stratonis obitu, ad obitum Tyrannionis; a quo Ariſtotelicos libros Andronicus accepit. Fuerunt autem hi qui monimēta aliqua eorum philoſophiæ reliquerunt, vel ſuis vel aliorum libris. Lyco, Ariſto, Ptolemæus Philadelphus, Critolaus. Diodorus, Agatharchides, Clitomachus. Quarta poſt hanc ætas ab Andronico, vſque ad Alexandrum Aphrodiſieum, quæ fuit annorum circiter 258. A Tyrannionis morte, ad M. Antonini obitum, ſub quo Alexander floruit, circa annos Chriſti 182. Horum annorum ſpatio floruerunt Andronicus, Soſigenes Boethus Sidonius, Ariſto Cous, Eudorus, Xenarchus, Athenodorus, Alexander Aegæus, Cornutus, Sation, Achaicus, Lucius, Apollonius, Adraſtus, Aſpaſius, Herminus, Ariſtocles, Nicoſtratus. Quintam ſtatuamus ab Alexandro vſque ad Porphyrium: quæ fuit annorum circiter nonaginta: nam ab obitu Antonini (poſtea quàm Alexandri obitus ignoratur) vſque ad mortem Plotini (a qua Porphyrius florere cœpit) quæ fuit ſecundo, Claudij ſecundi Imperatoris anno, intercurrerunt Anni nonaginta. His annis claruerunt, hic ipſe Alexander, & Alexander alter Damaſcenus, & Eudemus, Galenus, Ammonius Saccus, Ptolemæus, Heliodorus, Anatolius, Dydimus. Poſt quos

sexta ætate a Porphyrio ad Simplicium, clari sunt habiti in Grecia quidē,& Syria & Aegypto. Iamblichus eius auditor, Dexippus, Themistius, Plutarchus Nestorij, Olympiodorus Senior, Syrianus, Maximus Byzantius, & alter Ephesius, Aedesius, Chrysanthius, Sopater,Eustathius, Antoninus, Claudianus, Nymphidianus,Priscus, Eusebius,Epigonus, Beronicianus, Theodorus Asinæus,Proclus, Hermias, Ammonius, Damascius, Priscianus Lydus, Philoponus, Simplicius, Asclepius. & in Italia Boetius. Simplicius videtur vsque ad Mauricij tempora vixisse. qui imperium cœpit, anno 276. post renunciatum a Diocletiano Imperium: vsque ad quem Porphyrius traditur vixisse. A quo Mauricio paucis annis,philosophię studia in Græcia penitus obmutuerunt, perdurauitque id silentium vsque ad Michalis & Bardæ tempora, qui fuerunt anni circiter tercenti. Intra quos septima ætate viguit philosophia inter Arabas, per quos vsque ad Auerroem peruenit, qui paucis post annis in Hispania vixit, quibus Psellus Constantinopoli, cuius vrbis Philosophos, in octaua collocabimus ætate. Latinos verò in nona numerabimus, vsq; ad Io.Fabrum Stapulensem;qui primus philosophiam,ex infinitis quæstionibus eximere est conatus. In quo decima cœpit, atque ad nostra tempora perdurat. In qua floruerunt Nicolaus Leonicus, Franciscus Caballus, Alexander Achillinus, M.Antonius Zimarra, Augustinus Niphus, Petrus Pomponacius. atque horum discipuli Ludouicus Buccaferreus, Simon Portius, Vincentius Madius, M.Antonius Iauua, Franciscus Vicomercatus, atque alij viri celebres tum munere docendi, tum etiam labore Aristotelis explanandi. Quod autem per ætatum discrimina, Peripateticorum familiam distinxerimus, in causa est, quod ætas vnaquæque suam quandam habuit, tum interpretandi Aristotelis, tum in eius dogmatibus philosophandi rationem, quæ vnicuique ætati propria fuit. Quæ res,vt manifestior fiat hoc libro interpretandi genera exponemus, in sequente philosophandi rationes reijciemus. Quinque omnino sunt, quibus omnes Aristotelis libri constant, Propositio expositioque rei, quam est tractaturus. Antiquarum opinionum rationumque confutatio. Dubitationes. Dogmatum suorum constitutiones. Epilogi, quibus acta commemorat. Hæc omnia procul dubio, verbis, & sententijs constant. triplicia itaque hinc, interpretandi genera summa ac prima, oriri necesse est; primum, quod verba sola interpretatur, secundum quod solas sententias, tertium quod vtrunque. Qui verba Aristotelis sola interpretari aggressus toto opere sit, fortè reperietur nemo: nisi quis Anonymum illum, cuius in tres Rhetoricos expositiones habemus, in eo genere reponat: quod quidem vndequaque non est verum. plus enim aliquid facit,sensusque non raro attingit. Aspasius autem videtur plurimum operę po suisse, in verbis & interpretandis, & corrigendis, & restituendis. quod sæpenumero Simplicius testatur, veluti libro 3. de Natura, commen. 11. Sed dupliciter fertur horum verborum scriptura, equidem secundum Aspasium,& Themistium. Et comment. 15. Sciendum autem est quod Aspasius sic scribit contextum. & libro 4. commen. 107. Ob id nonnulli mutant verba, vt inquit Aspasius. & rursus; & Aspasius sic verba exponit, lib. 6. commen. 7. Sed pulchre Aspasius hic punctum subscripsit & notauit, cuius modi innumeras Aspasij aduersiones tum apud Simplicium,tum aliquando etiam apud Philoponum inuenies. Sed non ideo Grammaticus tantummodo est putandus, verum etiam philosophice sensu ipsa est interpretatus; quod tum ex illorum testimo-

nijs, tum etiam ex proprijs commentationibus, quæ in tres Nicomachios extant clarum est. Sed si quis Aristotelicorum verborum tantum interpres dicendus est, ij sunt qui eius libros in alienam linguam verterunt; ijque non omnes sed qui verbo verbum reddere sunt conati. qualis fuit Matthęus Arabs, ille qui Aristotelem (vt semel in Auerrois legitur primo post. commen. 51.) ex Græco, suæ gentis fecit. sunt etiam Aristotelis versores ab Auerroi nominati alij tres AlKindus & Isaac 3. de Cœlo, commen. 35. & Albefagar commen. 56. In latinam verò linguam, quis fuerit is qui ad verbum reddiderit, incompertum habeo: quam enim vocant veterem translationem, ad verbum est reddita. quidam putant eum fuisse Boetium sed ex ijs quæ eius habemus, falsum id esse conuincitur. non enim ad verbum sunt translata. An verò ante Boetium Aristotelis libros quisquam verterit, (nam Victorinus Isagogem Porphyrij vertit) itidem non est mihi compertum. Illud verò notum est, circa annos 1415. Leonardũ Brunum, Ethicos libros vertisse. & Politicos, annos 18. post. Quem subsecutus Theodorus Gaza circa annos 1453. Aristotelis libros omnes de animalibus & Problemata, necnon Theophrasti libros de Plantis. & Alexandri problemata latina fecit. Quem secuti sunt in eo munere, tres alij doctissimi Græci, Georgius Trapezuntius, Bessario, & Io. Argyropylus: qui varios Aristotelis libros latinitate donarunt: post quos inumeri tum Itali Galli, tum Germani, vertendis tum philosophis tum medicis, alijsque authorum Græcorum generibus laborem susceperunt. Sed illi quos nominaui Aristotelicorum librorum versores, non sunt dicendi; verborum tantummodo interpretes, verba enim verbis non reddiderunt, sed sententias easdem simul cum verbis alienis. Sententiæ verò solius, interpretes triplicis sunt generis. ac primi quidem qualis Themistius, qui nulla verborum habita cura τὰ βουλήματα, voluntates & sententias vt ipse loquitur, ἐκλαμβάνων σὺν τάχει ἐξήγγελλεν excipiens cum breuitate enunciauit. Nec verò scio, vt verè dicat καινόν τε ἔδοξε novum est visum, paraphrastice scribere, cum ante ipsum multis annis compertum sit Andronicum Rhodium paraphrasem in Categorias scripsisse. quod Simplicius testatur capite de æquiuocis his verbis. διὸ καὶ Ἀνδρονικὸς παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. Atque iccirco Andronicus, paraphrasi exponens Categoriarum librum. Et rursus. καὶ ὁ Ἀνδρονικὸς δὲ παραφράζων τὸ βιβλίον φησί. Et Andronicus, paraphrasi exponens librum ait. Primus itaque Andronicus Aristotelicorum librorum paraphrastes est habendus: fortè verò secundo loco Themistius reponendus. Qui scripsit pręter eas quę habentur paraphrases, in Categorias quoque quòd Simplicius testatur in procemio, οἱ μὲν αὐτὴν μόνην τὴν λέξιν ἐπὶ τὸ σαφέστερον μεταθεῖναι προτιμήσαντες, ὥσπερ ὁ Θεμίστιος ὁ Εὐφράδης, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος. Alij quidem ipsam solam dictionem clarius transponere aggressi veluti Themistius Euphrades & si quis alius talis. quibus verbis non videtur paraphrasim innuere. nam ea non verba, sed βουλήματα vti Themistius ipse ait, voluntates curat. Quod si paraphrasim significare Simplicius voluit, proculdubio ab eius scopo aberrauit. Meminit quoque Themistij primo cœli commen. 20. & 28. & 35. sed non vt paraphrastis, imo potius vt expositoris. sicut etiam Auerrois primo de cœlo commen. primo & 19. & 32. & 69. & 73. & 100. & sæpe alibi. Scripsit etiam in analyticos de syllogismo; citante eum Philopono. sed an paraphrasim ignotum. Scripsit in Topicos, quod Boetius attestatur, sed quo interpretationis genere, non exprimit. Psellus etiam scripsit in

totum organum paraphasim. cuius tamen non nisi in librum de interpretatione extat. & in octo physicos. nouo quodam modo contextus quædam capita apponens. Paraphrasim scripsit etiam Auerroïs in libros de cœlo, de generatione, in libros quatuor de partibus animalium, de generatione animalium, in libros de sensu, de memoria, de somno, de longitudine vitæ. in tres Rhetoricos, in librum de Poetica, atque etiam in Platonis Rempublicam. Scripserunt paraphrasim etiam nostris temporibus doctissimi quidam viri, in quosdam Aristotelis libros. Metaphrasis autem, quam diximus Damascium in primum de cęlo scripsisse, & Priscianum Lydum in Theophrasti libros de sensu & phantasia, quæ adhuc extat, an eadem res cum paraphrasi sit, incertum est. nam metaphrasis illius quidem non extat, istius verò extat sed liber perijt, vt nequeamus modum eius vel in verbis vel in sententiis explicandis agnoscere. Atque hæc de primo interpretandarum sententiarum genere. Secundum verò sententiarum exponendarum genus id est, quo totum aliquem librum non expositione, non paraphrasi, sed ordinata ac veluti æmula quadam tractatione explanamus. qualem videtur fecisse Eudemus Rhodius Aristotelis auditor, qui multos de natura libros scripsit, Aristotelicos tum sequendo tum exponendo, proprio tamen argumento: quod multis in locis Simplicius testatur: inter quæ in prooemio septimi physici hæc sunt verba. Quod etiam confirmat Eudemus, qui vniuersæ huius disciplinæ ferè ad hunc librum capita secutus, hunc reliquit & præterijt veluti superfluum, & proficiscitur ad ea capita quæ vltimo libro differenda proponuntur. Atque ideò libro 6. commen. 38. eum veluti expositorem nominat sic scribens. Nihil absurdum existimo adferre ea quæ de hoc Eudemus conscripsit in secundo naturalium, qui præ cæteris expositoribus Aristotelis sensum maxime attigisse visus est. Similem commentationem credendum est eam esse eiusdem Eudemi, qua septem libris, Aristotelis doctrinam de moribus, paruis Ethicis, & libris de philosophia atque alijs expositam, per æmulationem & comprehendit & explanauit. talem etiam forte fuisse eam, quam Analyticis, & Categorijs & interpretatione expressit. Huius modi etiam fuisse eam Nicomachi Aristotelis filij, quam Suidas scribit, eum scripsisse de auscultatione physica patris sui. Talis quoque est ea, quæ decem Ethicis libris ab eo confecta est eorum quæ de moribus, varijs libris pater scripserat. Huiusmodi etiam commentatio est liber de anima Alexandri, quo librorum Aristotelis de anima doctrinam, eodem ferè ordine, ijsdem sententijs, veluti vestigijs insistens, sed suo quodam modo explicauit. Quali genere tota est Auicennæ etiam philosophia, in qua tamen aliquibus in rebus, non vsquequaque Aristoteli assentitur. Talis quoque Auerrois media expositio in demonstratiuos, & in tres primos de natura. Finitimum est huic tertium expositionis genus quo integros libros in Epitomas & compendia redigimus. Quod multis est vsitatum non equidem antiquiorum sed recentiorum. Pselli nanque est apud me epitome naturalis Aristotelicę philosophię, & Ioannis Damasceni, & Nicephori Blemmydę. prodierunt quoque epitomę aliquot Georgij Pachymerij: extant etiam Auerrois epitomę in vniuersos libros logices, & in metaphysicos. Sunt etiam recentiorum aliquot in varios libros compendia. Quartum verò genus illud est, in quo non singulas quasque sententias, sed pręcipuas quasdam exponendas suscipimus. in quo genere est Porphyrij dialogus in Categorias. De quo Simplicius, οἱ δὲ καὶ τὰς ἐννοίας μὲν, αὐτὰς δὲ μόνας ψιλὰς, τὰς περὶ τοῦ

Ἀριστοτέλους ἀποτεινομένας συντόμως ἀποκαλύπτειν ἐσπούδασαν. ὥσπερ ἐν τῷ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν πεποίηκεν ὁ Πορφύριος. Hi verò & sententias, sed eas solas nudas, quę ab Aristotele intendebantur, breuiter manifestas facere studuerunt. Sicuti in libro secundum interrogationem & responsionem fecit Porphyrius. Cuius exemplum secutus est Dexippus eo dialogo qui adhuc in eundem librum superest. De quo idem Simplicius καὶ Δέξιππος δὲ ὁ Ἰαμβλίχου, καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο· προηγουμένως δὲ τὰς τοῦ Πλωτίνου ἀπορίας ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ διαλύειν προτίθεται. Et Dexippus Iamblichi, ipse quoque Aristotelis librum breuiter exposuit, principali verò intentione Plotini dubitationes, veluti in dialogo sibi propositas, dissoluere proponit. Sed dialogus hic magna sui parte caret. Prærer hos duos possumus Proclum nominare, qui secundum Aristotelis de motu librum, per seriatas sententias breuiter & mathematico more exposuit. Finitimum quarto, est quintum genus, quo non sententias quasdam seriatim vno libro positas exponimus, sed quasdam ex varijs libris hinc inde selectas, confuse & sine ordine explanamus. In quo genere sunt Alexandri quæstiones, quas puto ex varijs eius commentationibus collectas. necnon Zimarræ Theoremata, & Scholasticorum philosophorum infinitæ quæstiones ac quolibeta; ex verbis Aristotelis aliquibus promanata. Sexto genere collocabimus quod proxime huic accedit, cum non ex verbis solis vnius loci, sed ex vniuerso dogmate Aristotelico aliquid tractamus. Cuiusmodi apud Alexandrum multa sunt, veluti, quòd anima incorporea sit: quòd plures eius potentiæ: quòd qualitates corpora non sunt: quòd aer natura calidus: de visione, de primo proprio, de Fato, de mixtione, & alia nonnulla. Boetij, quoque de diuisione, de diffinitione, ac de syllogismis Categorico, & hypothetico. Auerrois quoque de substantia orbis, de animæ beatitudine, de intellectu, de demonstratione. Et recentiorum philosophorum innumera, quæ numerare tædium pariat. Sex itaque his generibus, tota sententiarum interpretendarum ratio est comprehensa. Sed tertium illud genus summum, quo & verba & sententias simul interpretamur, suas quoque proprias rationes habet. Quæ duæ initio suo sunt. Vel enim nil aliud quam contextum Aristotelis explanat, vel etiam aliud agit. Priore hoc genere comprehendi videntur antiquiores omnes interpretes vsque ad Herminum, vel Alexandrum, Andronicus, Aristo, Boethus, Eudorus, atque alij. quod ex varijs Simplicij in prædicamenta locis intelligere est; ac ex Aspasij in tres Nicomachios commentatione videmus. Quâ nil aliud agitur, quàm verba & sententiæ authoris declarantur: Tales etiam sunt Alexandri Aegæi expositiones, in metheoros, in librum de sensu, in philosophiam, ac sapientiam. Huiusmodi etiam est Philoponi commentarium in libros de animalium generatione, Eustathij, ac Michaelis Ephesij in Nicomachios. Auerrois quoque eæ quas vocant medias expositiones, in libros de generatione & corruptione, & in tres meteoros (nam quarti summa inter epitomas est collocanda.) & in Nicomachios. Talis est etiam Nicolai Leonici expositio in paruos naturales, ac fortè alterius cuiuspiam. nec enim numerate aut vacat, aut est necesse: Altero verò genere comprehenduntur, qui præter verborum & sententiarum explanationem, aliam quoque rem agunt. Idque ratione primo triplici. Nam vel cum Aristotele ipso rem habent, vel cum alio: vel ipsi suopte ingenio, aliquid commentantur. Si cum Aristotele, tripliciter id quoque fit: nam vel singulorum membrorum

brorum sensu aperiendo Aristotelis artem & argumentandi rationem ostendunt, argumentationum formas nectunt, quæ deesse videntur propositiones supplent. Quòd in Simplicio, Philopono, Ammonio passim offertur. Vel sensa multorum membrorum in vnum colligunt, deinde partes ipsorũ singillatim expendunt, quod Olympiodoro in meteoris est familiarissimum, vocatque eas collectiones πράξεις actiones. Philoponus verò id ipsum in physicos & libros de anima facit, vocatque θεωρίας speculationes. Diuus verò Thomas harum loco, diuisiones contextuum in minutissimas particulas adinuenit, quas primo loco collocat, deinde singulas exponit. Tertia ratione, in Aristotelis verbis dubitationes ortæ tractantur, idque duplici modo: vel enim pro Aristotele soluuntur, vel contra eum concluduntur. Prioris multæ sunt apud Græcos interpretes & Boetium. Tales puto fuere eæ, quas Herminum, & Alexandrum Aphrodisieum refert Simplicius, in Categorias mouisse. Apud verò Auerroim, atque Latini nominis philosophos omnes, pro Aristotelica sententia resoluuntur. neque fas ab eis putatur, quicquam contra Aristotelem sentire. Antiquiores Græci secunda hac ratione, non raro dubia orta, contra Aristotelem statuerunt. Cuiusmodi Xenarchus, vt est apud Simplicium in libris de cœlo, multas aduersus Aristotelem conclusit. Nicolaus verò Damascenus, totos libros metaphysicos perperam scriptos asseruit. Plutarchus Chæroneus inutiles declarauit: Athenodorus & Cornutus, & post eos Lucius & Nicostratus, & post hos Plotinus Categoriarum librum integris ac multis libris oppugnarunt. Damascius quoque dogmata de loco, & tempore, & Simplicius cum eo, nec non Philoponus impugnare sunt annixi. Isque mundi etiam æternitatem Aristotelicam diluere est conatus. Galenus quoque multa in animalium philosophia contra Aristotelem sensit & scripsit. Si verò cum alijs, quàm cum Aristotele inter exponendum res habetur, id fit, vel cum eiusdem sectæ viris & interpretibus, vel cum alienæ. Prius id, duos habet modos. Alterum quo aliorũ interpretum interpretationes vel colligimus, vel examinamus. Collectionem Simplicius in Categorias curauit, testaturq; id ante se etiam Syrianum, sed breuissime fecisse. Examinationem Philoponus exercuit in commentarijs de anima, vbi Plotini, Plutarchi, Nestorij, Procli, Marini, Ammonij aliorumque sententias discussit, easque vel improbauit vel approbauit. Quod etiam Simplicius plerunque facit. Videturque ex professo id munus suscepisse, vt Alexandri Aphrodisiei, Porphyrijque explanationes reprehenderet, atque in Philoponum inueheretur. libris de natura, de motu, ac de cœlo. At in commentarijs librorum de anima Iamblichi dogmata non solum approbauit, sed etiam vndequaque secutus & admiratus est. Boetius verò videtur vbique Alexandrum Aphrodisieum, Porphyriumque præferre cæteris. Auerrois autem Alexandrum; huic soli omnia credit, eumque in omnibus ferè amplexatur. Huiusmodi rationem commentandi Aristotelis ætas hęc nostra atque superior tenuit, Auerroimq; præ cęteris omnibus est admirata, atque secuta. Cum autem alienę sectę sententias adducimus, eas vel concordes cum Aristotelicis esse, vel discordes ostendimus. Quod multis locis in Simplicio apparuit. Videturque concordiæ huius author primus Porphyrius fuisse, vti anteriore libro significauimus. Porphyrium secutus maxime est eius auditor Iamblichus. qui ea re, Simplicio est admirandus. itaque concordiam cum ostendimus, eam proculdubio approbamus, veluti Simplicius in libris de ani-

ma fecit, qui Platonis dogmata cum Aristotelicis, concordia esse, annixus est demonstrare, & ante ipsum Iamblichus, eaque sunt amplexati. Si verò discordiam monstramus, vel Aristotelicam sententiam præferimus, aliorum reijcimus. vel etiam contra Aristotelem alienam diffendimus. Quod Syrianus fecit commentarijs suis in duos de Sapientia, Pythagoreorum mathemata, & Platonicas, Xenocraticasque ideas deffendens. quod & Ammonius aliquan do fecit, & eius discipuli Philoponus & Simplicius; & ante hos omnes Eudorus. Tertiæ verò illius summæ rationis sunt, quæcunque interprætes sua ingenij & doctrinæ ui comminiscuntur. qualia sunt principijs librorum prolegomena. intus verò excursus quidam, quos Philoponus libris de natura παρεκβάσεις egressiones vocat: in Auerroi verò digressiones sunt appellatæ. qualis in Simplicio, ea quæ de loco, & quæ de tempore est. In quibus non dubitat etiam contra Aristotelicum dogma sentire. Cuiusmodi meo, videtur etiam ab antiquis interpretibus aliquando seruatus. Quod de Adrasto Simplicius affirmat primo de natura comment. 24. Vnde Adrastus volens explicare indicareque verè ens, paulo degressus est a propositis. ibique eius verba apponit. veluti fecisse videtur Boethus in Categorias. sic de eo scribente Simplicio. τινὲς μέντοι καὶ βαθυτέραις περὶ αὐτὸ διανοίαις ἐχρήσαντο, ὥσπερ ὁ θαυμάσιος Βοηθός. Equidem aliqui, circa hunc librum profundioribus sensibus vsi sunt, quemadmodum admirabilis Boethus. Ac paulo post idem de Iamblicho tradit. πανταχοῦ δὲ τὴν νοερὰν θεωρίαν, ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν κεφαλαίων, ἐπιτιθείς. Vbique verò, intellectualem contemplationem, singulis ferè capitibus apponens. Atque hæc quidem sunt simplicia Aristotelis interpretandi genera, quibus interpretes vel vsi sunt, vel vti potuerunt. Ex quibus multa mixtorum possunt confici, atque in vsum produci. Qualia Porphyrium atque Iamblicum in Categoriarum librum induxisse, Simplicius author est his verbis. μετὰ δὲ τούτους, ὁ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν αἴτιος Πορφύριος, ἐξήγησιν τε ἐντελῆ τοῦ βιβλίου, καὶ τῶν ἐνστάσεων πασῶν λύσεις, ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐποιήσατο τοῖς Γεδαλίῳ προσφωνηθεῖσιν πολλὰ καὶ τῶν στωϊκῶν ἐκεῖ δογμάτων κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου προσιστορῶν. μετὰ τοῦτον δὲ ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος, πολύστιχον καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο τὸ βιβλίον κατεβάλετο πραγματείαν, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς πορφυρίου, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως κατακολουθῶν, τινὰ δ' ἐπικρίνων ἐκεῖνον καὶ διαρθρῶν ἀκριβέστερον, μετὰ τοῦ συστέλλειν, τὴν ὡς ἐν σχολαῖς πρὸς τὰς ἐνστάσεις μακρολογίαν, πανταχοῦ δὲ τὴν νοερὰν ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν κεφαλαίων ἐπιτιθείς. Post hos, Porphyrius, omnium nobis bonorum causa, & expositionem libri perfectam, atque instantiarum omnium solutiones septem libris, quos Gedalio inscripsit, confecit. multa quoque Stoicorum dogmatum, sermonis communione abscribens. Post hunc verò diuus Iamblichus, & ipse prolixam in hunc librum operam posuit, pleraque Porphyrij ipsis etiam verbis secutus, aliqua verò eorum diiudicans & diligentius discernens, in breuitatem etiam redigens eam sermonis prolixitatem, qua, vti in scholis ad instantias vsus ille fuerat. Vbique verò intellectualem contemplationem singulis ferè capitibus apponens. Huiusmodi mixtam interpretationem & Simplicius eo libro, ac reliquis conscripsit, & omnes reliqui philosophi Aristotelis commentatores, præter eos qui primis summis illis generibus, altero verborum, altero sententiarum simplicius eius libros exposuerunt. In tertio vero, genere summo quod mixtum est, quia verba & sententias exponunt & aliud etiam agunt partes simplices ostendi, qua-

rum diuersitate simul iunctarum valde inter se differentes commentationes prodierunt, prout cuiusque vel ingenium, vel doctrina fuit, vel occasio sese præbuit. An verò in his commentandi modis, interpretis seruarint munus, expendere facile queas, si ea quæ tradidimus, cum his quæ & Ammonius, & Simplicius, de interpretis munere scripsere, conferas. Quorum ille prolegomenis Categoriarum sic scripsit. ὁ δὲ τούτων ἐξηγούμενος, ὀφείλει μήτε κατ' εὔνοιαν ἐπιχειρεῖν τὰ κακῶς λεγόμενα συνιστᾶν, καὶ ὡς ἀπὸ τρίποδος ταῦτα δέχεσθαι, μήτε τὰ καλὰ ἀπαιτοῦντος δέχεσθαι κατ' ἀπέχθειαν, ἀλλὰ κριτὴς ἀπαθὴς τῶν λεγομένων ὑπάρχειν, καὶ πρῶτα μὲν τὴν διάνοιαν τοῦ ἀρχαίου σαφηνίζειν, καὶ ἑρμηνεύειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, ἔπειτα τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρειν κρίσιν. Horum verò explanator debet, neque per beneuolentiam, astruere conari ea quæ perperam sunt dicta. ac veluti a Tripode, ea recipere. Neque ea, quæ rectè dicta sunt, malo more atque odiose amplecti. Sed iudicem sine vlla passione, eorum quæ dicuntur se præbere. ac primo sententiam authoris claram reddere, & interpretari quæ illi videantur. postea suum ipsius afferre iudicium. Simplicius quoque eadem occasione hæc habet verba. τὸν δ' ἄξιον τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων ἐξηγητὴν, δεῖ μὴ πάντη τῆς ἐκείνου μεγαλονοίας ἀπολείπεσθαι. δεῖ δὲ καὶ τῶν πανταχοῦ τῷ φιλοσόφῳ γεγραμμένων, ἔμπειρον εἶναι, καὶ τῆς Ἀριστοτελικῆς συνηθείας ἐπιστήμονα. δεῖ δὲ καὶ κρίσιν ἀδέκαστον ἔχειν ὡς μήτε τὰ καλῶς λεγόμενα, κακοσχόλως δεχόμενον ἀδόκιμα δεικνύναι, μήτε εἴ τι δέοιτο ἐπιστάσεως, πάντη πάντως ἄπταιστον φιλονεικεῖν ἀποδεῖξαι, ὡς εἰς τὴν αἵρεσιν ἑαυτὸν ἐγγράψαντα τοῦ φιλοσόφου. Dignum autem Aristotelicorum scriptorum expositorem, oportet non esse vacuum vndequaque magnitudine illius mentis. oportet etiam expertum esse omnium quocunque loco, a Philosopho scriptorum. Et Aristotelici moris scientem. oportet quoque iudicium habere syncerum, vt neque ea quæ rectè dicta sunt, malo more suscipiendo, inualida ostendat. Neque si quid aduersione indigeat, omni contentione inculpabilia monstraret. veluti in Philosophi sectam sese inscripserit. Contrariam huic sententiam secuti sunt Auerrois, atque ab eo profecti Latini nominis Philosophi, qui omnia Aristotelis dicta, omnes sententias, omnia dogmata, non nisi verissima, non nisi veluti ex Tripode profecta oracula exceperunt. quod sequenti libro apertius patebit. Sed antequàm huic finem imponam, illud addam: Interpretes hos omnes vti suas explicationes Aristotelicis verbis accommodarent, ea quemque suo modo fecisse. Namque Anonymus ille qui Rhetoricos libros exposuit singula adducendo, singula declarauit. Olympiodorus verò ac Syrianus initia quędam clausularum attulerunt, reliqua vsque ad alterius periodi initium ommissa explicarunt, quod & Psellus in physicis obseruauit. Philoponus verò medio quodam calle est ingressus. Concisa quidem et ipse ea attulit longioribus tamen contextus membris quàm Anonymus, & nihil eorum vt hi tres, ommisit. quod & Eusthatius in Ethicos fecit, & Ephesius Michael & ante hos Aspasius. Alexander verò, & Ammonius & Simplicius continuatiores, ac prolixiores contextus plerunque attulerunt. Quos hac in re Auerrois secutus etiam est. Intulit tamen is proprios tres Aristotelica verba secandi modos. Libros enim in summas quasdam est partitus. Summas vero in capita. capita etiam in textus. quam diuisionem posteriores eius sectatores omnes sunt amplexati. Inter eos verò qui Aristotelicos libros ex Grçcis lati-

nos fecerunt, Theodorus Gaza suo quodam modo, ab Auerroico differente libros in capita secuit; quod itidem & Argyropylum, & Bessarionem, & alios existimo fecisse. vt varijs modis Aristotelis libri pro cuiusque arbitrio, sint diuisi. cum ipse integros atque continuatos scripserit, quales Aldus, eiusque heredes bis eos, Basileę semel impresserunt. Quamquàm postea Basilienses hi eos impresserint in capita, partim Theodori aliorumq; diuisione, partim sua quadam partitos: quam capitum partitionem, vti locis a nobis citatis, reperiendis accommodam, nos quoque secuti in his discussionibus sumus: non quòd putaremus meliorem eam fieri non posse, sed quòd nullus pręter hunc, vsque ad hanc diem Gręcus codex aptius diuisus, est impressus.

ARISTOTELICAE

ARISTOTELICAE SECTAE, PER VARIAS AETATES, VARIAE PHILOSOPHANDI RATIONES.

LIBER DVODECIMVS.



NTERPRETANDI Aristotelicos libros varia genera, quæ superiore volumine, satis dilucide vti existimo, tibi acerrimi iudicij adolescens, ostensa atque destincta sunt, non admodum ad tua studia fuerit vtile cognouisse, nisi etiam quibus rationibus Aristotelicæ sectæ viri, inde vsque ab initio, ad hanc nostram ætatem philosophati sint, cognoueris. Quæ sanę, singulis eorum ætatibus, quæ superius sunt a nobis enumeratæ, aliæ atque aliæ fuerunt. Quam rem ita esse vti cognoscas, ab eorum initio exordium sumemus. Itaque dicimus Aristotelem, quatuor modis, discipulis suis disciplinas tradidisse, ἑωθινῷ περιπάτῳ, matutina deambulatione, doctrinas secretiores ac grauiores. at δειλινῷ vespertina, leuiores, cuius rei authorem, superioribus libris, A. Gellium habuimus. Deinde libris conscriptis, ac primo discipulis perlectis, postea etiam in vulgus editis, quos exotericos, & encyclios appellatos ostendimus. Quarto, libris scriptis atque alicui discipulorum traditis. qualis fuit ars Rhetorica Theodecti tradita, ac libri de Coloniis, de Regno, de Mundo Alexandro dati: Qui quidem mos apud antiquos frequens fuit. Nam Galenus testatur se nullos libros, nisi amicis petentibus conscripsisse. Hoc more & nos in pręsentia vtimur. qui tibi a nobis petenti, aliquam ad Aristotelicæ philosophiæ studia, non vulgarem isagogen, hos libros conscripsimus, ac damus. His itaque modis philosophatus est Aristoteles cum suis discipulis. ac omnia quæ docuit aut scripsit, non sine rationali disciplina ait Galenus, vel docuit vel scripsit. Ita vt orationis parens, & circa naturæ artem enarrandam peritissimus ab eo appelletur. Ammonius vero testatur eum in omnibus suis libris demonstratiua methodo vsum, ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πραγματείαις ὁ φιλόσοφος κέχρηται τῇ ἀποδεικτικῇ μεθόδῳ. At, quamquàm Aristotelis ingenium ac doctrina tanta fuerint, vt ab eodem Ammonio dicatur excessisse τὰ ἀνθρώπινα μέτρα humanos terminos in philosophia, quamuis Theophrasti, & plerorumq; discipulorum suorum reuerentia erga præceptorem maxima fuerit, non tamen deterruit eos, vel scientia, vel authoritas, vel reuerentia magistri, quin in multis dogmatibus ab eius sententia non discesserint. Nam & iis quæ Aristoteles scripsit alia addere, & diuersa ab eius dogmatis dogmata tradere, & in philosophia,

noua inuenta literis mandare non dubitarunt. Neque id dico de Aristoxeno, ob relictam non sibi, sed Theophrasto scholam, Aristoteli irato, sed de Aristoteli beneuolentissimis, Theophrasto, Hermia Eunucho, Hipparcho conciui & consanguineo suo, Eudemo, Dicæarcho, ac reliquis ferè omnibus. Quorum pars, diuersas quã ab Aristotele docti fuerant disciplinas secuti sunt, propriisq; libris exararunt. & pars, eadem, quæ, Aristoteles tractauerat, tractando, aut differentem, aut vberiorem Aristotelica, doctrinam posteris reliquerunt. Quorum omnium, (quod fortè miraberis) testimonia tibi approbatissima adferam. Ac primo loco Hermiam Eunuchum statuo, cuius magna amoris erga Aristotelem testimonia extant, quippe quem apud se triennio fauorificentissime habuit, eique seu filiam, seu neptem in matrimonium tradidit. Hic Hermias de animæ immortalitate vti supernis ex Suida retulimus, conscripsit: Qua de re, Aristoteles, sententiam suam ita dubiam reliquit vt nulla, omnibus eius libris, sit incertior. Atque hac in re Hermias magis Platonis, quem etiam audierat, quàm Aristotelis sententiam probauit. Hipparchus quoque consangui neus eius, scripsit, quid esset inter Deos mas & fœmina, quidque inter eos cõ iugium. quia sententia, nihil ab Aristotelica philosophia magis abhorrens, siue simplici notione intelligatur, siue etiam mystica. nam Deos apud Aristotelem nullos esse, aiunt suorum plerique præter cœlestes intelligentias: in quibus asserunt eum, nulla alia agnoscere opera, quàm se ipsas, Deum, & socias intelligere, ac cœlos in orbem mouere. Diçearchi autem Philosophiæ multa habemus testimonia apud Ciceronem, atque Athenæum, tum etiam Plutarchũ nonnulla, & Sextum eius nepotem. Inter quæ ea sunt quæ Tusculana prima Cicero refert eum sentisse, animum esse nihil. Eudemus vero, etiamsi multa ad Aristotelis imitationem scripserit, & Categorias, & Herminiam, & Analytica, vt Ammonius testatur; & Ethica, & Physica; quibus Aristotelicos sensus est prosecutus: sui nihilominus iuris esse voluit, nihilque veritus est, tum alia ab Aristotele tradere, tum etiam contraria illi sentire. Quod ex Philoponi commentariis in syllogismos, & Boetij in libro de syllogismo, & Simplicij in Physicos manifesto patet. Ait enim Boetius præter quatuor syllogismorum primæ figuræ modos, quinque alios fuisse a Theophrasto vel Eudemo adinuentos his verbis. Cæteros veros quinque modos Theophrastus, vel Eudemus addiderunt, quibus Porphyrius grauissimę vir authoritatis visus est consensisse. De syllogismo quoq; hypothetico eum latè scripsisse affirmat, de quo Aristoteles nihil omnino tetigerit, ita scribens. De hypotheticis syllogismis sæpe quærebas, de quibus ab Aristotele nihil est conscriptum: Theophrastus vero vir omnis doctrinę capax rerum tantum summas exequitur. Eudemus latiorem dicendi graditur viam. Philoponus vero idem affirmat Aristotelem, nihil de hypotheticis scripsisse. & comm.5. secundi de syllogismo Aristoteli Eudemum etiam contradixisse affirmat. Verum alii vt Theophrastus, Eudemus, Plato (scilicet Aristotelis discipulus) negant sic se habere vt Aristoteles inquit. Neque concedunt conclusionem prorsus sequi maiorem, sed semper fieri de inesse. Quòd si eorum libros haberemus verisimile est, in aliis quoque Thesibus ab Aristotele dissensisse. Quod apparet eos fecisse etiam in physicis. Nam & Parmenidem contra Aristotelem, Eudemus tutatur, primi physici comm.22. Simplicio id attestante. Materiam etiam, non incorpoream vt Aristoteles, sed corpoream esse asseruit cõmen.46. Eodem Simplicio referente, & comm.51. Quinetiam 3. Physico com.5.
eius

eius verba afferuntur. Quibus contendit etiam in prædicamento quando, motum esse. cum Aristoteles in substantia tantum, & quantitate, & qualitate, & loco motum esse docuisset: Libro etiam 2. de motu commẽ. 26. dubitatio eius affertur contra Aristotelem, quomodo dicendum sit partes moueri. & comm. 59. Eudemum vocat veritatis amicum. dubitareque eum ait, an vera sit Aristotelis sententia, eandem esse circumferentiam asserentis, quę sit accepta ab A. cum ea quę ab ipso B. eumque Aristoteli non assentire. Libri quoque 3. de motu comm. 33. Eudemi adducit sententiam, qua asserit cœlum moueri vitali, & animali motu cum a seipso, non ab alio moueatur. quod ab Aristotele non reperitur expressum. Theophrastus vero multo magis ab Aristotele diuersa multis in rebus sensit, quem authorem, vt ait Cicero, haud deteriorem Aristotele, multi meliorem nominant. Nam præter ea quę ipsi cum Eudemo, & Platone iuniore communia superius citauimus: præter additos primæ syllogismorum figuræ quinque modos, præter tractationes de syllogismis hypotheticis Aristoteli intactas; multa de naturalibus rebus, atque etiam de animalibus scripsit, quæ Aristoteles non attigit: & in iis quæ attigit, diuersa multa sensit: a multis etiam dissensit. Primum illud ex librorum eius enumeratione a Laertio scripta clare perspici potest; naturalium scilicet rerum libros 26. animalium vero 10. ab eo scriptos, quę ab Aristotele omnino pręterita silentio sunt. Veluti sunt de stipticitate, salium, & nitri: de petrificatis: de succis, & coloribus carnium: de Idolis. de diacosmo. de mundi ordinatione: de hominibus, de epilepsi, de varietate vocis eiusdem generis animalium. de subito apparentibus. de mordentibus & iaculantibus. de animalibus quæ dicuntur prudentia. de habitantibus in sicco. de colores mutantibus. de latitantibus hyeme. de vertiginibus & obtenebrationibus. de sudore. de laboribus. de pestibus. de animi defectu. de melancholia. de mele. de odoribus vini & olei: de congelatione & liquefactione. de igne. de paralysi. de suffocatione. de delirio. de pilis. de aqua. de vespertinis. de sponte nascentibus animalibus. de secretione. de mari. de visu, & aliis q̃ ibi legenda sunt. Secundũ vero, ac tertiũ hic subiiciam qua potero, clarissime vti clarescat hunc virũ, suo quodam libero iure, non seruili pręceptoris reuerentia philosophatum esse. Itaque Simplicius primo Physic. commen. 3. refert eum contra Aristotelem pro Xenophane sensisse. Sic tertio Physi. comm 5. ait Theophrastum in omnibus prędicamentis motum statuisse. Imo patrocinio Theophrasti, qui plane motum & mutationem considerauit in omnibus prędicamentis, Vbi etiam verba eius ex secundo de motu affert hęc. Conuenientius autem quod quidem dicimus, & est; motum actum esse eius quod est in potentia mobilis qua mobile, secundum vnumquodq; genus prędicamentorum. vt substantiæ, quanti, qualis, per locum mobilis & aliorum. Sic enim alteratio, auctio, generatio, & cõtraria his. Sed in tertio hęc apertius scripsit in deffinitione motus. Totidem eius species esse dicimus, quot prędicamenta. Nam motus est actus eius quod est in potentia qua tale. quod etiam alibi idem Simplicius repetit. Libro etiam 4. com. 36. ait Theophrastum, ac etiam Eudemum inter pronunciata de loco posuisse: locum esse immobilem, quòd Aristoteles subticuerat. Digressione autem illa sua de loco, ait Theophrastũ aduersus Aristotelicã loci deffinitionem dubitasse, hęc videlicet. quòd ex ea apparet primo, corpus esse in superficie. Secundo locum moueri, tertio non omne corpus in loco esse. quia primus globus incessabilis, imo magis, quia reliquas sphęras, secum ra-

pit, quarto non totum cœlum in loco esse. Quę enim sunt in loco desinunt moueri: quinto quòd si auferantur quę continent non amplius erunt in loco. Eadem degressione adducit verba Theophrasti, quibus locum designat longe aliter quàm Aristoteles: sunt autem hęc ex libro de Naturalibus rebus. Nam locus, per se non est substantia quędam; at ordine & positione dicitur secundum naturas & virtutes. Similiter quoque in animalibus & plantis, & genera tim ipsis dissimilaribus, siue illa sint animata, siue inanimata, modo habeant naturam formatam. Etenim horum aliquis ordo, & positio partium, est ad totam substantiam, ideò & vnaquęq; dicitur in suo loco, eo quòd habet proprium ordinem, cumq; partium corporis vnaquęq; desiderat & postulet, suum locum & positionē. Libro vero secundo de motu comm. 23. Inter motus, ait Theophrasto enumeratas appetitiones, cupiditates, iudicia, speculationes animæ. Considerandumq; ait, an tradita motus deffinitione comprehensę, sintan vero distinguantur. Libro autem tertio de motu comm. 43. Ait Theophrastum distinxisse ea quæ fiunt, longe aliter quàm Aristoteles, qui omnia ait a contrario fieri. Theophrastus vero alia a contrario, alia a simili, vt homo ab homine, calidum a calido; alia ab eo quod est actu. vt a ferula citatrix; vt a sole qui actu est, non autem vel contrarius, vel similis iis, quę ab eo fiunt. Idem Simplicius in prædicamenta comm. 77. Hęc habet de Theophrasto verba. ἔτι δὲ δεῖ πείθεσθαι Θεοφράστῳ· τούτῳ μὲν γὰρ δοκεῖ μὴ χωρίζεσθαι τὴν κίνησιν τῆς ἐνεργείας pręterea oportet credere Theophrasto. Huic vero videtur non separari motum ab actione. In qua re ab Aristotele diuersa pronunciat. Et cap. de oppositis Θεόφραστος δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τοπικοῖς τάδε γέγραφεν. ἀπορώτερον ἔτι ποιοῦνται τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ ἐναντίαι τῶν ἐναντίων αἱ ἀρχαί. δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐν ἑνὶ γένει ταῦτα, καθάπερ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν, καὶ κίνησις καὶ στάσις. Theophrastus in propriis Topicis hæc scripsit, quę magis dubium faciunt sermonē. Quoniam contraria, contrariorum sunt principia, manifestum quod neq; vno genere hęc sunt, veluti bonum & malum, motus & status &c. quibus negat contraria sub eodem genere contineri. quòd manifeste repugnat sententię Aristotelicę. Libro quoque tertio de Cœlo, ἔτι δὲ διακρίνεται τὸ πῦρ ἐκ τῆς σαρκὸς ὁ μὲν Θεόφραστος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ ἀνθρώπου τὰς φλόγας κεχωρίσθαι διηγεῖται. Quod vero ignis ex carne excernatur, Theophrastus quidem ab oculis hominis flammam separatam enarrat. Olympiodorus quoque Peripateticus comm. in secundum Meteororum. praxi. 23. refert, Theophrastum asserere salsedinem maris ex subiecta terra oriri, non autem a solaribus radiis vt Aristoteles. Praxi etiam 26. refert Alexandrum ommissa Aristotelis sententia de ventorum obliquo motu, magis Theophrasticam probasse. Quam etiam refert fuisse quòd venti obliquę ferantur, quia materia, exhalatio scilicet illa partim terrea & grauis sit, partim leuis; itaq; parte sursum, partim deorsum niti: ex quo nixu, obliquitas illa motus ventorum pronascatur. Cuius rei causam Aristoteles assignarat cœli circularem motum. Quę tamen Theophrasti sententia non reperitur in eo Alexandri commentario, qui sub eius nomine circunfertur. nam de Theophrasto nihil pręter hęc verba eo loco. Θεόφραστος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς κινήσεως τῆς λοξῆς τοῖς ἀνέμοις φησὶ γίνεσθαι, διὰ τὸ μὴ ἁπλῶς αὐτοὺς ἐκ ξηρᾶς τε καὶ θερμῆς ἀναθυμιάσεως γίνεσθαι, ἄνω γὰρ ἂν ἐφέροντο. Theophrastus vero causam motus ventorum obliqui, ait esse, quia non simpliciter fiant ipsi ex sicca & calida exhalatione. Sursum enim ferrentur. Vt obiter hoc addatur his quę tertio libro in hanc rem contulimus. Auen Rois quoq;, qui maxime,

maxime omnium vni Aristoteli deditus fuit, testatur commentar. in 6. Top. cap. 1. Theophrastum Aristoteli contradixisse. Eius verba adscribam. Et ideo hæc fallacia non subintrat loca generis simpliciter, vt ait Theophrastus, & contradicit Aristoteli de repetitione locorum hic. Neque vero potuit hic Aristotelicissimus non magis laudare Theophrasti, ac etiam Themistij, ordinem locorum, quàm Aristotelis. Scribit enim in fine 6. libri. Hæc sunt loca deffinitionum, quæ inseruimus ordine, quo ea inseruerunt Theophrastus & Themistius, ex quo magis hic subintrat ordinem artificiosum, & fit facilioris commemorationis. Atque hæc quidem ex Aristotelis interpretibus allata sunto. Quæ vero ex aliis grauissimis autoribus in hanc sententiam collegi, subdam hoc loco. Ac primo Cicero veluti reliquorum antiquior 5. Tusculan. ait Theophrastum in libro de vita beata sensisse, non posse eum qui torqueatur, beatum esse; & vitam regi fortuna non sapientia. Et libro de officiis secundo diuersam ab Aristotelica secutum fuisse Theophrastum; sententiam de magnificentia scribit his verbis. Est enim multus in libro de diuitiis in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum, taliumque sumptuum facultatem; fructum diuitiarum putat. Deinde subiungit. Quanto Aristoteles grauius & verius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. Plinius autẽ lib. 8 c. 44. narrat eũ tradere, mulas in Cappadocia parere. Plutarchus aũt in pceptis salubribus. ἴσως μὲν γὰρ τὶ καὶ Θεόφραστος ἀληθὲς εἶπεν, εἰπὼν ἐν μεταφορᾷ πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν. πλείονα μέν τι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀπολαύειν κακά, μὴ κατὰ λόγον αὐτῷ χρωμένης, μηδ᾽ ὡς προσήκει θεραπευόμενον ὅταν γὰρ ἐν πάθεσιν ἰδίοις γένηται, καὶ ἀγῶσι καὶ σπουδαῖς ἀφειδεῖ τοῦ σώματος. Forte etiam aliquid verè Theophrastus dixit, inquiens in Metaphora, animam, multam corpori pendere domus pensionem, attamen corpus, pati mala, plura quàm anima; dum non ratione eo vtitur, neque vti conuenit illud curat. namque dum in propriis passionibus est, in agonibus, ac curis non parcit corpori. Quàm sententiam Porphyrius quoque libro 4. de abstinentia ita expressit. οὐ πολὺ τὸ ἐνοίκιον; ὥς φησί που Θεόφραστος τῷ σώματι διδούσης τῆς ψυχῆς, τῆς ἐν αὐτῷ κατοικήσεως, ἀλλ᾽ ὅλην ἑαυτὴν προστιθείσης. Non multam pensionem vt alicubi inquit Theophrastus, corpori dat anima habitationis in eo. Sed totam se ipsam apponens. Olympiodorus quoque Platonicus, commentario suo in Philebum, ait Theophrastum Platoni contradicentem, dixisse nullam esse falsam voluptatem sed omnes veras. quod non minus Aristoteli quàm Platoni repugnat. Ex his igitur quæ aliunde quàm ex suis libris, collegimus, atque aliis quę colligi etiam ex suis libris queunt, clarissime constat, Theophrasti philosophiam ita liberam fuisse, vt si quid præceptor non docuisset vel scripsisset, non putasse sibi vetitum esse id addere. Si quid falsum pronunciarit, corrigere; si quid mancum, id supplere. Si quid in natura rerum reperiretur, quod philosophiæ præceptoris vel contrarium esset, vel etiam ptermissum; id perscribere. Putasse enim videtur mentis suæ cõtemplationes, nullis naturæ legibus obstringi ad præceptoris placita vndequaque approbanda. Ita vt sibi via non pateret illius dogmata extimandi, ac etiam noua condendi. Quam mentis libertatem Strato Lampsacenus, auditor eius, & amplexatus, & secutus est. Quem Cicero libro quinto de finibus, ait, in naturalem Philosophiam pleraque noua inuexisse, ita scribens. Primum Theophrasti Strato, physicum se voluit, in quo etsi est magnus; tamen noua pleraque. Id autem verum esse comprobat Plutar-

chus, qui libris de philoſophorum placitis multa eius dogmata recenſet. Inter quę tradit eum aſſerere Cometas, nil aliud eſſe quàm lumen aſtri comprehenſum denſa nube, indeque lucere veluti lumen laterna occluſum. Libro etiam 4. cap. vltimo. Animæ affectus atque ſenſus, in principali parte ipſius eſſe, non autem in locis affectis. Libro 5. cap. 4. potentiam ſeminis corpoream eſſe, quia ſpirituoſa ſit. Libro quoque cui titulus vtra prudentiora animalia &c. Hanc Stratonis ſententiā retulit. καὶ τοῦ Στράτωνος τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν ἀποδεικνύων ὡς οὐδ' αἰσθάνεσθαι τὸ παράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει. Etiamſi Stratonis Phyſici ſermo eſt, demonſtrans quod neque ſenſus omnino ſine intelligentia eſt. Quàm ſententiam Porphyrius etiam libro de abſtinentia tertio totam ipſis his verbis expreſſit. Sextus quoque Empiricus libro primo de philoſophia; de cogitatione, ideſt διανοίας loquens ſic ait. Alij autem eam eſſe ſenſus, & per ſenſuum inſtrumenta, tanquàm per quædam loca proſpicere, & ſe exercere. cuius ſectæ auctor fuit Strato phyſicus, & Aeneſidemus. Libro autem 9. cap. An ſit motus, ait. Et ſic quidem opinatus eſt Strato phyſicus, nam exiſtimabat quidem tempora deſinere in indiuiduum, corpora autem & loca ſecari in infinitum, & moueri quod mouetur in tempore indiuiduo totum ſimul, & aceruatim diuiduum ſpatium, & non prius in priori. Eodem etiam libro cap. an ſit tempus. Stratonis de tempore ſententiam ſic expreſſit. Quam ob rem Strato Phyſicus recedēs ab hac notione, dicebat tempus eſſe motum omnis motus & manſionis: accedit enim ad omnia quæ mouentur quando mouentur, & ad omnia mobilia quando non mouentur. Et rurſus; Strato autem Phyſicus, eſſe menſuram motus & manſionis. Simplicius quoque in primum de cœlo comm. 86. ab Ariſtotelica longe diuerſam fuiſſe Stratonis ſententiam de leuitate & grauitate affirmat. Sic enim ſcribit. ταύτης δὲ τῆς δόξης μετ' αὐτὸν γέγονεν Στράτων καὶ Ἐπίκουρος, νομίζοντες ἅπαν σῶμα βάρος ἔχειν καὶ ἐπὶ τὸ μέσον φέρεσθαι. Huius vero opinionis fuit Strato, & Epicurus; putantes omne corpus grauitatem habere, & ad medium ferri. Sed & quarto phyſico. comm. 53. ita de Stratone ſcripſit. Opinor etiam Stratonem Lampſacenum eiuſdem fuiſſe opinionis, ſcilicet. quod, extra cœlum eſt, tanti ambitus eſſe, vt vniuerſum capiat. Ideo ſuapte natura vacuum eſſe, verum ſemper corporibus impleri, & ſola cogitatione conſiderari, tanquam per ſe ſubſiſtens. Eodem quoque libro digreſſione de tempore ſcribit, eum deffinitioni temporis Ariſtotelici non aſſenſiſſe. Tamen Lampſacenus Strato accuſando deffinitionem temporis aſſignatam ab Ariſtotele. Quàmquam diſcipulus fuerit Theophraſti, qui in omnibus ſecutus Ariſtotelem, recentiorem viam ingreſſus eſt, quia nō admittit tempus eſſe numerum motus; quia numerus eſt quantitas diſcreta, & motus & tempus continua. In quam ſentētiam poſtquàm multas Stratonis rationes retulit, hæc ſubinfert. Et alia multa contra aſſignationem Ariſtotelis Strato obiecit. Libro etiam 6. comment. 23. hæc ſcribit. Et Strato Lampſacenus qui fuit auditor Theophraſti, & inter optimos peripateticos numeratur, animam fatetur non ſolum irrationalem moueri, ſed etiam rationalem, quippe qui dicat, motus eſſe, animæ actiones. Hæc itaque pauca, quæ inuenire potui Stratonis liberam philoſophandi mentem ſatis clare indicant. Demetrius quoque Phalereus Stratonis condiſcipulus, eandem in philoſophia libertatem coluit: quod ſatis patet ex libro eius περὶ ἑρμηνείας de elocutione. in quo nouam quandam elocutionis artem, nulla in parte Ariſtotelicæ tertio Rhetorico traditæ ſimilem pertractat. Quid autem Lyco Stratonis auditor,

ditor,& eius in schola successor, in ratione philosophandi secutus sit, satis obscura ac pauca sunt testimonia. Nam Diogenes nec libros eius enumerat, neque aliud, præterquã quòd in scribendo suauissimus fuerit, etiamsi sibi ipsi dissimilis, de eo tradit. Cicero vero hæc paucula verba, quinto de finibus. Huius Lycon, & oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. Apud Plutarchum vero semel tantum eius inuenio mentionem factam, libro quomodo oporteat iuuenẽ poemata audire: οὐ γὰρ μόνον τὰ αἰσώπια μυθάρια, καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Neque enim solum Æsopicas fabellas, & poeticas hypotheses, verum etiam Abarim Heraclidę, & Lyconem Aristonis perlegentes, animarum dogmata, mixta fabulis cum voluptate furore corripiuntur. Quo loco Aristonis (vt ego puto Cei, qui Lyconis fuit auditor) liber citatur, Lycon inscriptus. Sed illa verba, perlegentes animarum dogmata mixta fabulis, satis mihi indicare videntur in eo libro grauissimam de anima doctrinam, fabulis fuisse ab Aristone commixtam. eaque res in causa forte fuit, quòd Cicero hæc de eo, libro 5. de finibus scripserit. Concinnus deinde & elegans huius Aristo, sed ea quę desideratur in magno philosopho grauitas, in eo non fuit. Scripta sanè, & multa & polita, sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Testatur autem Athenæus scripsisse eum περὶ ἐρωτικῶν ὁμοίων, de amatoriis similibus, ex quibus, verba etiam libro 10. affert. non sane multam grauitatem referentia. Πολέμωνά φησι τὸν Ἀκαδημαϊκὸν παραινεῖν τοῖς ἐπὶ δεῖπνον πορευομένοις, φροντίζειν ὅπως ἡδὺν πότον ποιῶνται, μὴ μόνον εἰς τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν αὔριον. Ait Polemonem Academicum, cohortari eos qui ad cęnam proficiscuntur, curam habeant, vt potum suauẽ faciant, non solum ad præsens, sed etiam in crastinam. Et iterum libro 3. καὶ μοί δοκεῖ Ἀρίστων ὁ κεῖος ὁ περιπατητικὸς οὐ κακῶς εἰρῆσθαι ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὁμοίων, πρός τινα Ἀττικὸν, μέγαν τινὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιδεικνῦντα, ὡς καλὸν, ᾧ Δῶρος ἦν ὄνομα, τὴν πρὸς Δόλωνα μοί φησι δοκῶ παρ' Ὀδυσσέως ἀπάντησιν ἐπὶ σε μεταφέρειν ἦ ῥα νύ τοι, μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός. Ac mihi videtur Aristo Ceus Peripateticus non male dixisse in secundo de amatoriis similibus, ad Atticum quendam ostendentem, prouecta iam ætate quendam, veluti pulchrum, cui Dorus erat nomen; videtur, ait, mihi, ad te transferre, occursum Vlisis ad Dolonem. Certe magna dona cupiebat animus. Sextus etiam Empiricus huius Aristonis semel tantum meminit libro primo capitulo de Rhetorica. Aristo vero familiaris Critolai, Scopum, quendam dicit ei esse propositum, persuasionem, finem autem eam assequi. Quòd etiam diuersum quid est ab Aristotelis doctrina. In Stratone videtur Peripatetica philosophandi ratio purior desijsse. nam & Simplicius superius adducto loco, optimum eum Peripateticum appellat. Et Cicero Hieronymum Rhodium, a Peripatetica doctrina deuiasse author est his verbis, libro 5. de Finibus. Pręterea multos, in his doctum hominem & suauem; quem iam cur Peripateticum appellem nescio. Summum enim bonum, exposuit vacuitatem doloris. Fuit autem Lyconi contemporaneus. Hic videtur primus Peripateticam, cum alijs aliarum sectarum doctrinis miscuisse. Vel etiam Lycon, si modo eius dogmata Aristo in Lycone secutus est, dogmata de anima fabulis permiscendo. id autem euenisse credendum est, quia Aristotelis, & Theophrasti libros, non habuerunt, quia a Nelei hæredibus occultati fuerant, vti superius retulimus, id

autem Lyconis tempore fuit, qui Attalo, vt Diogenes tradit familiaris fuit. Potuit itaque Strato Nelei condiscipulus, vidisse eos libros. atque iccirco Peripatetice philosophatus esse. sed Lycon & Hieronymus eos non viderunt. atque ideò aliena Peripateticis permiscuerunt. illæ Orphico & Pythagoreo more fabulas, hic verò Stoica dogmata. quod omnes his posteriores vsque ad Andronicum fecerunt. atque ideò a Cicerone dicti sunt degenerasse quinto de Finibus. Sumus igitur contenti his (scilicet Aristotele, Theophrasto, Nicomacho) nanque horum posteri, meliores illi quidem mea sententia quam reliquarum philosophię disciplinarum, sed ita degenerant vt ipsi ex se, nati esse videantur. In quibus etsi Stratonem reponat, attamen a Simplicio Peripatetico optimo, optimus Peripateticus est agnitus. itaque degeneratio hæc a Lycone, & Hieronymo cœpta vsque ad Andronicum videtur perdurasse. Frequens enim est apud Ciceronem testimonium, de Hieronymo, de Critolao, de Diodoro, atque alijs nonnullis, qui doctrinam eorum, variarum sectarum doctrinis variam effecerunt, non solum Peripatetici, sed etiam Academici, & Stoici. Sed de Lycone Cicero libro tertio Tusculan. Quid illa Lyconis qualia sunt, qui ægritudinem extenuans, paruis eam ait rebus moueri, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis. Hieronymi autem libro 5. Vt Hieronymus, nihil bonum nisi naturæ primis bonis, aut omnibus aut maximis frui. De Critolao verò Cicero 5. de finib. Qui autem de summo bono dissentit Critolaus, imitari antiquos voluit, & est quidem grauitate proximus, & reddundat oratio, attamen is quidem in patrijs institutis manet. Scilicet in Aristonis cuius auditor fuerat. Et Sextus libro primo cap. de Rhetorica Critolaus quidem, certè Peripateticus & diu ante Plato, cum hoc vidissent eam vituperarunt; vt quæ artificium potius improbum esset, quàm ars. Qua sententia apparet, eum ausum contra Aristotelem sentire, & suam cum Platonica doctrinam coniunxisse. quòd & his apparet. Critolaus autem & Academici, inter quos & Clitomachus & Charmides, solent ipsi quoque hæc dicere. Et libro 2. Academ. Voluptatem & honestatem finem esse Callipho censuit. Vacare omni molestia Hieronymus. Hoc idem cum honestate Diodorus, ambo hi Peripatetici. Et quarto de Finibus. Qui sit enim finis bonorum, mox. hoc loco tantum dico a veteribus Peripateticis, Academicisque qui in re consentientes, vocabulis differebant. Neque id huic sectæ solæ commune fuit, sectarum aliarum dogmata, suæ dogmatibus miscere, verum etiam alijs. Namque Academici Bion, Carneades, Clitomachus (quod Diogenes) Philo, Antiochus, Aristo (quòd Cicero tradit) idem fecere. nec non Stoici eius temporis inter quos præcipuus Panætius. De quo Cicero libro 4. de finibus. Semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicæarchum. De Antiocho etiam & Aristone fratribus idem tradit. idque par est reliquos omnium sectarum philosophos factitasse. Quorum non solum libros, quos ducentorum & triginta annorum, nullos omnino habemus, verum etiam eorum nomina, tempora absumpserunt. Sed in Peripateticorum secta, post primam illam synceriorem doctrinam, mixta hæc, secunda philosophandi ratio fuit. Tertia autem ab Andronico Rhodio cœpit initium, longè ab vtrisque prioribus differens ac diuersa. Recensuimus superius hunc Andronicum Aristotelis ac Theoprasti libros reperisse, recognouisse, restituisse, auditoribus aperisse, in indices digessisse. atque etiam commentationibus pri-

mum omnium illustrasse. Quod quidem philosophandi genus, scilicet in Aristotelicis libris, Strato Geographus melius esse ac præstantius indicauit: τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν, καὶ ἀριστοτελίζειν. posterioribus verò, ex quo libri hi prodierunt, accidit vt melius quàm illi (scilicet posteriores Theophrasto Peripatetici) philosopharentur, ac Aristotelizarentur. Quamquam coacti essent vt plurimum, ex coniectura, & consentanee propter errorum quibus libri scatebant multitudinem, exponere. ἀναγκάζεσθαι μὲν τοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. Cogebantur verò plurima consentanee dicere, propter multitudinem errorum. Ab Andronico itaque multa præclara habemus, libros scilicet omnes tum Aristotelicos, tum Theophrasticos. eorumque legitimorum a nothis discretionem, in ordines digestionem, ordinem quo essent legendi, expositionem etiam ipsorum duplicem, paraphrasticam & ἐξηγητικὴν vel ὑπομνηματικήν. explicatam. Et quod omnium horum maius est, rectæ eorum, vel non rectæ doctrinæ expensionem. quem ob has causas, vt ait Boetius acutum, & diligentem, Aristotelicorum librorum & iudicem & repertorem iudicauit antiquitas. neque id tantum, sed uti diximus, omnis sine vllo dubio laus Andronico est tribuenda, quòd primus omnium, quorum memoria ad nos peruenit Aristotelicos libros duplicis generis commentationibus ceperit illustrare. neque tamen ommisit, quin suo etiam more multa iudicauerit, & liberi atque ingenui hominis ingenio, in ea illustratione vsus fuerit. nam sæpe Aristotelem arguit, sæpe capitum ordinem corripuit, sæpe etiam Aristotelicis sententijs tum adiunxit, tum detraxit. Quod Galenus luculenter satis testatur libro quòd animi mores &c. Ἀνδρόνικον δὲ τὸν περιπατητικὸν, ὅτι μὲν ὅλως ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ὡς ἐλεύθερος ἀνήρ, ἄνευ τοῦ περιπλέκειν ἀσαφῶς, ἐπαινῶ τε πάνυ καὶ ἀποδέχομαι τὴν φράσιν τοῦ ἀνδρός. εὑρίσκω γὰρ αὐτὸν καὶ κατ' ἄλλα πολλὰ τοιοῦτον. ὅτι δὲ τοι κρᾶσιν εἶναί φησιν ἢ δύναμιν ἑπομένην τῇ κράσει, καὶ μέμφομαι τῇ προσθήκῃ τῆς δυνάμεως. ἡ γὰρ τοι ψυχὴ πολλὰς ἔχει δυνάμεις, οὐσία τις οὖσα καὶ τοῦτο ὀρθῶς Ἀριστοτέλει λέλεκται. Andronicum verò Peripateticum, quòd ausus sit omnino, pronunciare quid animæ substantia sit, vt vir liber, ac sine vlla obscuritatis implicatione, laudo equidem valde, ac viri dictionem amplector. inuenio namque eum in alijs multis talem. quòd verò temperiem ait esse, vel facultatem temperiei subsequentem, reprehendo facultatis adiectionem. Anima namque substantia quædam existens multas habet facultates. atque id Aristoteli rectè dictum est. Sed Simplicius multa commentarijs suis in Categorias adducit, in quibus Andronicus non veritus est ab Aristotele dissentire. qualia sunt illa quod capite de ente refert. Andronicum censuisse, non solum prædicata substantialia in eo quod quid est prædicari, sed etiam alia. Et cap. de quantitate, præter Aristotelis sententiam fecisse propria prædicamenta, locum & tempus. eisque vbi & quando subiecisse. asseruisseque magnum & paruum, multum & parum, non solum esse relationis sed etiam quantitatis indefinitæ. Et cap. de relatione. eum existimasse, hoc relationis prædicamentum, postremo Categoriarum loco reponendum. relatiuorumque definitionem non rectè se habere. Et cap. de qualitate, eum induxisse quintum quoddam qualitatum genus, Aristotele quatuor tantum statuente. idque esse, raritatem, densitatem, leuitatem, & grauitatem, nec non tenuitatem & crassitiem. Et cap. de oppositis. Docuisse eum, pati & agere non solum opposita, sed etiam contra-

ria esse. Tertio itaque hoc philosophandi genere, Aristotelis illustrandi, nec tamen in eius verba iurandi, post Andronicum, illustris fuit Boethus Sidonius, Andronici auditor, quem Simplicius θαυμάσιον & γενναῖον, admirabilem, & generosum non semel vocat, & Aristo, & Eudorus, & Strato Geographus. nec non Xenarchus, atque Athenodorus. omnes contemporanei, & Andronici successores. De Boetho recenset Simplicius, quòd Aristotelis relatiuorum diffinitionem reprehenderit. Et in prædicamento quando, destinxerit aliud esse tempus, aliud quod temporis particeps est: quæ res Platonicum quid sapere videtur. Et quòd prædicamēto habere propriam quandam attulerit respectuum σχέσεων distinctionem. Et quòd censuerit, non esse qualitatem, eam quietem, quæ contraria motui qualitatis esset. Et quòd in exponendis prædicamentis βαθυτέραις διανοίαις ἐχρήσατο. profundioribus sensibus vsus est. Sed Aristonis, vnum duntaxat extat testimonium, quod eadem mentis libertate fuerit vsus. nam cap. de relatiuis affirmat Simplicius eum reprehendisse eorum deffinitionem, contendque esse, aliam meliorem, & clariorem reddere. Eudorus quoque Aristonis æmulus vt ex Stratone constitit non minorem tenuit ingenij libertatem. Quandoquidem cap. de relatiuis referat Simplicius eum accusasse Aristotelem, quòd, cum ea quæ sunt ad aliquid contraponantur ijs quæ per se dicuntur, de illis quidem egerit, hæc verò tractare prætermiserit. Et cap. de qualitate, quòd totum prædicamentorum Aristotelicorum ordinem improbarit, posueritque post substantiam, qualitatem, deinde quantitatem, denide tempus & locum. Et quòd, cùm Aristoteles dixerit dispositionis proprium esse, vt facile sit mobilis, subiunxeritque, sunt autem habitus, etiam dispositiones: sequi vt non amplius dispositio facile sit mobilis. Et rursus, quòd genus tertium qualitatum, naturales scilicet potentias, non rectè fecerit a prioribus dispositionibus & habitibus differentes. Et quòd quintum, ipse quoque qualitatum genus statuerit cum Andronico. & asseruerit, curuitatem & rectitudinem non minus positiones esse, quàm rarum & densum, asperum & lene, quas Aristoteles probrant, illas reticuerat. Ausus est etiam pro Pythagoreis contra Aristotelem deffensionem suscipere, quod narrat Simplicius libro primo de Natura, commen.42. Et pro Anaxagora commen. 38. Athenodorus etiam, eandem philosophandi liberam rationem est secutus. nam eum quoque Simplicius inter antiquos Categoriarum interpretes ἐξηγητὰς numerat & alio loco citat eius librum πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας Contra Aristotelis Categorias. In quo videtur improbasse (quod Simplicius idem attestatur) vocum diuisionem initio libri ab Aristotele positam. Et quòd tam multiplicia prædicamentorum genera Aristoteles fecerit. ἄλλοι δὲ πολλοὶ, πρὸς αὐτὴν ἀμφισβήτησαν, αὐτόθεν κατηγοροῦντες τῆς εἰς τοσοῦτον πλῆθος διαιρέσεως, ὥσπερ Ἀθηνόδωρος, ἐν τῷ πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους μὲν κατηγορίας ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, μόνην δὲ τὴν εἰς τοσοῦτον πλῆθος διαίρεσιν ἐξετάζοντι. Multi quidem alij ad eam dubitarunt, ex professo accusantes partitionem in tantam multitudinem, vt Athenodorus, in libro qui quidem contra Aristotelis Categorias inscribitur; solam verò in tantam multitudinem, diuisionem excutiente. In quibus illa verba. Alij etiam multi: sunt obseruanda vt cognoscatur eius tempestatis philosophos libere philosophatos esse. ac statim nominat inter hos multos, Cornutum, Lucium & Nicostratum, qui post eam ætatem, non tamen ab ea longe floruerunt. ait etiam Athenodorum eundem improbasse

probasse

probasse quòd Aristoteles in quantitatis prædicamento post numerum, & magnitudinem, non posuerit grauitatem. Xenarchus præterea Seleucieus eiusdem temporis philosophus Peripateticus, non est Aristotelis reuerentia cohibitus, quin contra illius dogmata, quæ ipse falsa esse sentiret, auderet proferre. cuius ingenuitatis extant non pauca testimonia apud Simplicium primo cœli commen. 6. & 11. & 17. primo quidem. ὁ δὲ Ξέναρχος πρὸς πολλὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων ἐν τοῖς γεγραμμένοις αὐτῷ βιβλίοις περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας ἀντιφάσεις καταλιπὼν, ἀντείρηκε καὶ πρὸς ταῦτα. &c. Xenarchus verò, contra multa quæ hic dicta sunt, in libris qui illi scripti sunt de quinta essentia, contradictiones reliquens, contradixit etiam ad hæc. rursus comment. 11. ἰστέον δ᾽ ὅτι Πτολεμαῖος, ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ καὶ ἐν τοῖς ὀπτικοῖς, καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος, καὶ Ξέναρχος ἐν ταῖς πρὸς τὴν πέμπτην οὐσίαν ἀπορίαις, τὰς ἐπ᾽ εὐθείας κινήσεις τῶν στοιχείων γινομένων ἔτι, καὶ ἐν τῷ παρὰ φύσιν ὄντων τόπῳ, καὶ οὔπω ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὑπέλαβον εἶναι. Sciendum quod Ptolemæus, in libro de elementis, & in opticis, & magnus Plotinus, & Xenarchus in dubitationibus contra quintam essentiam, rectos motus elementorum dum generantur, & in loco præter naturam sunt, & nondum in loco secundum naturam esse existimarunt. commen. iterum eodem. ὁ δὲ Ξέναρχος δευτέραν ἀπορίαν ἐπαπορεῖ περὶ τὴν πέμπτην οὐσίαν. Xenarchus vero, secundam dubitationem addubitat de quinta essentia. & quæ sequuntur. & iterum. τοῦ Ξενάρχου δὲ καὶ ταῦτα. Xenarchi verò etiam hæc. & rursum. τελευταῖον δ᾽ ἐν τούτοις ἀντιλέγει ὁ Ξέναρχος. Postremo in his contradicit Xenarchus. & commen. 17. πρὸς δὴ τὰ διασαφηθέντα ἤδη ῥήματα ὁ Ξέναρχος ἐνίσταται. Contra verò iam declarata verba Xenarchus instat. Floruit etiam Augusti tempore Nicolaus Damascenus, qui metaphysicorum librorum ordinem totum reprehendit. Et Asinius Pollio qui decem libros scripsit contra Aristotelis libros de animalibus quod Suidas in Pollione affirmat eius enumerans scripta. πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ ζώων βιβλία δέκα. Contra Aristotelem de animalibus libris decem. Ita statim renata Aristotelis cum suis libris philosophia, impugnatores multos, eósque magnos ac graues viros habuit. nec minus sequenti ætate contradictores multi defuerunt. Nam sub Nerone floruit cum Alexandro Aegæo Cornutus: qui librum contra Athenodorum, & Aristotelem conscripsit, quod refert Simplicius. καὶ Κορνοῦτος ἐν οἷς πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλην ἐπέγραψε. Et Cornutus in ijs quæ contra Athenodorum & Aristotelem inscripsit: in quibus vt idem est author, accusauit quod Aristotelica vocum diuisio, non omnes voces comprehenderet. quam rem etiam Porphyrius eo loco retulit. Reprobauit etiam generum diuisionem. & quædam de loco. Post Neronis tempora & Cornuti huius; vsque ad M. Antoninum & Verum, sub quibus Alexander Aphrodisieus floruit, hi philosophi Peripatetici, floruisse reperiuntur Adrastus, Adrianus, Apollonius Alexandrinus, Lucius, Aspasius, Nicostratus, Atticus, Achaicus, Sation, Herminus, Aristocles: quorum plerique libere, & ingenue videntur esse Philosophati: nam de Lucio & Nicostrato multa sunt apud Simplicium testimonia, quibus apparet eos sese omnibus quę Aristoteles in prędicamentis docuisset, opposuisse. ait enim in procemio. ἄλλοις δ᾽ ἤρεσεν ἀπορίας μόνας γράψαι πρὸς τὰ λεγόμενα, ὥσπερ Λούκιός τε πεποίηκε καὶ μετ᾽ αὐτὸν Νικόστρατος, τὰ τοῦ Λουκίου ὑποβαλλόμενος σχεδόν τι πρὸς πάντα τὰ εἰρημένα κατὰ τὸ βιβλίον ἐνστάσεις κομίζειν φιλοτιμούμενοι. Alijs verò placuit, dubitationes solas scribere contra ea quę dicuntur. Quod Lu-

cius fecit & post eum Nicostratus. proponens sibi ea quę Lucius scripserat, ferè ad omnia quę in libro dicuntur, instantias ferre ambientes. Quod quidem legentibus ea commentaria nimium sępe occurrit. Atticum etiam testatur contradixisse ęquiuocorum deffinitioni quia ex ea sequeretur, ęquiuoca esse vniuoca. Et vniuoca itidem ęquiuoca. Herminum etiam ait asseruisse, caput de ente exponens. differentias, eas esse solas quę diuiderent, non autem eas quę substantiam complerent. Et differentias, specie diuersas, non esse subalternorum generum, sed omnino aliorum: opposuit etiam, non esse tot genera, ea quæ dicuntur prędicamenta. Achaicus autem deffinitionem relatiuorum correxit, atque propriam attulit. Et quatuor qualitatis speciebus, quintam addidit. Apollonius etiam reprehendit quędam in relatione dicta, non recte correspondentia. quorum si scripta haberemus, multo plura fortasse inuenirentur, in quibus Aristotelem non vsquequaque approbarunt. Quod secure dici potest ex his Simplicij verbis. καὶ οἱ μὲν ὡς πλεονάζουσαν αἰτιῶνται τὴν διαίρεσιν, ἄλλοι δὲ ὡς ἐλλιπῆ καταμέμφονται, τρίτοι δέ εἰσιν, οἱ ἄλλα ἀντ' ἄλλων εἰσῆχθαι γένη νομίζοντες. γεγόνασι δὲ τινὲς καὶ πλείονα ἄλλα ἐγκαλοῦντες. Et aliqui, vti abundantiorem accusant diuisionem, alij vti mancam. Tertii qui putent alia pro aliis genera esse inducta. fuerunt etiam quidam, qui plura alia accusarunt. & quę ibi plura in hanc sententiam a Simplicio dicuntur. Sed Dexippus etiam eius rei testis est dum ait primo cap. Quid in causa fuit, cur veteres Philosophi, multas & varias inter se altercationes habuerint super hoc Aristotelis libro, quem prædicamentorum appellamus. Animaduerti enim nullam aliam fere tractationem esse, de qua plures controuersiæ, maioresque contentiones extiterint, non Stoicis tantum, & Platonicis, qui Aristotelis prædicamenta nituntur labefactare, sed inter ipsos etiā Peripateticos, &c. Quibus & quod diximus abunde patet, & præterea, quòd aliæ quoque Aristotelis tractationes, controuersias habuerunt. Itaque ex his omnibus luculenter satis constare videtur illorum tempestatum philosophos, etiamsi in Aristotelis libris philosopharentur, attamen sibi, & ingenium, & iudicium philosophandi liberum conseruasse. quod credibile est magis constiturum, si omnia eorum monumenta manerent. Primus omnium videtur Alexander Aphrodisieus, se totum Aristoteli tradidisse, nihil sibi, nihil cuiquàm homini, omnia soli Aristoteli credidisse, in eius verba iurasse. ne latum vnguem a dictatis eius recessisse. nihil ferè dubitare ausum, cuncta ex præscripto Aristotelis docuisse. Hinc expositoris ἐξηγητοῦ atque Aristotelicorum interpretum principis, nomen meruisse. Videturque reuera nulli alij rei studuisse, quàm vt hanc hypothesin seruaret inter commentandum, Aristoteles omnia rectè, & verè scripsit. Non tamen deterruit Coętaneum suum, Galenum, suo vti in philosophando iure, qui etiamsi multa in Aristotele probauerit, multa nihilominus in eodem improbauit, veluti 7. libro de placitis Hipp. & Platonis habet hæc verba. At Aristoteles cum semper eam (neruorum originem) ignorauerit, merito in referenda cerebri necessitate hęsitat. Libro etiam de vuluæ dissectione. Hanc vasorum (scilicet seminalium) coniunctionem, neque Aristoteles, neque Herophilus, neque Philotimus agnouit. Et primo de vsu partium. Cur item Aristoteles, tum circa alia, tum circa naturæ artem enarrandam alioqui peritissimus, in vnguium vtilitate adeo cęcutiuit. Et septimo de Anatomicis. Ac miri nihil est, si etiam in alijs multis (quod ad anatomen spectat) Aristoteles errauerit, qui triplicem sinum cor

habere

habere in magnis animalibus existimat. Et primo de semine. Quo circa merito accusare Aristotelem possem, non modo quòd neglexerit ea quæ non debuit, verum etiam quòd suorum decretorum oblitus, naturæ opera diuerso modo in plantis, atque in animalibus exponit. Et multa sequentia in hanc sententiam. Multa quoque alia in Aristotele reprehendit vir hic, qui libero, Theophrastico, Stratonicoque modo philosophatus est, qui sæpe gloriatur nihil se ad hominum opinionem, sed ad veritatem rerum philosophari. atque in omni vita, nulli alij rei quàm veritati operam dedisse. Quod fortè magis etiam appareret si eius libri Logici omnes, & præsertim ij qui de demonstratione sunt ab eo conscripti, extarent. In quibus verisimile est nos potuisse videre, & quæ in Aristotele reprehendisset, & quæ Aristotelicis dogmatibus, adiecisset. Post Alexandrum Aphrodisieum, vsque ad Porphyrium multos extitisse philosophos, testis ipse Porphyrius est, qui in Plotini vita cap. 14. multos se dum adolescentulus esset, in philosophia Peripatetica viros celebres cognouisse. nullos tamen nominat, præter tres. Heliodorum, Ammonium, & Ptolemæum Alexandrinos. Adolescentia autem Porphyrij incidit in Imperium Valeriani, qui ante Galienum octo annis imperauit. Natus est enim anno 11. Alexandri Seueri vt ex cap. 2. vitæ Plotini ab eo descriptæ patet. Alexander autem cœpit imperium post Antoninum & Lucium, sub quibus Aphrodisieus floruerat, annis 32. mensibus. 7. qui si superioribus iungantur, videtur posse conijci, Heliodorum, Ammonium, Ptolemæum, Aphrodisiei, seu discipulos fuisse, seu eius senectutē attigisse. Sed affirmat duos hos posteriores, nihil scriptis mandasse. Heliodorum verò inter eos numerat, qui aliquid scripserunt, sed qui nihil vlterius (vt ait) composuerunt quàm collectionem, aut transcriptionem quandam eorum, quæ antiquiores iam composuerant. Quibus Heliodorum quoque (ait Porphyrius) adnumerare licet, qui & ipse præter illa quæ ab antiquioribus audita fuerant, nihil plus omnino ad distinctam orationis structuram contulisse videtur. Porphyrius itaque post hos, celeberrimi nominis fuit, Plotini auditor, qui & ipse contra Aristotelis Categorias scripsit libros tres, qui de generibus entis inscribuntur. quibus occurrere videtur voluisse Dexippus in ijs quæ in prædicamenta ab eo scripta adhuc extant. Primus hic Porphyrius videtur secundo iam, Aristotelicam, cum aliarum sectarum doctrinis permiscuisse. Namque Simplicius procemio Categoriarum de eius in hunc librum secunda commentatione loquens, sic ait. πολλὰ καὶ τῶν στωϊκῶν ἐκεῖ δογμάτων κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου προστιθεὶς. Multa etiam Stoicorum dogmatum ibi per sermonis communionem addens: & quibuscunque locis a Simplicio alijs in commentarijs citatur eius testimonium, semiplatonicus ferè semper adducitur. Videturque primus ad hanc hypothesim philosophari cœpisse. Aristotelis & Platonis vna eademque est doctrina. in quam etiam (contra quàm Taurus antea fecerat) septem scripsit libros, vt Suidas est author, περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν. Quòd vna sit Platonis & Aristotelis secta. Non tamen videtur omnibus Aristotelicis dogmatibus assensum præstitisse, quia vt idem est Author, πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. Contra Aristotelem quòd anima sit Entelechia; scripsit. Videtur præterea vt a Boetio & a Simplicio citatur, in omnes Aristotelicos libros commentaria edidisse, Alexandri hypothesim & propriam, quas diximus

secutus. Sed eo studio, vti appareat eum, Alexandri aliorumque interpretum enarrationes euertere omnino conatum esse. Iamblichus etiam eius auditor, videtur & ipse Platonicam cum Aristotelica doctrinas coniunxisse, atque ad vtrasque illas hypotheses philosophatus, quod satis claret ex ijs quæ a Simplicio in comment. Categoriarum, & librorum de Natura, & de Cœlo, & de Anima referuntur, in qua præcipuè voluit esse vnam eandemque doctrinam. Quod fecisse videtur Plutarchus etiam Nestorius eius discipulus vti clarè ex Philoponi, in tertium de Anima librum commentarijs colligitur. Et huius etiam auditor magnus Syrianus, aliqua ex parte eas hypoteses videtur secutus. Vti ex prioribus tribus iam dictis Simplicij expositionibus constat. Attamen valide etiam sese opposuit Aristoteli, antiquiores Philosophos, præsertim Pythagoram, Platonem, & Xenocratem accusanti. Quod fecit in ijs, qui adhuc soli eius libri extant, quos in secundum, & duos postremos metaphysicos conscripsit. Olympiodoro verò videtur cordi fuisse philosophandi ratio Androniciana, ita sæpe arguit, corrigit, reprehendit Aristotelem, neque Alexandri, neque Porphyrij hypotheses curauit. Huius verò, & Syriani discipulus Proclus Lycius vtrisque his hypothesibus sese opposuit. Neque enim omnia verè ab Aristotele docta asseruit, neque etiam in omnibus, eum cum Platone sentire docuit, quod sæpe tum in Theologia sua, & commentarijs in Cratylum, Alcibiadem, & Parmenidem, quæ apud nos sunt omnia, tum etiam ijs quæ in Timæum extant clarissime apparet. Quod etiam condiscipulus eius, & Syriani auditor Hermias secutus videtur, vt apparet ex commentario eo quem in Platonis Phædrum, edidit qui itidem est apud nos. Procli auditores fuerunt Ammonius Hermiæ filius, & Damascius. Quorum ille vt ex commentarijs qui extant in prædicamenta & librum de interpretatione, vtramque & Alexandream & Porphyrianum hypotheses est secutus, ita in omnibus Aristotelem admiratur. Damascius verò contrariam omninò ingressus est viam, quod apparet ex digressionibus loci & temporis, Simplicij eius auditoris. Quem Simplicius aliquibus in rebus secutus est, nam antiquiores contra Aristotelis accusationes deffendit aliquando, & ab eo, tractatu de loco & tempore libere discessit. Quod etiam Philoponus Ammonij auditor fecit ijsdem in rebus, atque etiam alijs. in reliliquis aliqua ex parte Porphyrianam hypothesim sunt secuti, quod ille commentarijs de Anima præcpue effecit. Sed Asclepius Philoponi condiscipulus, verbis tantum ac singulis sententijs scholiorum more potius quàm alio inhærere videtur. Quem modum etiam Eusthatius tenuit in ijs quæ in Nicomachios aliquot libros edidit. Etiamsi in primo, Platonicas ideas contra Aristotelem deffendit. In secundum verò de demonstratione Eustratius eum secutus est modum, vt expositoris potius quàm philosophi nomen meruerit. quod etiam omnes hi recentiores Græci Ioan. Damascenus, Michael Psellus, Michael Ephesius, Theodorus Metochita, Georgius Pachymerius, Nicephorus Blemmydas, & si quis alius huiusce classis fuit. qui Aristotelicæ philosophiæ breuiaria veluti quædam confecerunt, ne latum quidem vnguem ab eius sententia recedendo. At Arabum schola, in duas diuisa est sectas, quarum in altera Auicenna, Algazel, Auempaces libe-

re sunt philosophati; Quippe non dubitarunt, si quid Platonem, vel alium quempiam melius quàm Aristoteles dixisse existimarunt, aut de suo etiam inuenire & addere potuerunt, aperte contra Aristotelis sententiam proferre. Quod satis ex Auicennæ philosophia, atque ijs quæ Auen Rois duobus illis obijcit, apparet. Altera cuius princeps Auen Rois fuit, in Alexandri hypothesi permansit. Nam omnia Aristotelis verba, diuina oracula arbitratus est: Aristotelem, omnibus philosophis, Platoni ipsi, longe prætulit. Hinc illa eius axiomata, Aristotelem triplicem philosophiam, Logicam, Naturalem, Diuinam, tum inuenisse, tum perfecisse. Aristotelem nihil sine forti ratione dixisse. Nihil in Aristotele mancum, nihil in eo superfluum, omnia eum perfectissimo ordine conscripsisse. Hæc ipsa axiomata cum primum in Gallias, ex Hispanijs Auen Rois libri inuecti sunt, Latini nominis homines, philosophiæ studiosi, cum alium præter Aristotelem philosophum neminem haberent, nec alios Aristotelicorum librorum interpretes quàm hunc ipsum, mirum in modum sunt amplexati. Atque ad axiomata hæc veluti, ad hypotheses firmissimas sunt philosophati. Cuiusmodi philosophandi rationem in Germaniam ab Alberto Magno, in Angliam a Ioan. Duns. In Italiam a D. Thoma Aquinate inuectam fuisse, est verisimile. Ingens ab his philosophorum numerus, ac successio manauit; quæ in Auen Roicis hypothesibus habitauit. Ex quibus noua quædam in Aristotele, vetus tamen in Academia, ac Pyrrhonis schola, ratio philosophandi orta est. Vt scilicet de singulis dubitare vtile fore arbitrarentur. Inde dubitationum, ac quæstionum sexcentorum millium numerus manauit. Nam cum omnia Aristotelis dicta vti vera reciperent, multis tamen locis contradictionem præ se ferent, necesse fuit, de alteris dubitare; sed dubia de dubijs nectendo, in nouam quandam Academiam horum scholæ euaserunt. Ita vti nihil in Aristotele certi affirmari possit. Præter has duas philosophandi rationes, ad Auen Roicas scilicet hypotheses, ac proprias eorum dubitationes, tertiam quandam ipsis quoque peculiarem inuexerunt, vti Aristotelicam Philosophiam Christianæ Theologiæ iungerent, huiusque præceptis, decretisque Aristotelicas rationes, ac etiam dubitationes quæstionesque permiscerent. Nihilque in Theologia arbitrati sunt posse statui, nisi Aristotelicis fundamentis firmatum esset. Hi modi summi, huiusce philosophiæ, quę postea in varias ac multiplices sectas nominalium, atque realium diuisa est, quarum sectatorum, quia numerus innumerabilis est, nec ego numerare queo, nec tibi legere liberet. Hi multa secula omnes scholas tenuerunt. Primus in Gallijs Ioan. Faber Stapulensis, in Italia verò Patauij Franciscus Caballus, & post eum Nicolaus Leonicus eiusmodi philosophandi rationem neglexerunt, Aristotelem Gręcę, Gręcosque Aristotelis interpretes, in scholas induxerunt inde cœptum aliud mixtionis in philosophando genus; vti Auen Rois, & Latinis, Gręcos interpretes admiscerent. Scholarum Philosophi, in textuum expositione, Gręcos pręcipue sequerentur, quęstiones tamen omnino non ommitterent, in quas (quod Scholastici facere non potue-

DD 2

tant) Græcorum sententias innecterent. Ita sempiternis quęstionibus modo imposito, verborum Aristotelicorum sinceriore inuenta expositione nonum philosophandi genus ortum, in quo Buccaferreus, Portius, Ianua, Madius, Vicomercatus, atque alij nostrorum temporum philosophiæ doctores floruerunt. Quod etiam nunc in Scholis Italicis habitat. In Gallicis vero, atque Hispanicis simplex Aristotelicorum librorum sine vllo interpretum adminiculo, sine vllis vel dubitationibus, vel quęstionibus interpretatio. Quę decima numeretur peripateticè philosophandi ratio.

OPTIMA

OPTIMA, EX ARISTOTELE, ATQVE IN ARISTOTELE, PHILOSOPHANDI RATIO.

LIBER DECIMVSTERTIVS.



DE enumeratis decem philoſophandi rationibus ac methodis operæpretiū erit acutisſimi ingenij Zacharia, quæ optima omnium ſit diſquirere. Idque ex Ariſtotelis ipſius ſententia perui dere. Is enim optimus tibi, noſtrorum preſentium laborum fructus erit; ſi pernoſcas inter tot ſententiarum, interpretūmque varietates, quæ ſit ea potisſimum ratio, quæ nos ad rerum naturæ cognitionem, quam naturaliter cupimus omnes, vera atque optima methodo perducat. Quod vt aſſequamur, eoque quo natura ferimur perueniamus, Ariſtotelis opinio eſt perſcrutanda, eaque non leuiter attingenda, ſed penitus, intimaſque ad medullas perſpicienda, atque percipienda. Itaq; principio, ſciendum videtur, duplicem eſſe philoſophandi ſummam rationem; alteram, qua ad rerum atque entium ipſorum cognitionem nitimur; alteram qua ad hominis alicuius traditionem, ſeu opinionem philoſophamur. Eaq; duplici, vel dogmata eius approbando, ſectando, enucleando, quam omnes Pythagorici, Platonici, Peripatetici, Stoici, aliarumque ſectarum philoſophi omnes ingresſi ſunt. Vel etiam aliorum dogmata confutando, reiiciendo, qua Plato aduerſus ſophiſtas, qua Ariſtoteles aduerſus Philoſophos antiquiores ſæpenumero eſt vſus. Primam illam itaque primo aggrediamur, in qua magnopere Ariſtotelem nobis prodeſſe poſſe exiſtimamus. Itaq; dicimus Ariſtotelis ſententiam eſſe, optimam philoſophandi eam eſſe rationem, quæ ſibi ſolam rerum veritatem cognoſcendam proponit. Præ qua veritate, nullam rem aliam philoſopho cordi eſſe debere, nullam illi anteponendam cenſet. Quod quidem ſeu ipſemet, ſeu Nicomachus eius filius, ex ipſius patris ſententia primi Ethici ſexto cap. ſic expresſit luculentisſime. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας, ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Videtur vero melius forte eſſe oportere ob veritatis ſalutem, propria quoque deſtruere, præſertim cum philoſophi ſimus. Ambobus enim amicis exiſtentibus, pium eſt veritatem in honore præferre. Cum itaque pium eſſe cenſeat, amicis etiam veritatem præferre, quid vero aio amicis? imo ſibi propriiſque rebus, quas etiam deſtruere ob veritatem iubet, quem alium philoſopho finem affirmabimus eſſe propoſitum, quam veritatis tum ſtudium, tum cognitionem, atque eius aſſecutionem? Non libet hic commemorare quæ Plato in Theæteto, in Sophiſta, in Politico, in Phędro,

in 6. ac 7. de Republica, de hac a Philosopho amanda atque sectanda veritate pulcherrime philosophetur, ne videar aliena potius vti doctrina, Aristotelica autem abuti, sed ex Aristotele ipso, eiusque discipulis afferam clarissima, ac patentissima testimonia. Quorum primum esto ex principio eius libri quem minorem primum Metaphysicum hactenus appellarunt, nos autem in secundum Physicorum locum proprio eius loco reposuimus. Ibi ita scribit ὀρθῶς δ' ἔχει καὶ τὸ καλεῖσθαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. θεωρητικῆς μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια, πρακτικῆς δ' ἔργον. Recte etiam habet, vocare philosophiam, scientiam, veritatis contemplatricem. Contemplatricis enim finis est veritas, actricis, opus. Libro vero de sapientia 2. cap. 2. post sapientiæ multas, tum commendationes, tum etiam considerationes, pronunciat sapientis munus esse verum & falsum speculari. καθόλου γὰρ μάλιστα καὶ πάντων ἀρχαὶ τὰ ἀξιώματα ἐστίν, εἴτ' ἐστὶ μὴ τοῦ σοφοῦ, τίνος ἔσται περὶ αὐτῶν ἄλλου τὸ θεωρῆσαι τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. Vniuersaliter etenim maxime & omnium principia sunt axiomata. Nisi vero id sit sapientis, cuiusnam alterius erit, de ipsis verum & falsum speculari? Primo etiam Ethico cap. 7. Nicomachus ex patris sententia sic scripsit de Geometria quæ partem tertiæ Philosophiæ, vt libro 3. de Ente pater ipse tradidit, tractat. καὶ γὰρ τέκτων, καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν. ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὁ δὲ, τί ἐστιν, ἢ ποῖόν τι. θεατὴς γὰρ τ' ἀληθοῦς. Faber enim & geometra differenter inquirunt rectam. Ille enim quatenus vtilis est ad opus, hic vero quid sit, & qualis, spectator enim veri est. Et Eudemus primo libro, ita scripsit. τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς μηδὲ ποιητικῆς, τὸ εὖ καὶ κακῶς, τ' ἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος. Contemplatricis vero dianoeæ cogitationis, & non actricis, neque factricis, bene, & male, ipsum verum est & falsum. Quam eandem sententiam verbis ipsis, vt totum etiam eum librum in suos ethicos transtulit Niconachus. Primo etiam topico cap. 11. ait eius author: πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον, διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν. Ad philosophiam quidem, secundum veritatem de ipsis est tractandum; dialectice vero ad opinionē. tertio quoque Politico cap. 5. τῷ δὲ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι, καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾶν μηδέ τι καταλείπειν ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν. Philosophanti vero circa quamque methodum, ac non respicienti solum ad actionem, proprium est non negligere aut aliquid prætermittere, sed declarare veritatem circa vnamquamque rem. Itaque ex omnibus his locis, ac forte etiam aliis qui in libris eius reperiuntur, dubium esse non potest ex Aristotelis statuta sententia, philosophiam nil aliud quàm veritatis esse studium. Veritas autem ista quid sit, cognoscere, videntur plerique philosophorum ommisisse. Bonum & verum, duo summa rerum omnium sunt. Ad quæ, naturali desiderio res omnes, quatenus quæque potest, feruntur. De bono innumerabiles sermones, mirabiles libri a philosophis sunt conscripti. De vero autem, ne somniasse quidem voluisse scribere videntur. Itaque concordi quidem opinione, veritatem, omnium contemplationum finem esse pronunciarunt. Quid vero finis iste esset, explicare vel omnino ommiserunt, vel penitus neglexerunt. Sunt tamen apud Aristotelem quædam de vero & falso, pluribus locis sparsa, quæ potius confundere animos, quàm in veritatis cognitionem dirigere posse videantur. Colligam ea, atque ita disponam, vti aliquid fructus ex ea collectione elici a te possit. Rerum potius suis verbis explicatarum, quàm librorum ordinem sequar. Primo itaque dicam, eum 6. Metaphysico, quem nos quartum de Ente vocamus expresse

presse negauisse, verum & falsum in rebus ipsis esse. οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασι οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθὲς τὸ δὲ κακὸν ψεῦδος ἀλλ' ἐν διανοίᾳ. Non enim est falsum & verum in rebus: veluti, bonum quidem, verum, malum vero falsum, sed in dianœa cogitatione. Quæ quidem sententia si vera est, iam frustra erit omnis philosophia, omnis rerum contemplatio. Nisi enim mentis contemplatione queamus rerum ipsarum veritatem cognoscere, quid nobis cõtemplatio, quid mens ipsa proderit? Cur ergo ipse eodem hoc libro tres contemplatrices philosophias constituit diuinam, mathematicam naturalem? cur philosophiæ finem, veritatem esse asseruit? Sed quàm diligentisśime rem hanc perpendamus, est enim dignisśima quæ penitus internoscatur. Hac enim ignorata, omnis nobis sese philosophia eripiat. Dicimus itaque veritatem non simplicem rem esse, sed sextuplicem ita per gradus dispositam, vt posterior a priore emanet. Inter quas prima ac principalisśima est. rerum ipsarum veritas. A qua reliquæ omnes pronascuntur. Secunda vero a prima hac nata, est perceptionis ac cognitionis veritas. Tertia a secunda orta, veritas discursionis λόγου, rationis ac διανοίας dianœæ. Quarta, a tertia enata veritas, scientiæ, aliorumque rationis habituum. Quinta veritas sermonis, ab his nata. & sexta scriptorum veritas, a quinta itidem progenita. Quas omnes sigillatim, ac earum naturali ordine explicabimus, Aristotelis testimonia singulis, prout poterimus, afferentes. Primam itaque primo aggrediamur, qnam dicimus in rebus ipsis esse. Eaque est contraria ei falsitati, quæ in rebus itidem ipsis est. Esse autem in rebus ipsis falsitatem, eamq; duplicem Aristoteles ipse docet libro de Ente secundo cap. penultimo his verbis. πράγματα μὲν οὖν ψευδῆ οὕτως λέγεται, ἢ τῷ μὴ εἶναι αὐτὰ ἢ τῷ τὴν ἀπ' αὐτῶν φαντασίαν μὴ ὄντος εἶναι. Res quidem falsæ ita dicuntur, vel eo quòd non sint; Vel eo quòd ab eis apparentia fit, non entis. Quod tantumdem est, ac si diceret, res falsæ sunt, quæ omnino non sunt, vel non esse apparent. Quòd si falso verum contrarium est, datoque vno contrario, & alterum sit necessario dandum; necesse est duplex quoque verum hac prima significatione esse. alterum, rerum existentiam; alterum etiam rerum apparentiam. Scilicet quòd primo res sint atque existant; deinde vt existentibus rebus, etiam existere appareant. Itaque primaria veritas, est rerum existentia, secundaria rerum existentia simul & apparentia. Hac ratione dicimus philosophiam sibi finem propositum habere, rerum veritatem, idest cognitionem existentiæ atque etiam apparentię rerum. Atq; hac veritatis significatione, plurimis locis Plato locutus est; Aristoteles vero ijs quæ paulo ante attulimus, in quibus geometram dixit esse θεατὴν τ' ἀληθοῦς spectatorem veri, quia contempletur recta quid sit, & qualis, idest essentiam & qualitatem rectæ. Et cum tertio politico asseruit proprium esse philosophanti circa quamlibet methodum, veritatem declarare, & quæ procemio secundi Metaphysici de veritate philosophatur: & pluribus aliis locis, quæ non est nunc necesse replicare. De secunda autem veritate perceptionis loquitur primo cap. libri 5. Eudemus τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις. Tria sunt in anima quę domina sunt actionis, & veritatis. Sensus, mens, appetitus. Sed ab actione excludit sensum. Statim. τούτων δὲ ἡ αἴσθησις οὐδεμίας ἀρχὴ πράξεως. Horum vero nullius actionis principium est sensus. Ergo veritatis solius sensus principium est. Id quomodo sit, libro de anima 3. cap. 6. Aristoteles tradit ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές. Sed sicut videre proprium (scilicet obiectum) verum est. Vt

etiam antea his verbis expresserat ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν, ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος. Sensus propriorum quidem, verus est. vel quàm minimum habens falsi. Sensum autem percipere sua obiecta, tactione quadam & vt ipse ait, φάναι dicere veluti intellectus, ipse testatur tertio de Anima cap 7. τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι, ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν. Sentire equidem simile est ipsi dicere solum, & intelligere, scilicet dictioni solum & intellectioni. Intellectio autem ista, & dictio, quomodo fiat ipse declarat fine 7. de Ente. περὶ δὲ τὰ ἀσύνθετα, τί τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι καὶ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. οὐ γάρ ἐστι σύνθετον, ὥστε εἶναι μὲν ὅταν σύγκηται, μὴ εἶναι δὲ ἐὰν διῃρημένον ᾖ, ὥσπερ τὸ λευκὸν ξύλον, ἢ τὸ ἀσύμμετρον τὴν διάμετρον· οὐδὲ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ὁμοίως ἔτι ὑπάρξει καὶ ἐπ᾽ ἐκείνων, ἢ ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀληθὲς ἐπὶ τούτων τὸ αὐτό, οὕτως οὐδὲ τὸ εἶναι, ἀλλ᾽ ἔστι τὸ μὲν ἀληθές, τὸ δὲ ψεῦδος, τὸ μὲν θιγεῖν καὶ φάναι ἀληθές, οὐ γὰρ ταὐτὸ κατάφασις καὶ φάσις. τὸ δ᾽ ἀγνοεῖν μὴ θιγγάνειν. Circa vero incomposita, quid ipsum esse aut non esse, & verum & falsum. Non enim est compositum, vt sit quidem quando componatur, non sit autem, quando diuisum est; vt album lignum, & incommensurabilem diametrum; neque verum & falsum, similiter existet vt in illis. vel sicut neque verum in his, idem, ita neque esse sed est hoc quidem verum, hoc autem falsum. Tangere quidem & dicere, verum, non enim idem affirmatio, & dictio; ignorare verò, non tangere. Hæc quamquàm obscurè satis sint dicta, attamen si quis sequentia consideret, clara erunt omnia per ἀσύνθετα enim intelligit substantias separatas, quæ mente comprehenduntur. clare enim ait. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἀσυνθέτους οὐσίας. οὐ γάρ ἐστιν ἀπατηθῆναι. καὶ πᾶσαι εἰσὶν ἐνεργείᾳ, οὐ δυνάμει. Similiter enim, & circa incompositas substantias non est decipi. etenim omnes actu sunt, non potentia. cur autem circa eas non est deceptio, paulò post causam reddit, ὅσα δή ἐστιν ὅπερ εἶναί τι καὶ ἐνεργείᾳ, περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι, ἀλλ᾽ ἢ νοεῖν, ἢ μή. quæcunque verò sunt. quod ipsum esse & actu, circa ea non est deceptio, sed vel intelligere, vel non. Intelligere autem ipsum veritas est; non intelligere verò, falsitas non est, neque deceptio, sed ignoratio. sic enim paulo post subdit. τὸ δ᾽ ἀληθὲς τὸ νοεῖν αὐτά. τὸ δὲ ψεῦδος, οὐκ ἔστιν, οὐδ᾽ ἀπάτη ἀλλ᾽ ἄγνοια. Verum, ipsa intelligere, falsum verò non est, neque deceptio, sed ignoratio. Vt recte concludatur, mentem intelligibilia ipsa, vel intelligere, ac tunc veritatem eorum assequi: vel si non intelligat, falsum de ijs non percipit, neque in eorum intellectione decipitur, sed ea prorsus ignorat. Id autem intelligere νοεῖν ait verbis superioribus θιγεῖν καὶ φάναι tangere & dicere, non intelligere verò, μὴ θιγγάνειν, non tangere. θιγεῖν autem tangere, nil aliud est, quàm mentis ad obiecta coniunctio & tactio. φάναι verò ac dicere non aliud quàm dictio & assensio. id scilicet, quod menti iungitur, quod mens tangit esse vel Deum, vel aliud quodpiam intelligibile. nihil præter id ipsum, aliud intelligens. Atque si oculus album videat, assentiatque ac asserat secum ipse, album esse. Quàm rem συγκατάθεσιν Alexander videtur appellasse. Huic modo intellectionis, sentire ipsum affirmat simile esse, τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι, ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν. sentire quidem, simile est dictioni solum & intellectioni. Scilicet quia statim ac sensus obiectum attigit, dixitque secum id vel calidum, vel album, vel dulce esse, veritatem sibi propriam est consecutus. Sic & sensui intellectionem similem fecit tertio de Anima cap. 6. ὁ δὲ νοῦς οὐ πᾶς, (scilicet ἀληθὴς ἢ ψευδής,) ἀλλ᾽ ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής, καὶ οὐ τὶ κατὰ τινός, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές. Intellectus verò non omnis (scilicet verus vel falsus) sed is qui de eo

quod

quod quid est esse, verus, & non quid de aliquo, sed veluti videre proprium, verum est. In quibus id explicat quòd intellectus non intelligit τὶ κατά τινός, quid de aliquo, vt κατάφασις & dictio, ei æquiualens. sed τὸ τί ἦν εἶναι quod quid esse, substantiam ipsam intelligit, & tunc ἀληθής verus est, sicuti cum sensus proprium obiectum videt, & verus tunc est. Fugiendum autem est hoc capite æquiuocum φάσεως dictionis. ab eo φάναι quod ex quarto, de ente attulimus. ibi enim simplicem actionem sine vlla terminorum compositione applicauit, dixitque eam esse a καταφάσει ab affirmatione differentem; hoc verò loco ait ἐστὶ δ' ἡ μὲν φάσις τι κατά τινός ὥσπερ ἡ κατάφασις. Est quidem dictio, quid de aliquo; vt affirmatio. Dicimus itaque mentis intellectionem in tactione ac dictione ἐν τῷ θιγεῖν καὶ φάναι, consistere, ἀσύνθετα καὶ ἀδιαίρετα, incomposita & indiuisibilia, in cuius intellectione nulla cadit falsitas aut deceptio, sed loco earum ignoratio simplex, quia scilicet ea non attingit. Sed cum attingit, semper vera est. Quod etiam tertio de Anima cap. 6. asseruit. ἡ μὲν οὖν τῶν ἀδιαιρέτων νόησις ἐν τούτοις, περὶ ὃ οὐκ ἔστι τὸ ψεῦδος. Indiuisibilium quidem intellectio, in ijs circa quæ non est falsum. Mentis intellectioni similis est sensus perceptio, in tactione, in dictione, ac veritate. ἐν τῷ θιγεῖν, ἐν τῷ φάναι καὶ ἀληθεύειν. nam statuit ac visus peruenit ad album, illudque attigit, dixitque secum, album, veritatem suam est assecutus. iccirco eum mentis intellectioni similem dixit atque ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν, ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος. sensus propriorum verus est, vel quàm minimum habens falsum. quando scilicet vel instrumentum, vel medium, vel distantia eum impedit. Amboque circa ἀδιαίρετα, ἀσύνθετα, indiuisibilia, incomposita sese exercent. Semperque veritatem habent, dum attingunt sine impedimento. Atque hæc quidem secundi generis veritas est, a prima illa rerum veritate nata. Ab hac secunda in ordine primaque in anima veritate, nascitur tertia: quæ itidem in anima est secunda. eaque consistit ἐν συνθέσει, ἐν συμπλοκῇ τῶν νοημάτων. in compositione & complexione conceptuum. Namque διάνοια καὶ λόγος, dianœa & ratio ab intellectu νοῦ, & sensu αἰσθήσεως tanquam ἀπὸ κυρίων τῆς ἐν ψυχῇ ἀληθείας dominijs veritatis quæ in anima est, sumens τοὺς ὅρους terminos (nam intellectus est, & sensus quibus τοὺς ὅρους terminos cognoscimus, vt ipse docuit libris de demonstratione) eos componit, affirmatione; ac diuidit negatione. Quod fine septimi de ente, ita declarauit τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος, ἐπειδὴ παρὰ σύνθεσιν ἐστὶ καὶ διαίρεσιν. τὸ δὲ σύνολον περὶ μερισμὸν ἀντιφάσεως. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν, ἐπὶ τῶν συγκειμένων ἔχει. τὴν δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῶν διῃρημένων. τὸ δὲ ψεῦδος τούτου μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν. ens tamquàm verum, & non ens falsum. quandoquidem penes compositionem est, & diuisionem. Totum verò insimul circa partitionem contradictionis. Verum enim affirmationem incompositis habere, & negationem in diuisis. falsum autem huius partitionis contradictionem. Quorum verborum rectus sensus hic est. quod est, id verum est; prima illa veritate; quod non est, falsum. Idque videtur ex compositione quadam ac diuisione oriri. namq; totum simul antiphasi comprehensum est, quæ si partiatur, in affirmationem & negationem partietur. affirmatio si applicetur compositis, idest quæ iam duos terminos habet, vti animal album, si tunc veritas habet locum. negatio verò si applicetur diuisis vt animal, a quo albedo fit diuisa, dicatque animal non album, tunc veritas etiam oritur. falsitas verò in contradictione huius par-

EE

tionis contradictio autem affirmationis prioris illius, animal album, est negatio animal non album, quod falsum est, cum sint composita: contradictio autem negationis illius, est affirmatio animal album; quod itidem falsum est, quia diuisa erant. Itaque omnis hæc secunda animæ veritas in compositione & diuisione terminorum consistit. atque etiam falsitas in antiphasi veritatis. Compositio autem hæc atque diuisio, in dianoea est vt ipse eodem loco atque his verbis expressit ἐπεὶ δὲ ἡ συμπλοκή ἐστιν καὶ ἡ διαίρεσις ἐν διανοίᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πράγμασιν. Cum complexio & diuisio sit in dianoea, sed non in rebus. Atque ideo recte dicetur verum & falsum quod in compositione ac diuisione consistit, non in rebus sed in dianoea esse. quod primis illis verbis ex quarto de ente primo loco attulimus. οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ. Non.n. est falsum & verum in rebus, sed in dianoea. de hac tertia veritate eiusque contraria falsitate intelligendo. namque falsum semper est in compositione, τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν συνθέσει ἀεί. ait tertio de Anima cap.6.& cap. 8. συμπλοκὴ γάρ ἐστι νοημάτων, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. Complexio namque est, conceptuum, verum & falsum. non sola scilicet complexio, sed etiam eius contraria diuisio quæ origo sunt affirmationis & negationis, quæ itidem in dianoea sunt ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτο ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή. Est autem, quod in dianoea affirmatio & negatio, hoc in appetitu secutio & fuga. Ex his varijs dianoeæ compositionibus, diuisionibus, affirmationibus, negationibus, veris, falsis. habitus septem in ipsa ingenerantur. Quinque, quibus semper verum dicimus, intellectus, sapientia, scientia, prudentia, ars. duo, quæ & veræ, & falsæ interdum sunt. opinio & existimatio. Sic enim ex eius sententia libro quinto Eudemus, & Nicomachus sexto Ethico scripserunt. ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι πέντε τὸν ἀριθμόν, ταῦτα δ' ἐστὶ τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς. ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. Sunt igitur quibus anima verum dicit, affirmando vel negando quinque numero, hæc autem sunt ars, scientia, prudentia, sapientia, intellectus. existimatione enim & opinione potest falli. quod iterum sic expresserunt εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, καὶ μηδέποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν ἐπιστήμη καὶ φρόνησίς ἐστι καὶ σοφία, καὶ νοῦς. Si verò quibus veritatem nouimus, ac nunquam fallimur circa ea quæ non possunt vel possunt aliter se habere, scientia & prudentia est, & sapientia & intellectus. Quæ omnia dum singillatim explicant, habitus affirmant esse intellectum alia scilicet ratione quàm Aristoteles tertio de Anima locis allatis intellexit, accipiendo. Ex his tribus veritatis modis, qui in anima sunt; simplicium scilicet apprehensionis, dianoeæ discursionis, ac habituum; nascitur quinta veritas in sermone consistens. nam & qui sensu vel mente simpliciter apprehendit terminos, potest, eos sermone proferre; & qui compositiones ac diuisiones, ratione ac dianoea agitat, nec non qui ex scientifico vel alio habitu verum nouit, potest illud sermone explicare. Qui ideò verus est, quia illa vera sunt, ac falsus etiam si a falsa vel compositione, vel existimatione aut, opinione proueniat. A quinta hac, sexta in scriptura veritas & falsitas pronascitur, Nil enim aliud est scriptura, quam sermo tacitus, chartisque easdemque secum & veritates & falsitates ferens, ex iisdemque fontibus ortas, vnde eas sermo itidem viuus habet. Sexcuplex igitur est verum, per gradus dispositum; vt aliud, primo atque originario, quod in rebus ipsis est; vicinius; aliud longinquius consistat. Primoque gradu a prima

ma quæ in rebus est veritate, distet verum, quod in sensu, & mente est. Secundò quod in dianœa ac λόγῳ ratione. Tertio quod in habitibus rationis ac dianœæ. Quarto quod in sermone. Quinto quod in scripturis subsidet. Quid igitur, cum philosophiam dicimus veritatem habere pro Scopo ac fine, cum philosophum veritatis studiosum, amantem, asserimus: cuius nam veritatis id intelligimus? Nimirum veritatem primariam intelligimus, a qua reliquæ ortum habent. Eam scilicet quæ in rebus ipsis est. quarum rerum triplex differentia, tres contemplatrices philosophias Aristoteli constituit; physicam, mathematicam, Theologicam. Itaque dicimus philosophiam id primo studere vt res ipsas atque entia verè cognoscat, hoc est, vti philosophus ita de rebus sentiat vti ipsæ res sunt, easque animo concipiat, atque apprehendat, eo modo quo consistunt, atque constant. Iccirco vltimo capite septimi de ente, ita scripsit τὸ δὲ κυριώτατον ὂν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, τούτων δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ συγκεῖσθαι ἢ διαιρεῖσθαι. ὥστε ἀληθεύει μὲν ὁ τὸ διῃρημένον οἰόμενος διαιρεῖσθαι, καὶ τὸ συγκείμενον συγκεῖσθαι. Principalissimum verò ens, verum vel falsum. Bonum autem, in rebus est componi & diuidi. ita vt verè sentiat is, qui id quod est diuisum, putet esse diuisum. Et quod compositum est putet compositum esse. Tertia scilicet veritatis specie, quæ in dianœæ & rationis compositione ac diuisione versatur. quam necesse est præcedere secundam simplicis tactionis & dictionis. Veritatis itaque rerum, studium atque amor, per simplicem apprehensionem ac deinde per dianœæ reuolutiones compositionis ac diuisionis, philosophia est, talisque philosophia, vt nulla alia sit philosophia, eademque omnino sit philosophia, atque optima philosophia. Optimaque philosophandi ratio ea est, quæ studet res ipsas, earumque existentias, apparentiasque qualitatesque ita percipere ac cognoscere, vti ipsæ sunt, existuntque, atque apparent, eosque optimos philosophos ac veros philosophos, vera atque optima ratione appellandos qui, res ipsas ita studuerunt percipere, atque animo componere, ac diuidere, vti res ipsæ sunt, componuntur, ac diuiduntur. Qui verò rebus ipsis cognoscendis non studuerunt, philosophi nullo modo sunt appellandi. Quare sub verorum philosophorum nomine Thaleta, Anaximandrum, Anaximenem, Anaxagoram, Archelaum, Pythagoram, Xenophanem, Parmenidem, Zenonem, Empedoclem, Ocellum, Timeum, Philolaum, Archytam, Socratem, Platonem, Speusippum, Xenocratem, Aristotelem, Theophrastum, Polemonem, Stratonem, Zenonem Citieum iure optimo reponemus. Rebus enim ipsis, studuerunt cognoscendis; res indagarunt; res, rerumque veritatem, sunt contemplati, etiamsi neque omnes res, neque ipsi omnes, quod concupiuerant sint adepti. Reliqui verò ab his profecti, qui iam non res ipsas, sed horum scripta, ac placita sunt secuti, vel interpretati, vel eorum diuersas ac differentes sententias conciliarunt, non rectè philosophi, sed philosophorum interpretes, expositores, sectatores sunt nominandi, quales videntur ij Pythagorici omnes fuisse, qui eo dicterio, αὐτὸς ἔφα, ipse dixit vsi sunt. Apud Platonicos autem ei rei initium videtur dedisse Crantor, qui primus omnium Platonis libros exposuit, in eiusque dogmatibus permansit. Apud verò Peripateticos Lycon atque Aristo Ceus qui Aristotelis dogmatibus aliquatenus adhæserunt. Inter Stoicos verò Zenonis auditor Cleanthes. Sed obtinuit consuetudo, vt hi etiam omnes philosophi nominentur. Imo verò

huius atque ſuperioris ætatis, opinio obtinuit; vt graui reliquarum ſectarum iniuria, nemo philoſophi nomine dignaretur, niſi qui Ariſtotelem ſequeretur. Ita ab amplisſima illa rerum omnium contemplatione, ad Ariſtotelicorum verborum ſolam interpretationem, philoſophiæ nomen eſt contractum. Quæ res ſi vniuerſo doctorum hominum gregi placet, nobis non eſt iniucunda: modo ſciamus, eos ex Ariſtotelis ſententia, non poſſe recte, ac verè philoſophos nominari. Si quidem vera ſunt ipſius Ariſtotelis tot locis ſuperius citata verba; quæ philoſophiam veritatis rerum ſtudium, ac philoſophos eius veritatis ſectatores, eſſe declarant. Non autem huius vel illius verborum interpretationem, ac lancinationem. Verba enim, non res ipſæ ſunt, ſed rerum ſymbola, idola. Quæ, qui expendit, verùmque in ijs veſtigat, iam quinto gradu a prima-ria veritate diſtat. Ac veluti Plato, Poetas, quia imitationes ſectarentur, tertio gradu a rebus deſtare dixit, ita verè dici poteſt, verborum philoſophos, non tertio, ſed quinto a rebus gradu, longè eſſe. Omnemq́ue a Stratone Lampſaceno, ad noſtra vſque tempora, Peripateticorum ſcholam, philodoxorum potius, quàm philoſophorum ſcholam fuiſſe, recte quis cenſeat, exceptis, ſeu paucis, ſeu multis illis, quæ Andronicus, Ariſto, Boethus, Eudorus, Xenarchus, Athenodorus, Nicolaus, Pollio, Cornutus, Porphyrius, Damaſcius, Simplicius, Philoponus, Auicenna, non ex Ariſtotelis præſcripto, ſed rerum veritati comparando atque expendendo, ſunt philoſophati. In quibus quidem philoſophi, ideſt veritatis rerum amatores, ſunt nuncupandi, in ijs verò, quæ in Ariſtotelis verbis, ſententijs, dogmatibus, tum declarandis, tum tuendis exararunt, verè philodoxi, ideſt Ariſtotelicæ opinionis amatores ſunt appellandi. Sed vt Eudemus ac filius Ariſtotelis docuerunt ὑπολήψει καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι exiſtimatione ac opinione poteſt falli. Scientia autem ac ſapientia, quæ rerum ſunt, nequaquam. Niſi quiſpiam aſſerat, omnia Ariſtotelis dogmata uera eſſe; quia rebus ipſis, rerumq́ue exiſtentijs atque apparentijs concordent. Vereq́ue ab eo res ipſas, tum mente, tum ſenſibus perceptas, verè ratione verſatas, compoſitas, diuiſas, verè eum earum ſcientiæ habitum comparaſſe, ex quo habitu, eas diſcipulos verbis docuiſſe, poſteris libris perſcripſiſſet. Id ſi verè dicatur, fatear ego atque concedam libenter, eorum ſcriptorum, imo ſcientiæ ſectatores verè philoſophos appellari debere. Sed an omnes qui ſe Ariſtotelis ſectatores, tot iam inde ſeculi profesſi ſunt, eo nomine ſint dignandi, id verò nondum ſatis cognitum habeo. Itaque res hæc, omni diligentia eſt perpendenda ac peruidenda. Ac primo, ſcripta ipſa Ariſtotelica conſideremus, philoſophos enim conſideramus, qui de Ariſtotelis ſcripto philoſophati ſunt. De hoc ſcripto, antiquorum teſtimonia afferamus, qui ea tempora attigerunt, quibus id ſcriptum in lucem prodijt. Eudemus Ariſtotelis auditor, ſcriptum quoddam phyſicorum librorum corruptum habuit, quod teſtatur Simplicius initio libri 6. Libri multi Ariſtotelis nomine, nothi, in Alexandrinam Bibliothecam illati ſunt, inde binos Categoriarũ quatuor & viginti, ſeu etiam quadraginta Analyticorum libros repertos, Ammonius, Philoponus, ac Simplicius authores ſunt. quod ſuperioribus libris eſt a nobis explicatum. Multi eius nomine, extra eã bibliothecã circulati. quod Galeni atq; aliorũ teſtimonijs cõprobauimus. Eos verò qui Ariſtotelis reuera eſſent, ac Theophraſti, a Nelei hæredibus abſconditos narrauimus; poſt multa tẽpora

effoſos,

erosos, a tineis, ac blattis corrosos, ab Apellicone emptos, transcriptos, erroribus refertos, a Sylla Romam delatos, in Tyrannionis manus traditos, a bibliopolis transsumptos, etiam magis erroribus repletos, satis ex Stratonis testimonio qui Tyrannionis ac Andronici tempora vidit, constitit. Sed, quia ab re non sit, idem testimonium iterum huc afferramus. Quod est libro 13. ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως, οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν, Ἔραστος καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεὺς ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου. διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν. ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα. ἐπειδὴ δ' ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν περγάμῳ βιβλιοθήκης κατὰ γῆς ἔκρυψαν, ἐν διώρυγί τινι. ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δὲ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε, τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. τοῖς δ' ὕστερον ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δ' εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥωμὴ προσεβάλετο. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην, ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών. δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης. καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. E Scepsi fuere Socratici Erastus & Coriscus, & Corisci filius Neleus, qui Aristotelis ac Theophrasti auditor fuit: suscepitque Theophrasti bibliothecam, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles, Theophrasto cui & scholam reliquit propriam bibliothecam tradidit. primus, quos scimus, qui libros cōgregauerit, & AEgyptij reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus vero eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, hominibus imperitis, qui occlusos libros tenebant, ac negligenter iacentes. Cumque Attalicorum regum, sub quibus ciuitas erat, conquirēdorum librorum ad instruendam bibliothecam quę Pergami erat, studium sentirent, eos in fossa quadam sub terra occuluerunt, quos & tineis & humiditate deteriores redditos, multo post tempore ij qui ex eo genere erant Apelliconi Teio, magno argento tradiderunt, Aristotelicos atque Theophrastos libros. Erat autem Apellicon librorum magis quàm sapientiæ amator, atque iccirco correctionem, restitutionemque corrosionum quęrens in noua transcripta transtulit, non rectè suppleta scriptura. ac edidit libros erroribus plenos. Accidit vero antiquis Peripateticis, qui post Theophrastum fuerunt cum libros non haberent præter paucos, ac maxime exotericos, vt nihil haberent in quo firmiter philosopharentur, sed Theses quasdā lucubrabant. Posterioribus vero, postquàm libri prodierunt contigit, vt melius quidē quàm illi philosopharentur, Aristotelizarenturque, cogerentur tamen, in plerisq; consentanea dicere, ob errorum multitudinem. ad quam rem Roma etiam plurimum contulit

namque statim ab Apelliconis interitu, Syllas is qui Athenas cœpit, Apelliconis bibliothecam habuit, quàm huc transtulit, ac Tyrannio Grammaticus, Aristotelis amator, cum eum qui bibliothecæ præerat sibi conciliasset, eam peiorem fecit, nec non librarij quidam, qui non bonis scriptoribus vtebantur, neque etiam conferebant exemplaria. Quod aliis etiam libris accidit, qui in venditionem fiunt, & hic & Alexandriæ. Andronicus autem, qui post Tyrannionem eos libros tractauit, quiq; primus eos interpretari est aggressus, varia exemplaria habuisse videtur. Quod Dexippus libro in Categorias primo cap. 17. testatur. his verbis. Primum quidem non in omnibus exemplaribus particula hæc (ratio substantiæ) adiuncta reperitur, vt Boethus & Andronicus testantur. Simplicij autem testimonia frequentissima ostendunt, sæpe Herminum, Aspasium, Alexandrum, Porphyrium, varios Aristotelicorum librorum contextus, variè legisse. Sæpe etiam interpretum aliquorum seu expositiones, seu paraphrases in contextus irrepsisse, Themistij paraphrasis ostendit; quæ diu pro Aristotelis contextu septimi physici parte magna est lecta; & Pachymerij pro integro libro de lineis insecabilibus, paraphrasis est habita. eaq; omnia acciderunt, dum Aristoteles adhuc propria lingua loqueretur. Quid ergo putandum est accidisse ijs expositoribus, qui eum Arabica, seu Latina, seu semibarbara lingua loquentem sunt interpretati. Neque enim satis vere dici posse videtur, & illos translatores, & hos expositores, omnes Aristotelis sensus legitimos atq; germanos, aut seruare, aut apprehendere potuisse. Nihil hic afferam de confusione ordinum, de librorum in singulis ordinibus confusione, quàm, cuique non solum philosopho, sed etiam librario, licuit suo modo confundere; atque etiam aliorum ordinum libros in alios ordines transferre. Quibus omnibus rationibus, non videntur potuisse Alexander, Auerrois, ac Latini nominis Aristotelici, satis recta, ac vera ratione, omnia Aristotelica dogmata vti diuina oracula excipere, ac venerari. Ex his enim fontibus primo expositionum varietates, deinde etiam contrarietates, differentia demum interpretum dogmata, ac etiam sæpe contraria, denique contentiones, controuersias, altercationes, rixas, ac si diis placet quandoque etiam dimicationes, bellaque (quod olim in Galliis inter Nominales ac Reales euenit) acerrima, necesse est ortum habuisse. Sed nos postquam, quod sit optimum philosophandi genus ex Aristotelis sententia ostendimus, id scilicet, quod in rerum veritatem tendit; in hoc non optimo, quod in placitis aliorum scrutandis, sequendis, persequendis, positum est, gradus quosdam statuamus, vt qui in eo proxime ad optimum accesserunt, qui longius, quiq; longissime recesserunt dignoscamus. Verum illud de vniuerso hoc genere, est primum ex Aristotele animaduertendum, quoniam opinionibus & placitis deditum est, ad dialecticam magis quàm ad Philosophiam pertinere. Nam primo Topico cap. 11. πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον, διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν. Ad philosophiam ergo de ipsis est tractandum secundum veritatem, dialectice vero ad opinionem. Quod propriú esse dialectices munus docetur. διὰ δὲ τῶν περὶ ἕκαστα ἐνδόξων, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελθεῖν. τοῦτο δ' ἴδιον, ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς. Ex opinatis .n. circa vnaquæque necesse est de ipsis discurrere; hoc vero proprium vel maxime domesticum dialectices est: scilicet circa rem quamque propositam ἐξ ἐνδόξων, ex iis quæ iam opinione hominum concepta sunt argumentari. Hominum scilicet omnium vel plurium, vel sapientiorum. Atque horum vel omnium,

vel

vel plurium, vel ſapientiſsimorum. Quicunque igitur ex Ariſtotelis dogmatibus, philoſophatur, is dialectice philoſophatur, non philoſophice, non ſcientifice, non rerum veritatis; ſed Ariſtotelicorum placitorum eſt amator. Idq; de vniuerſo hoc genere ſit dictum. In quo quidem, proxime ad veram philoſophiam accedere putandi ſunt ij, qui Ariſtotelis dogmata rebus ipſis, earumque veritati comparantes, expendunt. Quo in genere Andronicum, Boethum atque eiuſmodi alios reponemus. Is enim modus Ariſtoteli probatiſsimus fuiſſe conſtat. Nam primo de Elementis cap. 7. in hanc ſententiã ſcripſit. συμβαίνει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι, μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις, τούτου δ' αἴτιον τὸ μὴ καλῶς λαβεῖν τὰς πρώτας ἀρχὰς, ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρός τινας δόξας ὡρισμένας ἀνάγειν. Accidit vero, vt de apparentibus cum dicant, apparentibus ipſis concordantia minime dicant: huius rei cauſa eſt, quod non recte prima principia accipiant, ſed omnia velint ad terminatas quaſdam opiniones reducere. Quæ quidem omnia accidunt his qui Ariſtotelis opiniones mordicus tuentur, nec vnquam res ipſas contuentur, an ipſis concordia dicant. Rurſus libro 2. cap. 2. οὐδὲ δῆλον ὅπως ἐκ τῶν εἰρημένων, ὁμολογούμενα τοῖς φαινομένοις συμβήσεται λέγειν αὐτοῖς. Neque eſt clarum, quo modo ex dictis, conformia apparentibus accidat eis dicere. Itaque is probatiſsimus ſit philoſophandi modus, quando dogmata rebus ipſis correſpondeant, præſertim in naturali philoſophia: dixit namque ſuperiore libro & capite. τῆς δὲ φυσικῆς, τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. Naturalis vero (ſcilicet finis eſt) ſemper apparens principaliter ſecundum ſenſum ἡ γὰρ αἴσθησις ἐπιστήμης ἔχει δύναμιν. Senſus enim ſcientiæ habet poteſtatem. ait primo de Gener. cap. 3. & cap. 5. δεῖ γὰρ σώζειν τῷ λόγῳ τὰ ὑπάρχοντα. Oportet enim ſermone cuſtodire ea quæ exiſtunt. Et libro 2. cap. 4. ὁμολογουμένη δὲ καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ τοῦ πυρὸς γένεσις. Confeſſa eſt etiam ſenſui ignis generatio. Eos itaq; qui res ipſas in philoſophando ex alterius opinione, conſiderant, quęruntque ea dicere quæ apparentibus rebus concordent, probat ipſemet Ariſtoteles. Eos vero qui ſecus faciunt, improbat, ac reprehendit non vno loco: veluti primo de Genera. ca. 2. οἱ δ' ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεώρητοι τῶν ὑπαρχόντων, πρὸς ὀλίγα ἀπιβλέψαντες, ἀποφαίνονται ῥᾷον. Hi vero pre multis ſermonibus, exiſtentium rerum imperiti, ad pauca reſpicientes, pronunciant facilius, & rurſus. ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν λόγων ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν, καὶ παριδόντες αὐτὴν, ὡς τῷ λόγῳ δέον ἀκολουθεῖν ex his ergo rationibus tranſilientes ſenſum, & prætervidentes ipſum, veluti rationem oporteat ſequi. Et mox. ἔτι δὲ ἐπὶ μὲν τῶν λόγων δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μανίᾳ παραπλήσιον ἐστὶ τὸ δοξάζειν οὕτως. In ſermonibus quidem videntur hæc accidere, ſed in rebus, furor propemodum eſt, ita opinari. Atq; hæc dũ antiquos vel reprehendit vel collaudat. ſua vero quandoque oſtendit rebus correſpondentia eſſe. vti ſecundo de Generat. cap. 10. φαίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα τοῖς παρ' ἡμῶν λόγοις. Apparent, ea quę ſecundum ſenſum, conformia noſtris ſermonibus. & libro de Elementorum actionibus cap. 4. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν αἴσθησιν πάντα κρίνομεν τὰ αἰσθητά. Cum ad ſenſum omnia ſenſibilia iudicamus. Hic ergo eſto primus in Ariſtotele philoſophandi gradus; dum ſcilicet eius verba, ad res ipſas, ſenſusque deducimus. Secundus videtur ille, qui eius dogmata ad communes hominum ſententias, πρὸς τὰς κοινὰς ἐννοίας refert. Id enim voluiſſe videtur primo Meteor. cap. 13. διὸ βέλτιον οἱ πολλοὶ λέγουσι ἄνευ ζητήσεως, τῶν μετὰ ζητήσεως οὕτω λεγόντων. Iccirco melius vulgus dicit ſine quæſtione, quàm hi qui ita

cum quæstione dicunt. Sunt enim κοιναὶ ἔννοιαι communes sententiæ axiomata quædam. quibus mens omnis facile aquiescit, atque assentitur. est enim mens νοῦς alterum nostrarum cognitionum principium, quod quarto Eudemico clarè constitit. καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστὶ καὶ οὐ λόγος. Est enim primorum terminorum atque vltimorum mens, non ratio. ideo mox subiunxit. διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς. ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις καὶ περὶ τούτων. Propterea & principium & finis mens, ex his enim ac de his demonstrationes. Duo itaque hi gradus sunt. Tertius verò, quem in eodem Eudemico, post hæc verba statim expressum habemus. ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων. Itaque oportet mentem adhibere non minus quàm demonstrationibus, expertorum ac seniorum vel prudentium pronunciatis, ac opinionibus etiamsi demonstrari nequeunt. Videtur enim hoc, compositum quoddam ex duobus primis, sensu & mente esse genus. nam experientia ex sensu ortum habet, opinio verò prudentium & κοινῆς ἐννοίας communis sententiæ, videtur locum obtinere. ob idque principia videt: Subdit enim διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσιν ἀρχάς. quia enim habent ex experientia oculum, vident principia. Quæ omnia Nicomachus approbans, in suos Ethicos transtulit. Pater fine primi de demonstratione ait mentem esse scientiæ principium. λέγω γὰρ νοῦν ἀρχὴν ἐπιστήμης. Dico enim mentem principium scientiæ. fine verò secundi, experientiam ait & artis & scientiæ esse principium. ἐκ δ' ἐμπειρίας: ἢ ἐκ παντὸς ἠρεμήσαντος τοῦ καθόλου ἐν τῇ ψυχῇ, τοῦ ἑνὸς παρὰ τὰ πολλά, ὃ ἂν ἐν ἅπασιν ἓν ἐνῇ, ἐκείνοις τὸ αὐτό, τέχνης ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμης. Ex experientia verò, vel ex omni vniuersali quiescente in anima, vel vnius ex multis, quod vnum in omnibus illis idem sit, principium artis & scientiæ. Experientia autem ista ex sensibilibus est nata. ait enim ἐκ μὲν οὖν αἰσθήσεως γίνεται μνήμη ὥσπερ λέγομεν, ἐκ δὲ μνήμης πολλάκις τοῦ αὐτοῦ γινομένης ἐμπειρία. ex sensu quidem fit memoria vti dicimus, ex memoria verò multoties de eodem facta, experientia: quod etiam libro primo de Sapientia primo cap. luculenter, docuit. hic verò repetit νοῦν mentem esse scientiæ principium, νοῦς μὲν ἂν εἴη ἐπιστήμης ἀρχή. Recte igitur tertio loco collocamus in Aristotele philosophandi modum ex experientia, expertorumque opinione. διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσιν τὰς ἀρχάς, quia habeant ex experientia oculum, mentem scilicet, vident principia. principia autem demonstrationes præcedunt. nec solum præcedunt, verum etiam magis nota sunt. magisque illis credendum est. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων γνωριμώτεραι. Principia verò demonstrationibus notiora. Et quod magis est certiora. καὶ οὐδὲν ἐπιστήμης ἀκριβέστερον ἄλλο γένος ἢ νοῦς. Et nullum scientia certius aliud genus; quàm mens. Hunc tertium philosophandi gradum, quartus consequitur ex demonstratione, a talibus principijs orta. Hæc enim scientiam facit; efficitque vt animus scientis, ἀμετάπιστος sit, nequeatque alia credere, ab ijs quæ scientia ac demonstratione persuasus est. Tritum verò iam est, ac omnium Aristotelicorum assensu comprobatum, nullam esse in Aristotelicis libris scientificam demonstrationem. non est ergo ἀμετάπιστος eius doctrina, aut inconcussa. Quinto loco succedit is modus qui ad εὔλογον & δυνατὸν rationabile & possibile reducitur, cum vel sensus, vel mentis, vel κοινῆς ἐννοίας, vel expertorum testimonio, vel demonstratione caremus. Sic enim ipse primo meteoro cap. 7. persuasit ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει, νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδε-

ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀνάγωμεν. Cum de iis quę sensibus sunt obscura, putamus satis demonstratum esse secundum rationem, si ad possibile reducamus. Et rursus capit. octauo. ὃ δ' ἂν καθ' ἕνα συμβαίνῃ τῶν ἄστρων, τοῦτο δεῖ λαβεῖν γινόμενον περὶ ὅλον οὐρανὸν καὶ τὴν ἄνω φορὰν ἅπασαν, εὔλογον γάρ. Quod vero circa vnum contingit astrorum, id oportet sumere, fieri circa totum cœlum & superiorem lationem omnem. Rationabile enim est. Hanc philosophandi rationem, primo de partibus statim ab initio vocat παιδείαν eruditionem; ex qua εὐστόχως κρίνειν apposite iudicare possumus. de qua toto ferè capite diffuse differit. His itaque rationibus Aristotelica tum dogmata tum sententiæ sunt expendendæ, iudicandæque plus & minus, ad optimum philosophandi genus accedere, prout primo, vel secundo, vel aliis gradibus locatæ sunt. Quæ omnia cum ex Aristotele ipso ostenderimus, nimirum falsa est Alexandri, Auerrois, atque Latini nominis philosophorum prima illa hypothesis, qua asserunt omnia Aristotelis verba, omnes sententias, verissimas esse. easque tamquam oracula excipiunt. Quos Aristoteles ipse pluribus locis coarguit, veluti primo cap. secundi de Elementis. οὕτω καὶ τὸ φαινόμενον ἡμῖν εἴπωμεν περὶ αὐτῶν. Ita & quod nobis videtur de ipsis dicamus. cap. vero 3. περὶ μὲν οὖν τοῦ φέρεσθαι εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἕκαστον, ὁμοίως ὑποληπτέον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἄλλας γενέσεις καὶ μεταβολάς. Quod vero vnumquodque in proprium feratur locum ita existimandum est, sicuti & circa alias generationes & mutationes. & primo de Generatione. ἀλλὰ ταῦτα πειρατέον λύειν, sed hęc soluere tentandum. & cap. quinto. δεῖ καὶ τῆς ἀπορίας πειρᾶσθαι λύσιν εὑρεῖν σώζοντας. Oportet dubitationis solutionem tentare inuenire, seruantes &c. & principio Meteororum. ἐν οἷς τὰ μὲν ἀπορήσομεν, τῶν δ' ἐφαψόμεθα τινὰ τρόπον. In quibus, quædam dubitamus, quędam vero attingimus quodammodo. & capit. octauo. ὡς εἴπερ καὶ περὶ τοῦ φαίνεσθαι κομήτας ἀποδεχόμεθα τὴν αἰτίαν, ὡς εἰρημένην μετρίως. Itaque si & quod appareant cometæ, causam recipimus vti mediocriter dictam. Ac talia alia multa quispiam ex eius dictis colligat in quibus nil scientificum, nil certum aut inconcussum, sed dubitanter, verisimiliter, apparenter, mediocriter, tentanter se, vel dixisse, vel dicturum pollicetur. Quæ dicta satis clare arguunt Alexandream hypothesim esse ab Aristotelis mente, ac proposito alienam. Atque insuper ipsis collatam rebus falsam. Atque ideo omnes qui ad eam, seu Græci, seu Arabes, seu Latini, philosophati sunt, longe ab Aristotelis mente, atque etiam a veritate rerum recessisse. Quòd etiamsi maxime vera sit, non potuisse eos satis rectè ex ea philosophari, clarescet cuique consideranti, Aristotelicorum verborum obscuritatem, quam affectasse in suis scriptis Aristotelem omnes Græci fatentur, vti non vereatur Themistius asserere eum veluti sepiam attramento suo se occuluisse. Quæ obscuritas mirum postea in modum aucta est, ea quam superius recensuimus librorum corruptione, librariorumque negligenti transcriptione. Attamen qualescunque eos habeamus non est desistendum, vt videamus an aliqua sit relicta methodus, qua rectè, eius dogmata, qualemcumque veritatis aut rectè philosophandi gradum teneant, secure venari possimus. Prętereo nunc verborum ac sententiarum singularum expositiones, quales paraphrasibus, metaphrasibus, scholiis, commentationibus, multi sunt prosecuti ex namque dubia & incerta eius dogmata si sint, non constituunt. Ad quæ firmiter constituenda nullam præter vnicam video esse posse rationem.

Ea est, vt Aristotelis dogmata, ex ipsiusmet verbis atque sententiis colligamus. Hæc enim non solum propinqua, & proxima. Sed legitima, genuina atque germana methodus est, vt Aristoteles ipse suam explicet sententiam, suum dogma constituat, potius quàm vel Andronicus, vel Alexander, vel Porphyrius, vel Auerrois, vel quiuis alius, inter interpretes, vel antiquior, vel authoritate maior. Id autem colligere, longe est facilius ex libris ipsius, quàm ex tot eius explanatoribus. Neque enim semel tantum vnius rei meminit, nec semel eandem pertractat, sed omnia ferè problemata ac theses, sæpe ac multis locis, vel longa, vel breui oratione repetit; ac pleraq; ad fastidium vsq; propemodum re fricat, inculcatque. Itaque res eas, quas multis locis repetit, ex iis multis locis, non ex vno tantum aut duobus, sed omnibus colligendę sunt, atque intelligendæ. Hanc in Aristotele intelligendo, rationem, optimam atque vnicam, (mirum dictu) neminem, seu Græcorum, seu Arabum, seu Latini nominis interpre tem, secutum adhuc comperi. Solent quidem pleriq; ex duobus, vel tribus Aristotelis dictis dogma inteüru fabricare. Ex omnibus tamen qui construxerit, ne minem vidi. Neque id mirum. Si quidem plerique ferè omnes, qui ad Aristotelem accedunt, parte tantum ea, quæ in Italicis Scholis prælegitur, sunt contenti; vt audiant scilicet de logicis, prædicabilia, categorias, de interpretatione, quatuor prima capita primi libri de syllogismis, primi de Demonstratione aliquot tantum capita, secundi ferè nulla. Topicos atq; Elenchos ne attingant quidem. De Physicis vero, primum, ac secundum & partem tertij, partemque quarti, atque octauum. primum & secundum de Cœlo, duos de Generatione, ac tres de Anima. Nullos præterea alios. Metaphysicos vero primum maiorem, ac minorem, tertium, sextum, ac vndecimum ex Græca enumeratione. Idque quadriennio integro, quadruplicis ordinis Philosophi perlegunt auditoribus. De reliquis omnibus tot libris, mirum silentium. Idque commodo auditorum; aiunt statutum; vti scilicet quàm citissime medici efficiantur; posfintq; humano generi ocyssime opitulari; non autē in inani philosophia plus temporis terere, quàm medicinę vsus requirat. Qua sanè constitutione efficitur, vti nemo Italicorum studiosorum Aristotelē totum vnquam perlegat, sæpeq; etiam acci dat, vti è discipulo ad docendi munus euectus, consuetis libris deditus, quæstionibusque quas in eorum librorum expositione, consuetudo est mouere, euo luendis occupatus, toto vitæ curriculo, reliquum Aristotelem ommittat; ac legere, nedum perpendere negligat. Vnde euenit, tempore quo Patauij philosophiæ studerem, vti doctor magni nominis quidam, dum cum suo (quem ita vocant) concurrente disputaret, eumque conuincere vellet, ex quarto, quem vocant, meteoro loca afferebat, ex iis argumēta nectabat, quibus ille, qui quar tum eum nunquam viderat, ita irretiebatur, vt vel obmutesceret, vel responden do, circumstantium cachinnos commoueret. Optimam igitur Aristotelicorum dogmatum constitutionem eam esse statuamus, quæ ex omnibus Aristotelis locis eruta sit. Optime enim is iudicabit qui omnes collegerit, singula singulis contulerit, diuersitates viderit, contrarietates examinauerit. Secundā eam di cemus quæ ex pluribus fuerit collecta. Tertiam ac debilissimam, quæ ex vno alteroue tantum loco pendeat. Iam vero illa, quæ quarto loco succedere posse videtur, extranea est procul dubio, quæ singulis expositorum explanationibus, scrutandis, combinandis, colligendis immoratur. Quod frequens & fuit,

fuit, & maxime nostris temporibus est. Vt propè nil aliud esse hæc in Aristote recentior Philosophia videatur quàm eius verborũ ponderatio, expositionũ enumeratio, plerarumque earum confutatio, Aristotelicorum verborum vti loquuntur, saluatio, atque argumentorum omnis generis argutatio, ac coagmentatio. Illa vero vltimi loci, longissime ab Aristotele destat, quam Latini nominis Aristotelici instituerunt, vt de singulis quibusque rebus, semper dubitarent quorum plerique id tantum pensi habuerunt, vt dubitarent. Vtrum autem recte dubitarent, vel vt ex dubitatione mentem soluerent, omnino cordi habuisse non videntur. Sed id studuerunt vt ex dubitatione vna, alia semper oriretur, ne ipsis deficeret materia, vnde contenderent, subtilitatemque (vt aiunt) ingenij ostenderent. Ex quo munere, non Philosophorum, non Aristotelicorum, sed ἐριστικῶν, Eristicorum contentiosorum potius nomen promeruerunt. In quos verè ac rectè, Plutarchi grauissimi viri, & Hieronymi Peripatetici antiquissimi, sententia optime dici posse videtur, quæ a Plutarcho libro de audiendo, refertur ἔτι δὲ προσοχῆς καὶ δριμύτητος ἐν οὐδὲν ὄντι θηρώμενοι δόξαν, ἐνοχλοῦσι λαλιᾷ καὶ περιεργίᾳ τοὺς λέγοντας, ἀεί τι προσδιαπορούντες τῶν οὐκ ἀναγκαίων, καὶ ζητοῦντες ἀποδείξεις τῶν οὐ δεομένων. οὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίνεται μακρά, ὥς φησι Σοφοκλῆς, οὐκ αὐτοῖς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. ἀντιλαμβάνοντες γὰρ ἑκάστοτε κενοῖς καὶ περιτταῖς ἐρωτήσεσι τοῦ διδάσκοντος, ὥσπερ ἐν συνοδίᾳ τὸ ἐνδελεχὲς ἐμποδίζουσι, τῆς μαθήσεως, ἐπιστάσεις καὶ διατριβὰς λαμβανούσης. οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἱερώνυμον, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι καὶ τὰ τρίμματα τίλλοντες, τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται. Præterea contemplationis, & acritatis intempestine gloriam venantes, retardant loquacitate & superfluitate dicentes, semper aliquid addubitantes non necessariorum, & requirentes demonstrationes rerum ea non egentium. Sic via breuis, fit longa, vt ait Sophocles. non sibi solum, sed aliis etiam. Apprehendentes enim singulis in rebus docentem, vanis & superfluis interrogationibus veluti in triuio, impediunt disciplinæ continuationem, quia stationes quasdam & remoras accipiat. Isti quidem secundum Hieronymum veluti timidi ac gulosi canes, coria domi mordentes, & pillos uelicantes, ipsas feras non attingunt. Neque enim perpetuis dubitationibus illud Aristotelis de singulis dubitare non est inutile, rectè accipiunt. Est enim in categoriis fine capitis de relatione τὸ μέντοι διηπορηκέναι περὶ ἑκάστου αὐτῶν, οὐκ ἄχρηστον ἐστὶν. Dubitasse quidem de singulis ipsis non inutile est. De dubiis intelligens eo capite iam motis, eaque verba his verbis subnectens ac colligens ἴσως δὲ χαλεπὸν καὶ ὑπὲρ τῶν τοιούτων σφοδρῶς ἀποφαίνεσθαι, μὴ πολλάκις ἐπεσκεμμένον. Forte vero difficile super talibus secure pronunciare, nisi multoties quis fuerit speculatus. Attamen dubitasse non est inutile. Quod si tantopere locum hunc amarunt, quia dubitationem inueheret in Aristotelicam philosophiam, cur itidem non amarunt locum alium, qui dubitandi modum ac finem præscribit. Is est initio secundi de sapientia ἔστι δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστὶ. λύειν δ' οὐκ ἔστιν, ἀγνοοῦντας τὸν δεσμόν, ἀλλ' ἡ τῆς διανοίας ἀπορία δηλοῖ τοῦτο περὶ τοῦ πράγματος. ἡ γὰρ ἀπορεῖ ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις. Est vero, iis qui facultatem aliquam uolunt, operæpretium dubitare rectè. posterior enim opulentia, solutio est eorum quæ prius sunt dubitata. soluere autem non potest is qui vinculum ignoret. Sed co-

gitationis dianoeҿ hæsitatio manifestum hoc de re facit; quatenus enim dubitat, hoc simile quiddam ligatis ac vinctis patitur. Quem locum si considerassent & quæ sequuntur deinceps aliquot verba, nouissent, quia dubitatio mentem veluti deuincit, vt non queat in rei cognitionem vlterius progredi, dubitare non qualitercumque, sed rectè, operæpretium esse, non vt perpetuis quæstionibus callis aperiatur, sed vt vinculi illius solutio inueniatur, qua mens veluti libera & vinculo soluta possit in rei cognitionem penetrare, atque in ea εὐπορῆσαι opulentiam ac Thesauros scientiæ nancisci.

FINIS.

INDEX RERVM,

QVAS PRAECIPVAS IN LIBRO ADNOTANDAS DVXIMVS.

Epitome

F

G

H

I

FINIS.

ERRATA, QVAE SENSA DEPRAVARE POSSINT SIC CORRIGITO.

Carte 5.b Linea 14. κλυθείσης κληθείσης. 18. tūc & fuit, tunc fuit. 6.lin. 1. αὐξῆσαι, ηὐξῆσαι. 7.lin.27. πεμαι, πεμψαι. 7.lin.1. καὶ τοῦ, καὶ τῶν. 19. τλὼ παιδίσκη, τλὼ παιδίσκην. 7.b lin.44. Simæo, Timæo. 8. linea 1. quæ fit, quæ sic. 9.b lin.41. feti, ta: fet, ita. 11.lin.3. est videtur, vt videtur. 21. τῆς, τοῖς. b.lin.4. ante quàm, ante quem. linea 30. ἐν τῇ α, ἐν τῇ ια. 14.lin.25. versum, versuum. 17. linea 1. differentes, differentes. 18.latine tamen, latine tantum. 19. linea 45. præter ea, præter a. 21. lin.8.decimo, vndecimo. 23. b lin.24. κομακόγραφον, κωμωδογράφον. 26. b lin.30. accidet vt de, accidet de. 27.b lin 6 vten exilitia, vt existentia. 28. lin. 30. Theophili, Trophili. 29. lin.34. syllogizabile, non syllogizabile. 30. lin.44. aliurum hic, aliorum. 30.b l.2. sunt, fuit. 19 est pretterea, est. 35. b lin.45. sumpte, sumpta. 37. b lin.13. ostrea inductorum, ostrea induta. 38. lin.3. nolui hoc, nolui huc. 39. b lin.32. illi libris, illis libris. 40. lin.47 quoque sui, quoque. 43.lin.3. λέγοντος, λέγοντος. 23. εποπλικάς. ἐποπτικάς. 44. lin. 2. ψάρητα, χάριτα. lin.4. Charerem, Charetem. lin.31. Si vero, Hi vero. 45.li. 41. tum Aristotelica, in Aristotelica. 46.li.14. μεγίσοι, μεγίστη. 30. χολῆ, χολῆ. 46. b.lin.2. ad vnamq; , ad vtramq; . 47.b lin.24. spiritua, spiritu ac. 48.lin. 40. ventris, ventis. 49. li. 23. μετα ψεῖν, μεταχεῖν. 29. nemo vel, nemo nouit vel. 50. δὲ τλὼ, δὲ γλῶ. 50.b li.18. flexu & reflexa, fluxu & refluxu. 38. ζωάν, ζῶον. 39. ζωάν, ζῶον. 52.li.29. ζητοῦ, ζητῶν. 52.b li.26. ςῆρας, θῆρας. 53.lin. 41 χαώμενοι, εμποροι: ια χρώμενοι. 53.b lin.21. φησὶν φύσιν. 55.b lin. 17. ἐκ γεινόμενον, ἐκτεινόμενον. 56. lin. 4. τοῖς, τούς. 56.lin.41. συστη τραυλοί, τραυλοί. 56.b lin. 24. παρέχον, παρέχον. 30. διαυξῆ, διαυχῆ. 57. lin.8. πληνὴν, πλήνην. 58 lin.8 τετράγωνθαι, τετραχυνθαι. 59. b lin.6 comprimeno, comprimunt. 33. aluę, valuę. 60.b lin 1 inquit talentiū, hirquitallentium. 61.b lin.3. ἐνιαυτὸν, ἐνιαυτον. 10. ἐπιμέσειαν, ἐπιμέλειαν. 36. forme, ferme. 62 lin.4 μορφᾶς, μορφᾶς. 6. αὔξωσαι, αὔξωσαι. 63, lin. 27. ἀρχηλοὶ ἀρχηγοί. 63.b liu. 15 φαίσεως, φύσεως. 24. ἔοντας, ἔχοντας. 28. φιλοσοφαν, φιλοσοφῶν. 64.li.3 συμβοραὶ, συμφοραί. 16. καλλά, καλαί. 32. ἐνταθούσης, ἀνσαθούσης. 37. altera, alterat. 65. lin.14. vertere, vetere. 66. 25. arbitrari, arbitrati. 67.b lin 5. εἶν, εἶεν. 9 contemplati, contemplari. 30. iudicarint, iudicarit. 68 lin. 22. ἐπιςήμην, ἐπισημῶν. 45.& pręstantissimum, est pręstantissimum. 69. lin 17. longæ, longe. 69. b lin.37. quem, que. 69.b lin.32. ex tibi, sexti. 70 lin.2 substantias, substantię 3. pausas, causas. 24. Synianum, Syrianum. 70. b lin.13. longissimi, longissime. 25. ταρά, παρά. 73 b lin.31. fine, fini. 32. fine, fini. 74. lin 9. arbitrari, arbitrati. 75. lin.8. po ea, postea. 76. lin.26. tortionem, tostionem. 78. li. 13. vt vitarum, & vitarum. 79 b lin. 36. οὖν, οὐκ. 80. lin.6. κοιάς, χοιράς. 81. lin. 2. ad, de. 45. qui iam, iam. 81.b lin. 20. mum, primum. 82 lin. 32. & institutionis, & institutionis & purgationis. 82.b lin.26. quæ fint, fint. 84. lin. 17. ὄντο, ὂν τό 21 potiuit, potuit. 22. cum vtq; , cum vterq; . socierus, socius. 38. decimatertia, centesima tertia. Tragediam, Tragœdia. 85.lin. 10. γερτίθον, γεργίθιον. 32. ἀνύμοροος. ὠκύμορος. 42. ἐπιζητὴν, ἐπιζητεῖ. 86.b lin.1. si hi. 42. Conci-

mitus, concinnus. 87.lin. 20.Aristoni,Aristonis. 87.lin.3.historcia,historica. 13. Theophrasti, a Theophrasti. 3.Aristo,& Aristo. 15.φασει, φρασει. 88. b lin. 43 δὲ ὁ, δ' ὁ 89. lin.46. faceti.facere. 43.quidam,quidem. 89.b lin.35.paruulium, paululum. 45.πάτας, πάντας. 91 b lin.7 ἐξηγησοῦ, ἐξηγητοῦ. 16 πυθαλόρη, Πυθαγόρα 92 lin.7.καὶ ἀπῆς, καὶ τῆς. ϐιϐλίῳ βιβλίῳ α. 92 b lin 3.35. Ammonij, 35. teste Ammonij. 5 auditor eius, auditor. 13.Areohnido, Areobindo. 93. lin. 47. veritas, veritus. 95.lin.47. sensu, sensa. lin.19.Itali, Galli, Itali tum Galli. 24. triplicis, sextuplicis. 97.b lin.13.meo, mos. 101 b lin 10.toam,totam. αὔροιν, αὔριον. 34. quendam,quidem. 103.b lin 28. probran., probarat. 109. lin. 18 statuit, statim. 110.lin.15. Bonum,horum. 110.b lin.45. circulati, circumlati. 111 lin 21.ἄμει.ον, ἄμεινον.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG.

Omnes sunt Quaterniones.